...prem qui
...ecam (vt error semel admissus altero hæ
...licebant aresto decisum fuisse postea di-
...nediam certę hereditatis hęredes facta,
...dum pro indiuiso hypot & exercere
...cione certis regionib diuiso adiudi-
...i hypothecam quietari alterū hæ
...portione deb... ortionem illi pro
...tāt etiam pro simi-
...m:Et intentato cōtra ex-
...e, dimidiæ vel alterius partis
... quæ pro indiuiso possidetur
...uis, partim ab extraneo: si cō
...uisionem fieri, & totam do-
...ropinquos, vel vnū ex pro-
...r & euanescit ipso iure actio
...t si tota domus adiudicetur
... in retractū erga dictū acto-
...tionis præfertur omnibus
...actu totius domus.
...dixi & dico, ꝙ quantum
...ractu proximitatis, ve-
...multum differt ab hypo-
...eudali: Tū quia ius re-
..., sed solum ius ad rē &
...n eo habet locū disposi
... Celsus. quæ loquitur
...e. secundū Bar. & doct.
...erueniens in casum quo
... propiquo, facit cessare
...ausam finalem retractus,
...§.184. vbi hoc ampliaui
...feudalem, quia est etiā ea-
...se non sit ius in re: sed actio
... auocandam, vt infra.§.13.
...etiā si diuisio fieret post actio
...tentatam, & litem super eo cō
...iuisio est alienatio necessaria, &
... si res ipsa proprie sit effecta ...
...uc. de litigio. in prin. colū. 8. Tū
...ntequam retractus intētaretur, res
...implicitum habebat ad onus & euē
...nodi diuisionis: Igitur per not. Bar-
...l. ff. ... tertio am-
... si diuisio fiat absente & non vocato
...ractum, dūmodo alias rite & vere
...stimulata. Sed longe aliud est
...ecatum sit ius formatum in re hy
...on est alterabile nec auferibile
...nedum per alienationem mere
... etiā prætextu diuisionis, quæ
... siue res tota vni adiudicetur
...ibus diuidatur semper rema-
...n statu suo & portione indiui-
...l. si quis putās.§. si fundus. ff.
...l. 3. in fi. ff. qui potio. in pigno.
...nsit. in fi. vbi Bar. ff. quib. mod.
...sol. Bal. Salyce. in. l. vnica. C.
...no. dat. sit. quod autem iacta-
...ihi est, imò accepi à viris sena
...n hoc supremo senatu iudicatū

... pothecatæ esse probè, & æqualibus portionibus factam: quo casu videbatur esse quædam apparentia, quasi non interesset creditoris, qui etiam ad diuisionem potuisset prouocari & cōpelli: Sed imò creditoris interest, quia quanto plures inquietabuntur, citius festinabitur ad soluendum debitum. Et vltimo satis est quòd iuri suo non potest facto alieno derogari.

45 Hinc est etiam si socius in fundo communi pro indiuiso legauerit vsumfructum, & post mortē testatoris eius hęres ab altero socio prouocatus fuerit ad diuisionem, etiam si ęquis regionibus diuidatur fundus: Tamen legatarius habebit & percipiet vsumfructum suum super dimidia parte pro indiuiso totius fundi, nec tenetur assumere fruitionem partis diuisæ hæredi testatoris assignatæ. tex. in. l. is qui. ff. de vsufruct. lega. Et est ratio, vt ibi declarat Lancelo. Deci. Bar. Lancelo. in. l. si vsufructus. eo. ti. quia vsufructus legatus transit ipso iure & recta in legatarium à morte testatoris sine aliqua traditione vel quasi. l. si partem. ad fi. ff. quemad. ser. amit. Et sic tempore diuisionis legatarius erat verus vsufructuarius, & habebat ius in re: Secus si tantum habuisset ius personale, puta si cui venditus vel donatus fuerit vsufructus à socio fundi communis, qui vel eius hæres ante traditionem vel quasi diuisionem fecit cum socio, quia tunc non erit locus. d. l. is qui. sed habebit locum dispositio. d. l. Iulianus. §. idē Celsus. qui loquitur in re vel portione tantum vendita: Secus si esset tradita & translatum dominium. Vnde dico quòd si in venditione partis pro indiuiso, esset apposita clausula constituti vel similis, non haberet locum d. §. Idē Celsus, & etiam extunc non poterat amplius fieri diuisio cum venditore, sed solum cum emptore. Et quòd d. §. idem Celsus procedat solū ante traditionem est. tex. in. l. communi diuidundo. §. si debitor. versi. nam & si partem. ff. commu. diuid. An autem dispositio d. §. idem Celsus, habeat locum in dimidia pro indiuiso, legata à socio in diem vel sub conditione, si eius hęres ante diem legati cedentē prouocatus veniat ad diuisionem dixi. infra. §. 92. vbi remitto.

Idē ī vsufructu acquisito super parte indiuisa.

46 Ex his clarissime patet resolutio propositæ quæst. Et concludendum esse in præfato themate pro parte negatiua, videlicet pręhensionem feudalem partis indiuisæ feudi: nullo modo resolui, nec alterari per quantācunq; subsequētem diuisionem. Vnde eodem themate retento siue totum feudum adiudicetur primogenito, siue ipsi secundo genito contra quem facta est præhensio, siue æquis regionibus diuidatur, non resoluitur, nec augetur, nec diuidetur præhensio patroni: Sed remanet in eodem sextante pro indiuiso semel præhenso. Quoniam manus iniectio feudalis non est personalis, sed realis: nec fit in personam, sed in rem ipsam, quam solum & non personam īducit ius afficit. Et auocat possessionem rei seu portio- in re.

Præhēsio feudalis ē realis, &

Dionisius halicarnaseus

DIONYSII HALICARNASSEI

de origine VRBIS ROMÆ, & Romanarum rerum antiquitate, Insignes historiæ, In.XI. LIBROS digestæ.





PARISIIS M.D.XXIX.

Venundantur ab Gallioto Pratensi, & Petro Vidouæo Vniuersitatis PARISIENSIS bibliopolis.

CVM PRIVILEGIO Supremæ Curiæ Parlamenti.

GALLIOT DV PRE.



Extraict des Registres de Parlement.

SVr la Requeste baillee a la Court, par Galliot du Pre, Libraire iure de Luniuersite de PARIS, Par laq̄lle il requeroit quil luy feust permis expo ser en vēte a pris raisonnable vng anciē historiographe Grec qui auoit long tēps a estre īprime, Intitule DIONYSIVS HALICARNASSEVS de origine vrbis Romæ, & Romanarum rerum antiquitate, Lequel il lauoit faict veoir, & corriger par gens doctes, & icelluy imprimer en beau volume & caractere, En quoy faisant, il auroit expose grande somme de deniers. Et que deffenses feussent faictes a tous aultres libraires & imprimeurs ne imprimer & exposer en vente ledict liure iusques a certain temps, Affin quil se puisse recouurer de cesdictz impenses. Et ce tout considere, La court a permis & p̄mect audict Galliot du Pre libraire de ladicte vniuersite exposer en vente ledict liure par luy imprime, a pris raisonnable. Et faict deffenses a tous aultres Imprimeurs & Libraires ne imprimer & exposer en vente icelluy liure iusques a Quatre ans prouchaiñ. veñ. Sur peine de confiscation de leurs liures. Et damende arbitraire. Faict en Parlement Le quatriesme iour de Mars, Lan mil cinq cens vintghuict.

Collation est faicte Signe Du Tillet.

REVERENDISSIMO DOMINO ANTONIO, A PRATO TITVLI SANCTAE Anastasię presbitero Cardinali eminentissimo, senonum Archipræsuli, necnon Albigiorũ episcopo, & Galliæ, & Germaniæ primati Gallorum Cancellario meritissimo cũ omni obseruãtia

S. P. D.



LABORIOSA AC FRAGILIS MORTAlitas hoc inscitię suę fermẽtũ Cardinalis auctoratissime in sui contemplationem vsque adeò pellicit, vt quotquot sunt hominum (In tam populoso ambitu) conciliabula ea dispari viuendi, & ratione, & differentia detorquẽtur, hunc naturæ impetum hanc tam peruicacem cõtumeliam, vnde hęc subsultet varietas. Possidonius ad viuam (quod aiunt) vmbram delineauit ἄνθρωπους μὲν ναῦς μὴ μία πάντας ἄγει. Vix etenim nauarchæ etiam maxime consulto, varias naues & eas varios portus adpetentes temperata nauigij equabilitate moderari datum est, aut hæc insperata inundatione cursum despõdebit illa fluctu pręcipitat̃. Et languescet hic velis, ille prore latius antemnis officium adiudicabit. Sic profecto est naturę officina, vt quęcũque gignit, non vna facie, non vna certa lege educit. Quod si mutis obsurdescẽtibus'q; in rebus quid est, quod in ratione miraculo ducamus hanc naturæ velitationem & tendicula, & insidias poetę (vt sub nube semper aliquid marinis periculis inumbrarunt / hinc Scillæ difformes / hinc voraces carybdes / Syrenum numeri / Circes, & Calipsus veneficia. Ea mediusfidius sunt vitę oblectamenta, quæ velut quodam Castrensi agmine, humanas mentes expugnant, expugnatas cõminuunt. Comminutas tandem penitus labefactant. Quid Amphianax cui cecitas Homeri nomẽ indidit, tam plausibili theatro Vlixem mortalium maxime prouidum semper in se collectum nunquam extra se, nunquam sui immemorẽ succinxit. Ille est Cardinalis meritissime Poliphemus. Illa est multi noĩs philautia / vitæ Carnificina / aĩorum emaceratrix, quam qui obcecarit Vlix. punctũ omne tulerit. Socratem audiuimus frõteiam recalua depilato capilitio annis se non parum debere senilibus gloriari solitum, quando senilis hęc molestia effeta viribus ætas, alias reducem, alias'q; liberum à magistro agresti, sic enim naturę incendicula vocat, fecisset. Huius nimirum cupiditatis venenũ, virus intinctum reclamanda contagio, diffuso intãtum mortificatu vnumquemq; circumuenit, vt Appollini delphico oraculorũ trinitate tertium ve grande, & operosum hoc fecerit, quod & Bracmanibus Iarcha, Archididascalo visum, Nosce teipsum. Phrigius ille fabulator, cui vna solius opera datum omnia viuendi legumina farragines vitę omnes, naturę suppuramenta quęcunque perpẽsare cum seria ludis integat, ludos exinde serijs admisceat mãtica posteriore quæ oculos denegat vitam hanc recensuit. Alexander ille Macedo quem præsenti numine rerũ gestarum tantopere fortuna beauit. Princeps sanè vbi temeto infer-

Possidonius de vita humana.

Homer⁹ Amphianax.

Socratis gloria.

Apollo delphic⁹.

Iarchas apđ Bracmanas.

buerat mente refractaria obstinato ingenio nihil osecius nulli mansuetudine secundus, quid illi cum Cynico Diogene, cum etenim muneribus, vt Regem decuit philosophum certatim pertentaret Alexander. Nolo inquit ô Alexander huiusmodi tuę largitionis prodigia, quippe quem pannutium & alga multò viliorem despicis, maioris est & ditionis & imperij longe constantioris tuo potentatu. Id vnde si requiras impero quibus ancyllaris clanculo sentinam, istam voluptatum, necnon nimium sui desiderium Alexandro impingens. Mirum hoc cardinalis syncerissime malum, tam surfuracem hanc lethargam pestem ita irrepsisse, Ita mortalium mentes suffuratam, vt ex tot cum plebeis, tum proceribus cum proinde & literatis & amusis nemini sui veniam aut concessionem coniunxisse. Nam lętis, aut minus ex animo succurrētibus negocijs, quod cuiq; obtigit, Id aut dolore, aut lætitia emetiť. Inde quis non facile conijciat Democrito hoc pęnitissimum argumentum duo numina vt adseueranter prædicaret pęnā videlicet ac beneficium. Pęna felicitatē blādietis'q; fortunę illecebras intercallat. At certe beneficium laboris fatigatio depellit Subscribit his infracti incōuulsiq; esse animi, aut aduersis aut secundis rebus vtrāq; fortunę aleam, vno supercilio fronte stoica deuincere. Est mordaci lotus aceto nasutus, qui obstrepat rabula. Vbi quæso tam constans vndiq; sui similis: vndiq; in suū orbem collecta animi regio, Arduū esse & præter humanum, si dijs placet, quis nō ingenue adseueret. Certa lege hac rerum symmetria vario fortunæ discrimine cōparatur, his quos ardens euexit, ad sydera virtus, dijs geniti potuere. In quorū calculo, ac delectu Cardinalis eminētissime omne vitæ opificium neruos animi omnes seminaria naturę oīa tibi peperisti. Tua virtutis maiestas hos integritatis nacta imbrices, quibus ius omne legum propugnacula ecclesię celebratus & irroret & depluat. Si vitæ primordia ingrediamur, quid tibi causidico, in forensibus? nonne tu hortensius alter? Protopræsidi Censorione Catoni herbam porrigis Archigrammateo, Quem vulgi Elogium Cancellarij vocabulo signat Fabio, nihil est quod cedas, qui, vt sedendo rem restituit Romanam, non secus ille ingenij tui fulgor, Ille concentus, illa prudentiæ vis, illa reipublicæ constitutio hostiles incursus, dolosa consilia Gallię ruinam furcis caudinis, aut pręde cannensi simillimam vt ageretur; parce ferro ducum, tanq̄ de Gallia conclamatum actum 've foret, de Gallia sub tragico non solum non es solatus, verumetiam certa omnia sub incertis mēbratim compulisti. Frustra enim foris arma domi nisi cōsilium. O lępidum rerū agēdarum specimen Gallorum, posteritati exemplar, genti tuę decus perpetuum. Quid tibi patria, cui prīa rellígio hanc cymerijs plus tenebris obuolutā, perpetuo musarū applausu sacrasti. Insolatæ musę suum nesciebant Apollinem, decussis nubibus tuo adflatu isorie irrideat Apollo. Impuberes istos literarum vagitus, quos infantię barbaries obcluserat, renasci tantopere inuigilasti, vt informes & inarticulatas musas tuis in veram fęturam, seu nouum puerperium edideris, quid salubrius, quid amabilius, quid denique mortalium vsui adcommodatius. Romulo ne tāti quod vrbem sub Limbo munimine, ac pomerijs constrinxerit. Semiramidi quando Euphratē Babilonię adiecerit Licurgo, vbi Lacedemones legibus fundarit. Cecropi cū rē vxoriā atticis publicarit Soloni, quod salaminea conficto ad tempus furore solito imperio adnexuerit, horum obsequia commēdatim peritura beneficiorum repastinatio, indelebilis memoria, quam nulla temporum obliuio, nulla sęculorum caries, nulla ma

ledictorum impetigo pręteruertet. Quid igitur erit, vnde patriā, tui pœniteat tuæ diligentię nihil non debeat illi, vt corpora vt vrbes sibi copularent & tutarentur: tu verò vt ius animorum achademię quadam sanctimonia renideret. Multo enim maiora sunt quę animi quā quæ corporis firmamēta cōstituūt. Accedit his si bene te totum demiremur, quid nō intus habes: nullum nō vitę commertiū inexpertus. Porro cum per vxoratum non licuerit te ingenua sobole adorbari: habes, vbi te videas, vbi veram tui imaginem imprimas. est tibi iam adultus aula, qui ludit Aeneas, est qui te ingenij acrimonia, morū lenitate, referat: priuatus priuata, ciuilis ciuilia, senator senatoria, regius regia. Illęso nomine subegisti felix stadiū, felix est arena, qua semper vicerit quis. Ad hęc dētatę inuidię aculeos peruigiles nixus, quibus scio neminem petitum magis, magis obclusum tua prouidentia edētulos deuicisti. Serius quam oporteat sapit Gallia suo quidem periculo, quid tuę maiestati adsurgat, quo tandem adclamatu tuæ humanitati auscultet, vultu quam modesto tuam sanctitatem reuereatur seducta quōdā mēte Gallia plus satis rusticata prati sui immemor. Iamiam prati solatia petit, non defluat. passim suggerit prati folium maneāt ea fata nepotes, hoc nobis prati tripholium, cui medendi vim inesse venenatorum, morsus semina vino intrita imperuios facere: hoc deploratum Galliæ sedula moderatione imperium reformauit. Roma patrem patrię ciceronē libera dixit Gallia, sed patrem patriæ te libera dicet. Est sancte iuro cardinalis emaculatissime id vnū, quod vnice tuam vicem doleas. Demosthenem nullum ciceronis imaginē nullam Theophrastos aut Ysocrates raros admodum, quos tui fulgoris, ingeniteq; virtutis, simul ac precones, atque encomialtas te dignos expectandos putes. Verum vbi receptū iri intelleximus Dionysium Halicarnasseum rixantem cum blattis tenebris obcęcatum apricum desiderare. In cuius historia, cum priscis Romanorum simulachris te totum agnoscas. In hoc te specillo demirabere, quid bella, quid indutię, quid respublica, quid pacis fœdera, omnia in vno cernere est. Non sunt passi vna Galiotus à prato, vnaq; Petrus Vidouęus Bibliopolę, quàm studiosi bonarum artiū, quā sint anheli terso pumice, crebro'q; ariete Barbarorum phalāges expugnare rugas sermonis penè recutiti in aream ingenti equare chilyndro enixissime student Dionysiū hoc nō diutius ferre desideriū. Quare en tibi Dionysius verax nō adulterinis aut cerusatis pigmentis laudum tuarum & tubicinator & concumulator nobis ieiunis, insulsis, quibus nullæ dicendi reliquię, nulla linguę profluentis supellex, tecum locus nullus suppetit, quod vtcūq; sese habeat nostra eaque impexa orationis series, vbi æqui boniq; te consuluisse audiuerimus. Erit, quod in posteris operam nostram, vel quantulancunque, non inuerecunda frōte, & tibi, tuisque promittas, interim valebis, Lutetiæ octauo Iduum Februarij.

INDEX INSIGNIVM HYSTORIARVM OMNIVM, VEL SCITV OPPORTVNARVM, VEL LECTV DIGNARVM, QVÆ .XI. lib. Dionysij Halicarnasei, de origine vrbis Romæ, & Romanarum rerum antiquitate cōtinentur, quo, quod quisque velit, omnē citra laborē, facillime cōsequatur.

De litera A

De litera B.

De litera C

De litera v

Finis Tabulæ.





CLEMENTISSIMO, AC SANCTISSIMO PAVLO SECVNDO DOMINO, DOMINO NOSTRO PAPAE, SALVTEM.



T SI PONTIFEX MAXIME, ET OPTIME, ea eſt tua virtus, eaque imperij magnitudo, vt ex multarum maximarum'q; rerum cura diſtrahi oporteat in multas partes mentem tuam (vtpote cuius vnius prouidentia, moderationeq; orbis regitur) apparet tamē inter occupationes tantas tua quædam inſignis in hāc præclaram vrbem, quæ te vt deum colit, diligentia, ſtudium'q; laudabile, vt qui non modo præſenti eius fœlicitati conſulas eccleſiam dei, populoſque tuos in ſumma tranquilitate continens, templa, ſedem'que apoſtolicā exornans, muros vrbis reſtituens, magnificentiſsimeque ędificans, ſed extendens etiam cogitationes tuas vſque ad proceres illos priſcos fundatores vrbis, tantique imperij, honori eorum, ac famæ cum delectatione inſeruias. nam cum nullo modo magis referre gratiam meritis mortuorum poſsimus, quam per laudum, glorię'que eorum immortalitatem, ad quam præclari viri referunt penè omnia, quamuis illi per auctores noſtros laudati abūde, celebresque ſint, voluiſti tu tamē eis externa quoque addere teſtimonia. Nec quēquam moueat, quod hos viros religioſiſsimos dixerim, qui verę fidei ignari fuerint, nō illorum iſtud vitio, ſed tēporum infœlicitate accidit, quin hinc maxime cognoſci poteſt, quanta ſit vis diligenter obſeruatæ religionis, cum per eam illi præcipue hanc vrbem ex parua maximam effecerint, & ad ſummum tandem culmē hoc imperium extulerint. Quo exemplo innoteſcere chriſtianis poteſt id, quod tu curas, & quidem rectiſsime dei vicarius, quanta eſse debeat veneratio religionis in fide vera, cum vires tantę eius fuerint etiam in fabuloſa, ac ſic iuſsu tuo eſt additū latinę lingue, quòd reperit̃ apud grecos ex hiſtoria DIONYSII HALICARNASEI, & habebis nūc hos libros decē primos, cū vndecimo imperfecto, cōuerſos in honorem tuum, cognitu'q; ſanè dignos. Nam & ſi poteſt hęc materia videri exilior, quæ circa vrbis verſetur primordia, tenuiora illa forſan, ſecuta'que ſunt alia longè illuſtriora, & quæ in ſe plus delectationis habeant, ſunt vbique tamen magnæ res ROMANÆ, & hic auctor certe diligenter veſtigat vrbis ipſius origines, effertque magnifice ſiq; opus totum inueniretur, incidere poſsemus in res maiores geſtas cum veteribus, & cum nouis hoſtibus, GALLIS, SAMNITIBUS, TARĒTINIS'que, & PYRRHO, & induces quoque clariſsimos, CAMILLOS DECIOS TORQUATOS, MAXIMOS, CURIOS, FABRICIOS, alios'que præterea, quorum nomina, vel ſola illuſtrare, quāuis narrationē poſsent. Videretur'q; eo nobis gratior hæc hiſtoria, quo nūc minus expleta habemus apud noſtros quædā bella, etiā ante primū punicū illuſtria, nō eſt tn̄ exigēda ab hoc auctore, meta, breuiterq; expoſita hiſtoria, quod nec ipſe ꝓfitet̃, ſed eſt in eo diligētia ſanè multa, & ars oratoria magnoq; artificio elaboratę orones, religionūq; illius tp̄is explicatio accuratiſsima, do-

Religio.

Dionyſi⁹. Halicar.

Materia.

cumentaqúe, & exempla plurima: quæ eſse poſsint ciuili viro militaríque, ac religioſo vtilia ſimul & iocũda: ſed de his erit legentibus ſuum cuique iudicium, lausqúe ſiue ea magna ſiue parua, penes auctorem manet. Ego eñ quòd officij mei fuit: quicquid inueni, transtuli: ſatis (vt arbitror) fideliter, nec vt ſum mihi ipſe viſus obſcure, adnitens etiam quantum permiſit tempus, quantũqúe paſsa eſt magnitudo operis, in latinitatem aliquam: ſanè memor cuius nomini dedicandum eſset hoc opus, ac quali quantoqúe principi: in quem profecto viſa eſt diuina munificentia, quicquid amplum, aut decorum ſit, in hominibus, cõtuliſse ingenium ſupra naturam noſtram / diuinos mores / virtutem / dotes corporis inſignes, interqúe cætera, eam formę / dignitatem / quę prę ſe quandam pontificalem maieſtatem ferat, videatur'que ipſa per ſe reuerentiam ab intuẽtibus exigere: ſed nec in cæteris viſa eſt eadem munificentia fuiſse parcior. Nam primum patriam tibi eam vrbem dedit, quàm non modo primam italię (quòd eſſet magnum) ſed (quòd bona cæterarum venia dixiſse velim) primã orbis appellari decet, ſiue opes magnificentiamqúe ſpectes vrbis illius vere liberę, & ꝙ inter te nominis chriſtiani principẽ delectare poteſt, condite à chriſtianis & eiuſdem chriſtianiſsimę, ſiue tantam quoque aliquis magnitudinem imperij diuturnitatemqúe intueri velit: ſiue iſtud etiam conſiderare, quòd ſi iſta non exuperat, ęquat ſaltẽ / & ornat / conſtitutio / decor / natioqúe / & perennitas illius REIPVB. adminiſtratę per optimates ſeniores, generoſos, & prudentiſſimos, ea ipſos continentia, eaqúe moderatione tuentes id imperium, ac dirigentes, vt quiſqúe gaudeat ſe in ea vrbe viuere in qua æque omnibus iuſticia, ſecuritatéque frui licet, nec id magis ciuibus, qui ſunt in ea multi, lautiqúe, & ditiſsimi, quam peregrinis, qui & ipſi non pauci, eam mercaturę cauſa aut incolunt aut frequentant, ſed quid eſse dicet aliquis adeò inſigne, poteſt in vrbe naſci in qua vt in populoſiſsima naſcantur plurimi? pòt lucem etiã plurimis afferre illius vrbis claritas, ſed nõ affert eandem omnibus, tu vero in ea natus es generoſiſsimus, eſtque æque pulchrum magnificumqúe naſci aliquem venetijs nobilem, quã alibi naſci principẽ, hincque etiam fortunatius, quòd ij commodis fruentes principum, carẽt ijdem principum periculis, qua equidem fœlicitate non video quid haberi poſsit in humanis maius, quis enim principatus cauſa venetum aliquem nobilem, vi aut dolo necatum vidit, aut domo pulſum, & mendicum? es tu igitur ex familia editus inclyta barborum, antiqua ea & illuſtri, quam & tu, orbis vniuerſi decus illuſtriſsimam nunc reddis, ſed quid tãdem tibi iſta pręclara omnia peperere? orbi toti venerabilem, maximumqúe omnium principatum quę tu adeo ſuſtuliſti, vt in certum reddatur, vtrum tibi ille plus magnitudinis, an illi tua integritas plus honoris, auctoritatisqúe afferat, quippe cuius ſub pontificatu eccleſia dignitatem priſtinam reſumat, augeatur in dies imperium, ſumma à te cum fide, ſumma cũ iuſticia, ſapientiſsime'que adminiſtratum, floreãtqúe denique ſub protectione tua omnia, ſed hęc eſsent longioris orationis, dabitur autem tempus aliquando dicẽdi de te, locusqúe capacior, nunc cum libet, videre potes hunc DIONYSIUM, mutata veſte, nec (vt ſcripſit) de rebus latinis gręce nunc loquentem.

Paulus ſecũd⁹ papa.

Venetiæ.

Venetiaꝝ laudes.

Eccleſia.

DIONYSII HALICARNASEI IN LIBROS ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, PRAEFATIO.



VVM MINIME VELLEM rationes, quæ reddi solent in procemijs historiarum, scribere de me, præfari cogor: nec extollendis tamen laudibus meis superflue vacaturus, quas molestas audientibus scio: nec in alios scriptores calumnias ipse conjecturus (vt Anaxilaus in procemijs historiarum fecit, vtq; Theopõpus) sed consilia mea demonstrans, quibus sum vsus, quum hunc tractatum institui: simul'q; ratiõem reddens de facultatibus, per quas eorum, quæ scribenda essent, peritiam suscepi. Persuasus enim sum esse eis, qui velint industriæ suæ posteris monumenta relinquere: quę non simul cũ corpe consumat tempus, ac pręcipue scriptorib⁹ historiarum, in quibus omnes collocandam veritatem suscipimus prudentiæ initium, & sapientię: Primum quidem materias eligere pulchras, & excellentes, plurimãq; vtilitatem ijs, qui lecturi sunt, afferentes: deinde parare congruas conscribendæ materiæ facultates multa cum diligentia, atq; industria. Nam qui de rebus ignobilibus, aut prauis, nullo've dignis studio, historias absoluerunt: siue in lucem prodire expetentes, & quasi nomine potiri, siue vim suam in dicendo, copiam'q; ostentare, nec ex illa cognitione probantur a posteris, nec eloquij causa laudantur. quippe qui opinionẽ relinquant legentibus eorum historias, quod talem vitã sint æmulati, qualia ediderint scripta. Fermè enim omnes existimant, imaginem esse animi vniuscuiusq; orationẽm. qui vero materiam quidem eligunt optimã, eam autem innaniter, negligenter'q; componunt, ex qualicunq; auditu ne illi quidem ab electione ea laudẽ asse quuntur. Neq; enim extemporales quasdam opportere esse, aut negligentes censemus, quæ de ciuitatibus illustribus, de'q; viris potentibus historiæ conscribuntur. Has igitur ego cum necessarias, primas'que esse existimassem historicis speculationes, atq; multam vtrisq; eis diligentiam adhibuissem, nec ipsarum præterire rationem volui, nec in loco vllo alio, q̃ in procemio totius operis collocare. Materiam itaq; quòd pulchram, magnificam'q; susceperim, & multis vtilem, haud multa arbitror indigere probatione apud eos, qui non sint publicæ historię penitus imperiti. Nam si aliquis mentem adhibens ad principatus ciuitatum, & gẽtium cuius'q; seculi memorię traditos, posteàq; considerans vnum'quẽq; seorsum & inter se cõparans: discernere velit, quis eorum maximũ sit adeptus imperium, resq; gesserit bello, paceq; clarissimas: omnes ante se memorabiles principatus ROMANVM IMPERIVM longè

Anaxilaus. Theopõpus.

Oratio ẽ animi imago.

superasse inueniet:nec imperij tantũ magnitudine,& rerũ gestarũ decore, quas nulla adhuc pro dignitate exornauit oratio,sed temporis etiam diuturnitate ab initio principatus sui,vsq; ad ætatem nostram. Nam Asiriorum quidem peruetustum quiddam,& in fabulosa reiectum tempora,exiguam quandã obtinuit partem Asiæ.Medorum autem,quod illud euertit, & propagatum est amplius, haud multum habuit diuturnitatis:sed inter quartam dissolutum est progeniẽ. Persæ vero bello Medis superatis,Asiæ fermè totius domini extiterunt: aggressi etiam Europæ gentes,non multa in ditionem redigere:nec annis multo plus ducentis in imperio permanserunt.Macedonum vero principatus, qui vim Persicam fregit,magnitudine quidem imperij superiores omnes prẹterijt:tempus autem neq; ipse multum floruit:sed post Alexandri obitum ruere in peius cœpit.& enim dispersus statim a successoribus in multos principes,& post eos ad secundã vsq;,aut tertiam generationem progrediens:imbecillis ipse per se ipsum,fuit tandemq; a Romanis deletus.q̃q̃ nec ea potentia terram omnem dicto audientẽ fecit,aut totum mare.Neq; enim Africæ dominata est,parti sanè magnæ,nisi iuxta Aegyptum, nec Europam subegit totam, sed plagæ quidem septẽtrionalis ad Traciam vsque progressa est,occidentalis vero vsque ad Adriaticum mare descẽdit.Hæc igitur superioris historiẹ clarissima imperia tantarum virium,tãtiq́ue roboris sunt dissoluta. Græcas enim potentias haud dignum est his opponere, nec imperij magnitudinem habentes,nec illustrationem temporis tantam,quantam hæc habuere.Nam ipsi quod Athenienses oræ tantum maritimæ dominati sunt Annos duo de septuaginta:nec toti tamẽ,sed ei tantum, quẹ intra pontum est Euxinum, atque Pamphilium pelagus:id'que quũ classe plurimum,atque maritimis opibus valuere. Lacedæmonij vero Peloponnesum,relinquam'que Græciam obtinentes,imperium vsque ad Macedoniam protulerunt, repressi deinde ipsi a Thebanis,cum nec annos triginta integros imperium obtinuissent. At Romana quidem ciuitas terræ toti,quẹcunque non est inaccessibilis, sed quẹ ab hominibus incolitur,imperat,maris eã totius quoque domina:neque solũ mediterranei,quod est intra columnas Herculis:sed etiam oceani,qua nauigari potest,prima sola'que omnium,quẹcunque ex omni æuo referũtur,ortum,& occasum terminos imperij sui faciens.Nec tempus ei potestatis breue: sed quãtum quidem nulli aliarum ciuitatum,nulliq́ue regnorum cõtigit. Statim enim ab initio post VRBEM conditam gẽtes finitimas sanè multas,atque pugnaces iuris sui fecit:processit'que ea semper obuios quosque prosternens. Atque hoc septingentos iam, & quadraginta quinque annos vsque ad consules Claudium Neronem iterum,& Calphurnium Pisonem,qui centesima nonagesimatertia olympiade sunt creati. Ex quo autem Italiam totam obtinuit,confisaq́ue est contra omnium principatus progredi,mari quidem Carthaginienses eijciens,qui nauali potentia plurimũ excelluerunt,Macedoniamq́ue subijciens, quæ terrestribus antea viribus plurimum pollere visa erat,nullum amplius habens æmulum Barbararum gentium, aut Græcarum:septimam iam ætatem hanc vsque meam perseuerat:omnis loci domina:nec gẽs vlla est(vt ita dixerim)quẹ de cõmuni imperio,aut ne imperiũ patiatur,amplius cum ea contendat.Quod igitur neque materiarum minimam

Assirij. Medi. Persẹ. Macedones. Athenienses. Lacedæmonij. Romani toti terræ accessibili dominati. Carthaginienses.

(vt dixi) delegerim, neque in rebus inanibus, aut ignobilibus versari constituerim, sed de clarissima omnium vrbe cōscribam, rebusq́ue gestis, quibus illustriores nemo possit ostēdere. haud sanè video cur pluribus probari oporteat. Quòd autem non sine cogitatione, & maturo consilio ad vetusta, quæ de ea scripta sunt, conuersus sim, instituti mei causas habens, quas possim probabiles reddere, pauca præfari volo: ne hoc mihi horum querulorum aliqui obijciant, nondum ijs auditis, quæ declaranda sunt. Vrbis memorabilis gesta scripturus, quę ingloria admodum, & humilia acceperit primordia, nec historica scriptione digna: quę non multis ante ætatibus in lucem, gloriamq́ue venerit, quam Macedonicos deposuerit principatus, & Punica confecerit bella (cum mihi licet illustre aliquod ex materia ipsa excerpere (ad origines, antiquitatesq́ue diuerti nihil prorsus habentes claritatis. Adhuc enim ignota est Græcis ferè omnibus Romanæ vrbis vetus historia, & opiniones quædam haud vere, sed ex quocunque audito principium assumentes multos decepere, tanquam ea cōditores habens, sine laribus, quosdam & vagos, & barbaros: neque ipsos saltem liberos, non ob pietatem, iustitiamq́ue, & alias virtutes ad principatum maximum simul cum tempore peruenerit, sed casu quodam, & fato iniusto bonorum maxima, sine causa, minus idoneis hominibus acquirente: & qui prauioris sunt moris: palàm incusare fortunam solent: tā quam eam nequissimis barbarorum tribuentem græcorum bona: & quid opus est de alijs dicere? vbi etiam scriptorum quidā ausi sunt: hæc ipsa in historijs scripta relinquere regibus barbaris: qui imperium oderant: quibus seruientes ipsi: & ad voluptatem loquentes: eorum in gratiam: neque iustas, neque veras historias confinxerunt. Has igitur erroneas (vt diximus) præsumptiones eximere ex animis multorum volēs, atque pro ijs veras tradere, de conditoribus VRBIS, qui fuerint, quibusq́ue, temporibus vniquique conuenerint, & qua fortuna vsi sedes patrias ante reliquissent, hoc sermone declarabo. In quoquidem: Græcos eos, ac non ex minimis, aut inanissimis gentibus coeūtes demōstrare polliceor. De rebus autem, quas statim post VRBEM conditam gesserint, & de studijs, quibus in tantam imperij magnitudinem peruenerint eorum posteri, deinceps orsus exequar, nihil eorum omittens (quantum eniti potero) quę historia digna videbuntur, vt & veritatem discentibus sentire liceat de hac vrbe, quod conuenit, nisi omnino rustistice erga eam, & infeste se habeant, neque ægre seruitutem ferant, quę merito facta est. Naturæ enim lex est omnibus communis, quam nullum dissoluit tempus, deterioribus semper imperare meliores. Neque fortunam incusent, tanquā ciuitati minus idoneę tantum imperium, ac iam tam diu gratis largientem: cum ex historia didicerint, quod innumeras statim ab initio, postquā cōdita est vrbs, protulit virtutes virorum, quib⁹ neque magis religiosos, aut iustiores, neque maiori tēperantia in omni vita vsos, nec in bellicis fortiores vlla alia vrbs tulit nec Gręca, nec Barbara. Absit iam verbo inuidia. Habet enim quiddam tale inopinatorum, admirabiliumq́ue professio, neque omēs, qui tantam illi potestatis magnitudinem circūposuerunt, ignorantur a Græcis scriptione non potiti, & digna mētione. Nulla enim de his rebus satis diligēs, aut certa historia digesta est a Gręcis vsque ad nostra tempora, nisi summatim quędam concisa, & valde breuia: primi

Meliores deterioribus semꝑ imperāt

Antigonus. Polibius Sillenus Qui grece scripserint apud Romanos.

quidem (quantum vidi) Romanas origenes percurrentis Hieronymi cardiani historici, in tractatu de Epigonis: postea Timæi siculi vetera quidem historiarum in communibus historijs enarrantis bella, bella autē cum Pyrrho Epirota in proprium collocantis tractatum: simul autem cum his Antigoniqúe & Polibij, & Sileni: multorúmque preterea ijsdem rebus nō similiter insistentium, quorū vnusquisque pauca, neque ea dedita opera, neque certa, sed ex fortuito auditu composita descripsit. His autem similes, & in nullo differentes historias ediderunt etiam ROMANI quicunque priscas res vrbis greco sermone cōscripserunt, quorū vetustissimi sunt Quintus Fabius, & Lucius Cincius, punicis bellis ambo clari. Horum autem vterque res gestas, quibus interfuit, probe descripsit, ob rerum notitiam: prisca vero post vrbem cōditā summarie percurrit. Ob has igitur causas visum est mihi, relictam a veteribus indictam pulchram historiā minime pretermittere, ex qua diligenter scripta & optima rerum contingent, simul & iustissima, eis quidem, qui diem suum obierunt viris bonis æterna potiti gloria, & posterorum laudibus, que mortalem naturam parem diuine faciunt, neque eorū opera cum corporibus simul interire: eis vero, qui ex diuinis illis orti sunt viris, siue orientur, neque voluptarium continget vite genus, neque desidiosissimum eligere, sed generosissimum, & laboriosissimum, hoc maxime cogitātibus, quòd qui honesta primordia sumpserunt ex genere, magnifice de se ipsos sentire conuenit, nihilqúe affectare maioribus suis indignum. Ac mihi quoque, qui nō adulationis gratia ad hunc tractatum diuerti, sed veritatem, iustúmque animo proponens, que speculari quēque opportet in omni historia, primum quidem id continget, vt ostendam sensum meum (quod sit commodus bonis omnibus, speculationi'que deditis) honestorum operum, & magnorū: deinde vt vrbi bene de me merite gratiam quantam possim referam, discipline memor, atque aliorum bonorum, quibus mihi perfrui licuit in ea commoranti. Reddita autem de electione operis ratione, volo etiam de facultatibus dicere, quibus sum vsus, quū aggredi hoc opus institui. Fortasse enim qui ante legerint Hieronymum, aut Timeum, aut Polybium, aut aliquem aliorum historicorum, quorum modo mentionem feci, tanquam scripturam subtrahentium: multis rebus apud eos non repertis, quæ a me scribuntur, commentitia hec esse suspicabuntur: & vnde mihi harum rerū scientia innotuerit, discere postulabunt. Ne igitur ea de me cuiquam insideat opinio, melius est quibus motus sim rationibus, atque monumētis, disserere. Ego in italiam traijciens, quum dissolutū est sub CAESARE Augusto bellū ciuile, cētesima octogesima septima olympiade, ac deinde tempus illud omne, quòd est anni duo & viginti vsque ad hoc, ROMAE cōmoratus, sermonémque vernaculū romanum ediscens, & literarum indigenarum sciētiam, omni eo tempore ijs, quæ spectarent ad hanc materiam, intendi, alia ex doctrina eloquentissimorum virorum, cūm quibus versabar, percipiens, Alia vero ex historijs cunctorum sumens quicūque laudatissimi Romanorum scripsere, vt Porcius cato, Fabius Maximus, valerius Antias, Licinius Macer, Aelij Gellij, calphurnij, & alij vltra hos plures, non obscuri, atque ab illorum procedens tractatibus (sunt enim scriptis grecis per similes) historiam sum aggresus. Hec igitur de me ipso disserui. Reliquum autē

Augustus quo tempore bellū ciuile dissoluit

Cato,

est de historia ipsa dicere, quibus eam comprehendo temporibus, & quibus de rebus narrationem cōficio, qualem'que operi formam trado. Incipio igit historiam à vetustissimis fabulis, quas qui scripsere ante me, reliquerūt sine multa inquisitione, studioque inueniri sanè difficiles. Narrationem autem extēdo vsque ad initium primi belli Punici, quod fuit anno tertio centesimæ, & vigesimę octauæ olympiadis: Narroque externa vrbis eiusdem bella omnia, quæ illis temporibus gessit, & seditiones intestinas, quot fuerunt, quibusq; ex causis, ac quibus modis, rationibusque compressę. Formas autem Reipu. omnes percenseo, quibuscū que vsa est & sub Regibus, & post exactos Reges, & qui fuerit vniuscuiusque modus. Tum vero mores qui optimi sunt, legesque clarissimas, & ad summam totum priscum victum ciuitatis explico. Formā autem tractatus trado, non qualem historijs tradiderunt ij, qui bella scripserunt, neque qualem rerum publicarū scriptores, neque annalibus similem, quos ediderunt qui res Atticas tractauerūt (vniformes namque illæ sunt, atque cito audientibus satietatem afferentes) sed ex omni specie formam quandam mixtam, bellicaque, & speculatiua, vt & illis, qui in ciuili sermone versantur, & illis, qui philosophicę speculationi student, & si quibus quieta oblectatione opus est in historicis certaminibus, abunde satisfacere videatur. Historia igitur de ijs erit rebus, talemque sortietur formam. Eius autem auctor sum Dionysius Alexandri Halicarnaseus, atque hic incipio.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM LIBER PRIMVS.



RBEM terræ, marisque totius dominam, quam nūc Romani icolunt, vetustissimi antea memorię preditorum tenuisse dicūtur, Barbari siculi, gens indigena. Quę vero ante hęc fuerit, neque vt habitata sit ab alijs, neque vt deserta fuerit, nēo quicquā habet certi, quòd dicat. Aliquā toque post eam capiūt Aborigines lōgo bello possessoribus primis adimētes: atque hi quidem in mōtibus prius habitauere sine muris, vicatim, & passim. Postquam autem & Pelasgi, & aliorum Græcorum quidam admixti, eis auxilio fuere ad bella finitima, cum gētē inde siculam expulissent, vrbes condiderunt plures, terramque omnem dicto audientem effecerunt, quantam amnes ambiunt Liris, & Tyberis. Hi quidem cursus initium sumentes ex radicibus montium Apennini, quibus secatur bifariam in longitudinem omnis Italia: distantque inter se, iuxta exitus eorum, octingentis fermè stadijs in Tyrrhenum mare fluentes: a septen

Narratio.

Liris.
Tiberis.

trione quidem Tyberis proxime vrbem Hostia effluens: a plaga vero Meridionali Liris habens Minturnas obuias. Sunt autem vrbes hæ vtræ'que Romanorum coloniæ: Permanserunt'que in eis sedibus nondum obscurati ab alijs: sed ijsdem homines ipsi appellati nominibus, vsque ab bellum Troianum priscam illã appellationem seruantes semper Aboriginum: sub latino autem, qui iliaci belli temporibus regnabat, dici Latini cœpti: postea Romulo denominatam à se vrbẽ condente sexdecim ætatibus post Troicum bellum, hoc nomine, quod nunc habẽt, accepto, gentem maximam ex minima simul cum tempore effecerunt: clarissimam'que ex obscurissima: eos, qui sedibus indigerent, benigne suscipiendo, cum ijs qui generose bello victi essent, rempublicam communicando, sepius etiam quicunque ab eis manumitterentur, simul esse concedendo, nullius'que fortunæ homines, si modo profuturi essent reipu. dedignando: Atque vltra hæc omnia, regiminis ornatu, quem ex multis casibus cõstituere, vtile aliquid semper per omnem occasionem assumentes. Aborigines autem, a quibus incipit Romanum genus, alij quidem Italiæ indigenas ex sese ipsos oriundos tradũt (Italiam enim voco oram omnem, quãtam sinus Ionius, & Tirrhenum mare, tertię'que a terra cõplectuntur Alpes) atque cognomen ipsis primum ex eo inditum dicunt, quod eorum, qui post fuerunt genus ab illis incipiat: quemadmodum & nos genarchas, aut Protogones dicimus. Alij autem dicunt sine laribus quosdam, & vagos, vndiq́ue conuenientes ibi forte sibi inuicem occurisse, & in locis communitis sedes posuisse, latrocinio vitam ducentes, & pecore. trahunt'que denominationem eorum in ĩfamiliaribus fortunę, Aborigines, eos dicentes, ad demonstrãdum ipsos, vagos. Sequeretur itaq́ue secundum hos, nihil differre Aboriginum gentem, ab eis, quos ita vocabant prisci. Nam huiusmodi hominibus, qui sine domibus proprijs conuenæ quidem, & ex colluuie multarum gentium promiscui erãt, neque terram vllam certam, neque patriam incolentes, hoc nomen, vt sæpius, indiderunt. Alij autem Ligurum colonos fuisse ipsos fabulantur eorum, qui vicini sunt vmbris. Nam ligures quidem multa Italiæ loca incolunt, atque etiã Gallię quædam possident. Vtra vero sit eis terra patria, incertum est. Nihil enim de his vlterius certi dicitur. Doctissimi autem Romanorum scriptorũ, in quibus est Porcius cato, qui vrbium Italiæ origines diligentissime collegit, & caius semproni⁹, & alij pleri'que, Græcos eos fuisse dicunt, ex ijs, qui Achaiam aliquando incoluerunt, multisq́ue commigrarunt ętatibus ante Troianum bellum, non vlterius tamẽ diffiniunt, neque Græci generis cuius fuerint, neque vrbem, ex qua profecti, neque tempus, neque migrationis ducem, quave vsi fortuna sedes patrias reliquerint. Verum Græca vsi fabula, ne vnum quidem eorum, qui Græca scripsere, auctorem certum adhibuerunt. Veritas igitur in occulto est. Sin autem est sermo eorum verus, nõ alicuius vtique generis alius coloni fuissent, quã eius, quod nunc Arcadicum dicimus. Nam'que hi græcorum primi sinum Ionium traijcientes, Italiam incoluerunt cum eos Oenotro Lycaonis filio, qui quintus erat ab Aegeo, & Phoroneo, qui primi in Poloponneso regnarũt. Nam Phoroneus quidẽ, Nyobes pater fuit. Huius autem & Iouis filius (vt dicitur) Pelasgus, Aegei'que filius Lycaon, huius'que filia Deianira. Et ex ea, & Pelasgo Lycaon alter, Lycaonis

Aborigines.

Ligures.

Oenotro.

oenotrus

oenotrus decem, & septem ætatibus ante troiam obsessam. Hoc enim tempus erat, quum colonos in Italiam miserunt græci. Reliquit autem oenotrus græciã, non satisfaciente sibi portione sua. Nam cum essent Lycaoni duo & viginti filij, totidem in partes diuidi Arcadiam oportebat. Hac igitur causa peloponneso relinquens oenotrus, classemque instruens Ionius secat mare, & cum eo peucetius, vnus è fratribus. Secuti verò sunt eos, & iam ex domestico populo complures. Nam populosissima fuisse dicitur hæc gens a principio grecarum omnium, quæcun'que ex eis regionem sortitę sunt, minorem quàm pro multitudine sua. Peucetius igitur in quàm partem Italiæ primum cursus tulit, supra vertices Iapigios populum suum deportans, ibi collocat. Peucecijq; ab eodem dicti sunt, qui circum ea loca habitãt. Oenotrus autem maiorem exercitus partem ducens, in alterum venit sinum ab occidente secundum Italiam diffusum, qui tunc quidem Ausonius, ex accolis eius Ausonibus dicebatur. Postquam verò thyrreni dominationem maris habuere, sumpsit eam, quàm nunc habet appellationem. Inueniens autem oenotrus regionem ipsam multam decori, multam'que cultui percommode expositam, magna autem ex parte deserta, ac ne illa quidem, quæ incoleretur, hominibus frequentatam, cum expurgasset barbaris partem eius quandam, vrbes condidit in montibus paruas, & crebras, qui mos erat condendi priscis. Vocata est autem ea ora, & quidem multa, quantacunque occupauit, oenotria. atque homines quibuscunque imperauit, oenotri, tertiam hanc assumentes cognominationem. Nam Aegeo quidem regnante Aegei dicebantur. Suscipiente autem imperium Lycaone, Lycaones dicti sunt. Oenotrio verò transportante eos in Italiam, vocati sunt ad quoddam tempus oenotri. Testimonio'que mihi est sophocles tragicus in triptolemo. Inducitur enim ceres in ea fabula docens triptolemũ quanta ei peragrãda sit regio iaciendis seminibus, quę à se acceperit. atque orientalis Italiæ primum mentionem faciens, quæ est à verticibus Iapigis, vsque ad fretum siciliense, postea'que opposita commemorata sicilia, ad occidentalem Italiam rursus diuertit, gentes'que maximas maritimam oram incolentium percurrit, ab oenotrorum habitatione principio sumpto. Abunde autem sufficient hæc sola de Iambicis dicta, in quibus ait. Hæc autem à tergo manus In dextram Oenotria'que omnis, & thyrrenus sinus, & ligustica te tellus excipiet. Anthiocus aũt siracusanus historicus vetustissimus in Italiæ habitatione conditores antiquissimos discurrens, & vt partem eius quandam singuli occuparunt, oenotrio primos dicit omnium memorię traditorum sedes in ea posuisse, sic dicens. Antiochus xenophani hęc scripsit ex sermonibus priscis valde credita, & certissima. Hanc terram, quę nunc Italia dicitur, antiquitus habuerunt oenotri. Postea pertransiens quemadmodum gubernabantur, & vt Italus aliquando rex eorum fuit, à quo dominati sunt Itali, huic'q; successit morges à quo morgetę vocati sunt, & vt siculus hospes morgeto factus proprium sibi constituens imperium, distincta gente, huic infertur. Atq; ita siculi, & morgetę, & Itali fuerunt, qui erant oenotri. Age iam, & genus oenotri quantum erat, ostẽdamus, ex priscis historicis testem alium habentes pherecidem in atheniẽsium originibus nemini secundum, fit autẽ ei sermo de regnantibus in arcadia sic. Pelasgo, & deianire fit Lycaon. Hic cylemnem ducit nympham naiadem, à quo mons cylenine di-

citur. Postea qui ab his descenderunt enumerans, & quæ vnusquisque eorum loca incoluerit commemorans, quum oenotri, & Peucetij meminit, sic inquit. Et oenotrus, à quo oenotri vocantur, qui in Italia habitant, & Peucetius, à quo Peucetij, qui in Ionio sinu. Quę igitur à veteribus poetis, & fabularũ scriptoribus dicta sunt de habitatione oenotrorũ, sunt talia: quibus ego assentiens si vere gręca origo Aboriginibus fuit: sicut à Catone, & Sempronio, & alijs'q; pleris'q; traditur: oenotrorũ ipsorum progeniẽ eos fuisse arbitror. Nam Pelasgo equidem nationem, & Cretensem, & cæteros, quicunque alij sedes in Italia posuerunt, posterioribus temporibus aduenisse reperio, neque antiquiorem hac ipsa classem aliam ex Græcia in occiduũ Europæ possum vllam percipere: atque oenotros ipsos multa alia loca Italiæ obtinuisse existimo, alia deserta, alia in frequẽtia occupantes atque Vmbrię pars est etiã, quam sibi vendicarint. Vocari Aborigines puto, ex habitatione ipsa montium. Nam & illud Arcadicum est, montes sequi, sicut Athenis aliqui montani sunt, alijque maritimi. Si vero aliquibus insitum sit, minime velocibus esse ad ea recipienda sine certa probatione, quæ de vetustis rebus dicuntur: ne veloces sint etiam ad credẽdũ, fuisse eos aũt Ligures, aut Vmbros, aut alios quosdã barbaros: sed expectantes reliqua, quod verisimilimu sit ex oĩbus iudicent. Vrbiũ autẽ, in quibus primũ Aborigines habitarũt, paucę nũc supersunt. Plurimę verò bellis, malisque alijs dirutę, ac desertę. Erãt aũt in Reatino agro haud ꝓcul Apẽnini mõtibus, ab vrbe Roma minimũ diei iter distantes, vt in antiquitatibus Terentius Varro scripsit, cui ego seruiens quæ illustrissimę earum fuerint, vt ab eo traditur, enarrabo. Palatium quidem quinq; & viginti stadijs a Reate distans Vrbe, nunc etiam a Romanis habitata viæ quintiæ proximum. Trebula autem ad sexaginta stadia ab vrbe eadem distans tumulo insidens modico. Vesbola item eadem distantia a Trebula Ceraunis montibus proxima. Ab hac rursus quadraginta stadijs diuisa vrbs insignis Sima: vbi templum est valde vetustum Martis Mephyla quo'que triginta ferme stadijs procul à Sima. Ostenduntur autẽ ruinę eius & murorũ vestigia, Quadraginta autẽ stadijs abest Oruiniũ, si qua est ibi aliarũ, vrbs illustris, & magna. Manifesta sunt.n. fundamẽta murorum eius, & fossę quędã veteris magnificentiæ, & sepulchrorũ ambitus in celsis aggeribus in longũ porrectorũ. Hic templũ est Palladis vetustũ in summo extructũ. A Reate rursus stadijs octoginta via Iunia, Eundo iuxta Coritũ montem Cursula nuper diruta. Ostenditur autem & insula quædam Issa cognomine lacu circunflua, quam sine munimento vllo manu facto inhabitasse illi dicuntur, lacunis ipsis pro muris vtentes. Proximum verò Isse, maximum in interioribus lacus eiusdem positum quadraginta stadijs distans ab ijs, quæ septem aquæ vocantur. A Reate iterum in Latinam viam eundo. Varia quidem triginta stadijs, Tiora autem trecentis, quæ vocatur Materia. In ea fuisse dicitur oraculum Martis longe vetustum, cuius mos haud dissimilis erat (vt aiunt) Dodonæo olim memoriæ prodito, nisi quòd ibi quidem sub quercu sacra quiescens responsa dare videbatur, apud Aborigines autem à deo missa auis, quam ipsi Picu Græci δρυοκολαπτηρ vocant, siue αρυοκολαπτηρ super columnã ligneam apparens hoc ipsam facit Quatuor autem & viginti stadijs ab vrbe ante dicta est Lista metropolis Aboriginum, quam Sabini olim nocte adorti ex vrbe Amiterna incautam capiunt.

Qui ve=

Qui vero capta vrbe euaserunt, suscipientibus ipsos Reatinis, postquàm multa moliti ea frui nequibant, sacram dicarunt tanquàm suam adhuc terrã, diris exercitationibus profanos faciendo, quicunq; ex ea deinceps fructus perciperẽt. Ab Reate rursus septuaginta stadijs Cotyla vrbs insignis, montibus adiacens, & ab ea non procùl est lacus quatuor iugerũ amplitudine aquę ex sese oriundę plenus semper defluentis: eiusq; altitudo (vt dicitur) immensa. Hunc autem diuinitatis aliquid habentem sacrum Victorię finitimi existimant: munientes'q; caueis: ne quis latici appropinquet, inaccessum custodiũt, pręterquàm amni quibusdã temporibus, in quibus sacra consueta faciunt ascendentes in Iusululam illi, quibus id licitum permissum'q; est. Et est quidem insula per dimensionem pedes circiter quinquaginta: supereminet autem aquę haud amplius pedalem altitudinẽ: est'q; nequaquam fixa, sed circunnatat quocunq;, ac circunfertur, vertente interdum eam sensim nunc huc, nunc illuc vẽto. Herba vero in ea nascitur butumo, siue spinę albę similis: & frutices quidam non magni. Res ipsa supra notionem imperitis naturę virium, ac miraculum nulli secundum. His quidem in locis habitasse primum Aborigines dicunt, expulsis inde Vmbris. Ijdem'q; in alios quoq; barbaros irruentes: ac maxime in finitimos siculos de regione decertabant. Ac primum quidem egrediens iuuentus sacra viri pauci, victus querendi gratia à parẽtibus missi, more prisco, quò & barbarorum plurimos vsos scimus. Quando enĩ tantus excessus turbę, multitudinis'q; vrbibus proueniret, vt non amplius sufficere possent oĩbus alimenta domestica, siue quod tellus facta esset cœli grauitate sterilior, siue quis alius ciuitatis casus, siue bonus, siue malus minuendę domi multitudinis necessitatem imposuisset, deorũ alicui dicantes annuam progeniẽ. emittebant armis instructos ex terra propria: & si pro fœcunditate prolis, aut ꝓ victoria dijs gratias agerent sacrificãtes antè sacra decreta, secundis augurijs colonos emittebant. Si vero dijs iratis detinentium se malorũ liberationẽ peterẽt, hoc ipsum fermè agebãt dolentes, atq; ignosci sibi postulãtes ab ijs, qui pellerentur. Illi vero demigrantes, tanꝙ nõ amplius terrã patriã habituri, nisi alterã acquisisent, quæ se susciperet, aut grã, aut bello victã, tũc sibi patriã eam demũ faciebant, cũ is deus, cui illi noĩatim dicati erãt dũ emitterent, cõplecti ipsos plurimũ videret: ꝓter humanã etiã opinionẽ colõias erigẽtes. Hac igr̃ lege vtẽtes eo tp̃e Aboriginũ quidã, florẽte hoib⁹ regiõe, cũ interficere filios nollẽt, scel⁹ id esse rati nullo inferi⁹, deoꝝ cuipiã vouẽtes annuã ꝓgeniẽ adultos emittebãt filios ex terra ꝓpria, q siculos abigẽtes ibi cõsederũt postꝙ suã reliquerãt. Posteà non ꝙ fraude locis quibusdã hostilis agri potiti sunt iam ex tuto, reliqui quoq; Abrigies agro agẽtes ꝓximo vicinos aggrediebãtur, vrbes'q; cõdiderunt & alias quasdã, & quę nunc etiam habitantur, Antennas, & Tellenes & Philœneas iuxta montes qui cornicli vocãtur, & Tiburtinos, apud quos etiam hucusque pars quędam vrbis siciliensis, vocatur. Erant'q; Aborigines ijdem prę cæteris finitimis maxĩe infensi siculis: surrexit'q; ex his controuersijs (bellũ omnibus gẽtibus anteà nullũ fuerat in italia) processit'q; in lõgum tp̃s extractũ. Posteà vero Pelasgoꝝ quidã eã, quę nũc Thessalia dicit̃, incolentiũ sedes ꝓprias coacti relinquere cohabitatores aboriginib⁹ fiũt, simul cũ eis bellũ aduersus siculos gerẽtes. Susceperunt

Insula.

Pelasgi.

b

autem illos Aborigines ſpe forſan commoditatis ſuę. Quantum autem ego arbitror propter cognationem potiſsimum. Erat enim Pelaſgum genus Gręcum ex Peloponneſso antiquitus, Fortuna'que vſi fuerunt aduerſa cum alijs in rebus plurimis, tum maxime in erratili, nulloque loco ſtabili habitatione, aut certa. Primum quidem circa id, quod nunc vocatur Achaicum Argos, habitarunt, indigenes, cum eſsent, vt multi aſserunt. Cognomen autem iſtud à principio ſumpſerunt ex Pelaſgo rege. Erat'que Pelaſgus ex Ioue, vt dicitur, & Niobe Phoronei, cui prime mortalium comixtus eſt Iupiter, vt habet fabula. Sexta deinde poſt ętate relinquentes Peloponneſsum in eam, quę tunc Aemonia, nunc Theſsalia dicitur, commigrarunt: perigrinationiſque duces fuerunt Acheus, & Phitus & Pelaſgus Lariſsę, & Neptumni filij. Aduenientes aũt in Aemoniam incolentes eam barbaros expellũt, ipſi'que regionem diuidunt trifariam: denominatis partibus à ducibus ſuis Phita, Pelaſga: & Achaia. Quinque illic ętates permanẽtes, quibus maxima cum fœlicitate viguerunt campis optimis Theſsalię perfruentes: circiter vero ſextam ętatem pelluntur ex Theſsalia à Curetis, & Lelegis colonis: qui nunc Aetoli & Locri vocantur: atque alijs compluribus circa Parnaſsum habitãtib⁹, ductore hoſtiũ Deucalione Promethei matris'q; Oceanę ꝯ vocatę. Diſperſi vero fuga alij in cretã abierũt, alij inſularum Cicladum quaſdam tenuerũt: alij circa Olimpum, & Oſsam, Eſtiotin dictã, habitarunt. Alij autem in Boetiam, & Phocidem, & Euboeam delati ſunt. Alij vero traijciẽtes in Aſiam maritimę orę, circa Helleſpontum multa occuparunt loca, atque adiacentium inſularum cum plures alias, tum eam, quę nunc Lesbos dicitur. Is admixti qui ex Hellade deduxerunt primã in ea coloniã, ducẽte eos Macario Craſij. Plurima aũt pars eoꝝ per mediterranea verſi ſunt ad eos, qui Dodonæ habitabãt, cõſanguineos ſuos, quib⁹ nemo bellũ inferre tanq̃ ſacris audebat, tempus'q; quodã modicũ ibi cõmorati. (Nam vbi ſe illis eſse graues ſenſerũt, nõ ſufficiẽte agro ad vtros'q; eos alendos, regionẽ reliquere) parentes oraculo iubenti ſe in Italiã nauigare, quæ tunc Saturnia vocabat̃: pręparatis'q; multis nauibus tranſmittũt Iouium, ſtudium quidem adhibẽtes, vt proxima cõtingerẽt Italię loca. Cęterũ perflante Noto, locorũq́ue ignorãtia ſuperius delati, vniq; ex Padi oſtijs appulſi Spineto vocato, naues ibi relinquũt, ac præſidiũ firmũ collocant, ne, nõ ſuccedentibus eis rebus, receptum amitterẽt, atq; hi quidẽ relicti eodẽ in loco caſtra muro cinxerunt, nauibus ipſis ſibi cõmeatus aduehentes. Poſtea vero quã ſuccedere ſibi res ex ſententia viſæ ſunt, vrbẽ cõdidere ab oſtio fluminis denominatã: fortunati q; maxime omniũ circa Ioniũ habitantiũ, mari quoq; victores, multum ad tẽpus Delphos decimas miſerũt deo ex emolumẽtis maritimis, & quidẽ clariſsimas. Verum poſtea magna eis accolarũ barbarorũ manu ſuperueniente, vrbẽ reliquerunt. Barbari autẽ poſt tempus pulſi ſunt à Romanis. ſicq; Spineti relictum Pelaſgorum genus eſt diſsipatum. Qui vero ad mediterranea verſi ſunt, montuoſa Italiæ ſuperantes, in Vmbrorum fines adueniunt finitimorum Aboriginibus. Nam & multa alia loca Italiæ Vmbri incolebant, eratq; gens iſta inter cæteras magna admodum, & vetuſta. Principio igitur Pelaſgi dominati ſunt locis, quę prima inſederunt, vrbem'q; Vmbrorũ quandã Matiam cœperũt. Cõueniẽte aũt cõtra eos expedito

Pelaſgus rex.

Spinetum

Matia.

exercitu

exercitu,cũ timuissent hostiũ multitudinẽ,ꝑfecti inde in agros Aboriginũ diuertunt. quibus quoq;,tanq̃ hostibus, Aborigines ire obuiã parabant: conuenerantq; celerrime ex locis proximis,tanq̃ illos expulsuri. Cæterum Pelasgis fato cõtigit eo tẽpore circa cotylã vrbẽ Aboriginũ habere statiua ꝓpe lacũ sacrũ. Cum vero & insulã in eo circũagi aduertissẽt,& ex captiuis quos,in agro cœperãt, idem audissent,nomẽ illud incolaꝶ suspicati sunt finẽ diuinationis de se cõtinere. Nã respõsum datũ eis Dodonæ,quod Lucius Mamius vir nõ obscurus vidit suꝑ tripode quodã, in tẽplo Iouis priscis lr̃is incisum, sic habuit. Pergite querẽtes siculorũ saturniã terrã,atq; Aboriginũ corylã,vbi insula vehit̃.decimã mittite Phebo,& capita Ioui,& patri mittite hominem. Venientibus igitur Aboriginibus cũ magno exercitu sacris frondibus p̃tensis Pelasgi occurrunt inermes, indicantes fortunam suam,rogantes'q; per amicitiã se suscipi cohabitatores, minime molestos futuros, quandoquidem ipsos deus in hanc solam terram ageret, sortesqúe aperiunt. Hęc audientibus Aboriginibus visum est oraculo esse parendum: suscipiendamqúe Gręcam societatem contra barbaram factionem, bello ipsis pręsertim contra Siculos laborantibus: ictoqúe statim fœdere agrum Pelasgis tradunt eo ipsi se spoliantes,circa lacum sacrum, vbi multa erant palustria, quę nunc ex prisco sermonis more velia dicuntur. Fuit em̃ Græcis plurimum consuetum,pręponere nominibus quęcunque à vocalibus inciperent, V syllabã vnica litera scriptam. Hęc autem erant quemadmodum digama duplicibus obliquis vna recta superiuncta hoc modo, vt zelena: zanax: zoicus: & Faer: & multa talia. Postea vero pars eorum non minima, cum ager omnibus non sufficeret, impetrato ad exeundum Aboriginũ auxilio Vmbros aggrediuntur, vrbemqúe eorum capiũt fortunatam,& magnam Crotonem: qua vtentes contra Vmbros pręsidio, & muris firmata, vt esset belli munimentum, abunde etiam regionem habente circũ pascuam, Multorum quoque locorum aliorum domini extiterunt: atque Aboriginibus in bello contra Siculos, quòd adhuc durabat, multa cum alacritate auxilio fuere donec eos terra propria expellerent. Multas'que vrbes alias quidem antea à Siculis habitatas,alias aũt ipsi construentes,vna cũ Aboriginib⁹ Pelasgi incoluerunt: quarum vrbium est Ceratinorum vrbs, quę tunc Agilla vocabatur & Pisa & Saturnia, Alciunqúe & alię quędam quę post temp⁹ ablatę sunt à Tirrenis. Phalerium autem & Phasenium ætate mea habitatę erant à Romanis paruas adhuc quasdam seruantes reliquias pelasgi generis,quæ vrbes prius fuerãt Siculorum, in his'q; restiterunt diu multa priscorũ monumẽta,quibus olim gręca natio vsa est in longum temp⁹: sicut armorum bellicorum ornatus clipei argolici & hastę. Quùm autem bellum inferrent ipsi aut inuadentibus se hostibus obuiaturi pro finibus exercitum mitterent sacri quidam viri ante alios inermes ibant feciales sacrorumqúe apparatus & deorum simulacra, sanctimoniæqúe & sacra & alia multa similia. Omniũ autem apertissimum est indicium eos homines q̃ Siculos expuleruut in Argo aliq̃n habitasse Tẽplũ Iunonis in Phalerio eodẽmodo cõstructum,quo in Argo ibi etiã piationũ ritus similis,& sacrę fœminę tẽplũ curãtes, & quæ canistrifera dicit̃ puella innupta sacra incipiẽs de victimis,& virginum chori laudãtium deam patrijs cantibus. Habuerunt aũt isti etiam illius agri,qui

Cotyla.

Respõsũ.

Velia.

Mos græcorum.

character

Ceræ.

Agylla.

Canistrifera.

campanus dicit, pascui admodũ, & aspectu iocundissimi, partem non exiguam cum Abronissos, gentem quãdam barbarã, parte aliqua eiecissent: condiderũt'q; ibi vrbes cum alias, tum Larissam sub illius nomine, quæ in Pelopõneso est eorũ metropolis, & alia oppida, quorũ quidẽ extãt adhuc nõnulla sæpe ĩcolas cõmutãtia. Larissa aũt valde multo añ deserta, clari nihil nũc habet, quo dignosci queat, an vnq̃ fuerit præter nomẽ, quod nec multi sciunt. Aberat aũt a foro Popiloo dicto, nõ procul. Multa quoq; alia loca in ora maritima, atque mediterranea obtinuerunt expulsis siculis. Siculi autem (vt pote qui lares proprios ob Pelasgos, & Aborigines obtinere nõ possent) filios & vxores assumẽtes, & pecuniarũ quicq̃d aurum & argẽtum erat, agro omni ipsis cedunt: conuersi'q; per montana in Notum, omnem'que Italiam inferiorẽ permeantes, cum vndiq; pellerentur, fabricatis ad tempus ratibus ad traijciẽdum fretum, atq; obseruato æstu, cũ descẽderent ex Italia in proximã insulam secundo mari transmittũt. Occupauerant autem eam sicani genus hispanum non multo ante, cũ & ipsi Ligures fugerent: fecerantq́ue ex suo noĩe vocari insulam sicaniam, quæ antea Trinacria dicebat̃, à figura triangulari. Erant eñ in ea sanè nuda non multi incolæ, maior'que pars ei⁹ erat adhuc deserta. Detenti igit̃ in ea siculi, partes primũ occidentales incoluerunt, postea'q; alias etiã multis in locis, cœpit'q; ab eis insula Sicilia vocari. Sic igitur genus siculũ reliquit Italiam (vt Ellanicus quidẽ Lesbius dicit) tribus ætatibus ante res Troianas Alcyone sacerdote in Argo annum iam vicesimum sextum. Duas is quidem facit classes italicas in ciciliam traijcientes. Primam quidem Elymorum, quos ab Oenotris surrexisse ait. Secundã aũt anno quinto post Ausoniorum Iapiges fugentium: regem'q; eorum dicit siculum, à quo est nomẽ & hoĩbus, & insulæ inditum. Vt autẽ Philistus Syracusanus scripsit, tempus trãsmissionis fuit annis octoginta ante Troianum bellũ. Gentem autem, quæ transportata ex Italia est, neq; siculorum, neq; Ausoniorum, neq; Elymorũ, sed Ligurũ fuisse ait, ducente eos siculo, quem filium fuisse dicit Itali, atq; homines sub illius dominatu vocatos esse siculos: pulsos vero fuisse Ligures ipos è sedib⁹ ꝓprius ab vmbris, & siculis. Anthiochus autem Siracusanus transmissionis quidem tempus nõ declarat: siculos vero cognominatos ostẽdit eos, qui commigrarunt, exacti ab Oenotricis, vmbricis'q; exercitibus. Thucydides aũt siculos fuisse scribit qui cõmigrarunt, opicos qui exegerunt, tempus'q; multis annis post troicũ bellum. Quę igitur ab auctoribus relatu digna dicuntur de siculis qui ex Italia habitationem in siciliam transtulerunt, sunt talia. Cæterum Pelasgi regionis multę bonęq; domini, & vrbibus quibusdam captis, & alijs cõditis, celerem, & magnam accessionem habuerunt prolis, & diuitiarum, atq; aliarũ fœlicitatum: quibus tamen non diutius perfrui eis licuit: sed tunc maxime, cũ florere omnib⁹ vibebãtur: aduerso numine agitat, alij deorum ira, alij à barbaris accolis sunt deleti. Maxima vero pars eorum in Græciam rursus, & in barbarorum terram dispersa sunt. Ac de ijs quidem, si vellemus certum scribere mult⁹ esset sermo. Pauci aũt permãserũt in Italia, Aboriginũ prouidẽtia. Primũ igit̃ vrbibus calamitatis initiũ fuisse visa est terra penuria hymbrium, æstuq; exhausta, cum nec in arboribus fructus aliqui ad maturescendum perstarent, sed crudi caderent: neque

Abrõissi. Larissa. Forũ popiloum. Siculi. Sicani a sicanis ante trinacria. Sicilia. Pelasgi. Primũ calamitatis initium.

neq; semina, si quę germinassent, ad spicarũ maturitatẽ legitimũ tempus exple rẽt: ac iãquidẽ nõ satis pabuli pecorib⁹ terra emittebat. Latices vero alij nõ erant amplius potu boni: alij toti defecerant, alij autem ęstate penitus arescebant. Istis quoq; consanguinea acciderunt in fœtib⁹ pecorum, & mulierũ quòd aut aborti eijciebantur aut expirabant in partu. Fuere etiam, qui parientes ipsas secum traherent: quod si aliquis tandem periculum partus effugeret, aut cęcus, aut imperfectus, aut aliquo casu mancus, & debilis nequaquam erat educari idoneus. Pręterea multitudo reliqua, pręcipue'q; adulta, morbis plerisq; insolitis, & morib⁹ vrgebantur. Consulentibus autem ipsis, quo deorum, siue geniorum lęso hęc paterentur, aut quid faciendo spes esse posset sibi quiescendi à tantis malis: respondit deus, causam hanc fuisse, quod exoptatis potiti, ipsi non persoluerant quę nouissent: sed pręcipua adhuc deberent, & pluris pretij. Nam Pelasgi antea ob sterilitatem soli rerum omnium, vouerant Ioui, & Apollini, & Genijs prouentuum omnium decimas. Exauditis autem precib⁹, excerpentes illi frugum, & pecudũ portionem, dijs persoluerant, tanquam ipsi de his tantum vota nuncupassent. Hæc autem Myrsilus Lesbius narrat ijsdẽ ferè verbis scribens, quibus nunc ego: pręterquam quòd non eos homines Pelasgos, sed Tyrrhenos appellat Causam autem paulopost dicam. Vt autem allatum est oraculum, haùd assequi coniectura poterant quid posceretur. Cæterum dubitantibus eis, vnus è senioribus interpretans id responsum sic inquit. Falli eos omnino, si se à dijs immerito accusari existimarent. Nam rerum quidem aliarum primitias recte ipsos inquit, & iure persoluisse: Prolis vero, rei apud deos preciosissimę, primitias adhuc eos debere: Si quid igitur horum, aut partem debitam dij acciperent, finem responso fore. Hæc cum audissent, alijs quidem visum est ea recte dici: alijs vero ex fraude compositus sermo videbatur. Proponente demum quodam, exquirendam esse dei sententiam, an ei gratum esset decimas hominum accipere, mittunt secundo augures: responditquè deus, sic vt facerent. Indéque seditio oritur de decumandi modo, perturbatíque sunt inter se primum ciuitatum præfecti, deinde etiam reliqua multitudo suspectos habuit magistratus, fiebant'que interim sine vllo more, aut modestia secessiones (vt scilicet solent velut stimulo quodam, furijsqùe agitatæ) sunt'que loca multa etiam deserta tota, cum pars hominum aliqua demigraret. Neque enim oportere putabant, abeuntium propinqui à dilectissimis relinqui: neque inter inimicissimos volebant ipsi remanere. Primum igitur migrantes isti ex Italia in Græciam, etiam per barbaram regionem multum errauerunt. Post primos autem alij quoque eadem sunt passi: atque hoc quotannis fiebat. Neque enim cessabant principes in vrbibus adultæ semper iuuentutis primitias excerpere, simul & dijs iuxta reddere ęquum esse censentes, & occultas seditiones veriti. Erant enim multæ, ac pars eorum, quamquam honestis nominibus, tamen causa inimicitiarũ erat à dissidentibus exacta, ita vt secessiones multæ fierent, & vbique terrarum Pelasgicũ genus esset. Excelluerũt autem in re militari, propterea quod in periculis fuerant assidue exercitati, inter gentes bellicosas degentes, ac rei quoque nauticæ peritia multo meliores sunt facti, propter habitationem cum Tyrrhenis, vnde plurimum traxerant.

Nota de votis psoluendis.

Deinde necessitas quæ satis est ad erigendos in audaciã egenos, dux ipsis, & magistra facta est omnis periculi subeundi, adeò vt nõ difficilis eis fieret quocun'q; irent victoria. Vocabantur autem ab alijs & ex cognomine regionis, vnde profecti erant, & ob memoriam prisci generis ijdem homines Pelasgique, & Tyrrheni, cuius ergo rei mẽtionem feci, ne quis admiretur, cum aut poetas, aut historicos audiat Pelasgos, eos, & Tyrrhenos appellantes, quoniam pacto vtraque cognomina ijdem homines habuerint. Fit enim apud Thucydidem de ipsis mentio in principio Thraciæ, positarum'que in ea vrbium, quas homines incolunt bilingues. De Pelasgico autem genere hic sermo. Inest autem & chalcedicum, plurimum vero pelasgicum, & lenium, & Athenas quando'que incolẽtium Tyrrhenorum. Sophocles autem ĩ fabula Inacho anapestum a choro dictum ita scribit: Inache genitor fili fontium patris Oceani, magne nuntie argiua tellure, Iunonijs que pagis, & Tyrrhenijs Pelasgis. Tyrrheniæ igitur nomen eo tempore per Græciam erat, omnis'que in occasum Italia, gentilitio nomine amisso, id cognomen assumpsit, quemadmodum & alibi pluribus in locis in Græcia, & circa eam partem accidit, quę nunc Peloponnesus dicitur. Ab vna eñ incolẽtium gente Achaici generis, omnis cherronnesus, in qua & Arcadica, & Ionica est natio, gentesque aliæ plæręque, dicta est Achaia. Tempus vero, quo affligi cœptum est genus Pelasgicum, duabus fermè ætatibus fuit, ante Troianum bellum. Durauit autẽ fermè post Troiæ excidium, donec redacti sunt in minimum. Nam præter Crotonẽ in Vmbria vrbem memoratu dignã, & si quid aliud habitatũ est in terra Aboriginum, reliqua diruta sunt Pelasgorum oppida. Croto autem prisca forma diu conseruata non multum est, ex quo nomen mutauit, & incolas: est'que nunc Romanorum colonia, & Crotonia appellatur. Qui enim relinquentium regionẽ Pelasgorum vrbes occuparũt cum alij fuere multi, vt qui que erant aliquibus finitimi, tum qui plurimas, & optimas, Tyrrheni. ❧ Tyrrhenos vero alij indigenas Italiæ, alij aduenas tradunt. Et qui quidem indigenam eam gentem faciunt, traxisse nomen dicunt à locis minutis, quæ illi extruxerunt primi omnium, qui eã regionem incoluerint. Tyrses enim à Tyrrhenis appellantur extructæ & densę ædes, sicut a Græcis etiam. ab eo'que igitur casu nomen id datum volunt, sicut etiam Mossynis in Asia. Nam & illi in ligneis velut turribus habitant erectis asseribus, altis'q; tabulatis, mossynas illas vocantes. Qui vero adventitios eos fuisse volunt, migrationis ducem factum Tyrrhenum ipsum, quem a se eam gẽtem denominasse asserunt, fuisséque, eum Lydum genere, ex ea, quę prius Mȩonia vocata est, vetustum quendã commigrantẽ, quintum'que eum a Ioue. ❧ Ex Ioue enim, & Tellure genitũ fuisse dicunt Masuẽ primũ illic regem, huius autẽ, & Calliroes Oceani filię fuisse Cotym, Coty vero ducẽti Alicẽ filiam Trasyli Geginis filij, duos fuisse filios Asiam & Atym, ex Aty aũt & Callithea Chorei Lydum nasci, & Tyrrhenum: ac Lydũ quidem domi manentẽ paternum imperiũ suscepisse, eã que regionem dictã ab eo Lydiam: Tyrrhenum vero migrationis ducẽ, multũ acquisisse Italię, & belli socijs hoc nomen imposuisse. Ab Herodoto aũt dictum est Atys Masuei filium fuisse Tyrrhenũ, migrationémq; Mȩonum in Italiã minime voluntariam. Ait. n. regnante Aty penuriã frugũ fuisse in agro Mȩonũ, homines

Crothonia

Mossynæ

Genealogia. ❧

mines aũt primum regionis affectione deuinctos contra eã calamitatem multa excogitasse remedia, die altera modice edentes, altera ieiunantes. Cum vero malum illud diutius extraheretur, diuiso biffariã populo, sortes partibus iniecerunt, alteram exitus ex regiõe, alterã possessionis, atq; ex Atys filijs duobus cum hac vnum, cum illa alterum esse voluerunt. sortientibus aũt illis parti quidẽ, quæ cũ Lydo erat, meliorem fortunã euenisse aiũt, alteram vero accepta pecuniarũ portione, versam in occidentem, vbi erat vmbris habitatio, ibi concedisse, vrbes'q; condidisse, quas etiã temporibus suis extare ait. Hoc etiã sermone multos alios in historia vtẽtes scio de Tyrrhenorũ genere hos quidẽ hoc modo, illos vero cõditorem mutantes, & tempus. Dixerunt. n. quidã Herculis filium fuisse Tyrrhenum ex Omphale Lyda, hunc aũt aduenientem in Italiã eiecisse Pelasgos ex vrbibus: non ex oĩbus tamen, sed ex eis, quę erant in septẽtrionali parte circa Tyberĩ. Alij vero Thelephi filiũ fuisse Tyrrhenũ dicunt, profectũmq; in Italiã esse post Troiam captã: Xanthuus aũt Lydus veteris historiæ: si quis est alius, peritissim⁹ & in patria historia assertor nulli secundus existimatus: neq; Tyrrhenum quàm in tota historia nominauit Lydorũ principem: neq; itionẽ Mæonum in Italiã vllam nouit: neq; Tyrrhenię, tanq̃ Lydorum colonię, mẽtionem facit: cũ humiliora alia pleraq; cõmemoret. Atys. n. filios fuisse dicit Lydũ & Torebum & eos diuiso paterno imperio mansisse vtrosq; in Asia: atq; ex illorũ noĩbus vocatas esse gentes: quibus imparunt. Sic scribens. A Lydo quidẽ Lydi fiunt, A Torebo vero Torebi. Horũ lingua parum differt, & nunc etiã irrident inuicem verba non pauca: sicut Iones & Dores. Hellanicus aũt Lesbius Tyrrhenos dicit vocatos fuisse prius Pelasgos: sed cum habitasent in Italia, sumpsisse eam, quam nunc habẽt, appellationem. Est autem illius sermo huiusmodi. In Phoronide Pelasgi regis eorum, & Menippes Penei filius fuit Phrastor, huius deinde Amyntor: huius porrò Testamides: eius Vana, quo regnãte pulsi sunt ab Hellenibus Pelasgi, qui relictis super spinetem fluuium in sinu Ionio nauibus, crotonem vrbẽ mediterraneã coeperunt, atq́ue illinc inuadentes eam: quæ nunc Tyrrhenia dicitur, condiderunt, Myrsilus autem in cæteris Hellanico asentiens, Tyrrhenos dicit cum propria reliquisent, in errore ipso nomen commutase, atq́ue Pelasgos dici a similitudine auium, quas Pelargos vocant, quoniam gregatim ibant in Græcas terras, & barbaras. Ait etiam Athenis murum, qui est circa arcem, Pelasgicum vocatũ istos construxise. Mihi quidem errare videntur omnes, qui credunt vnam, atq́ue candẽ gentem esse Tyrrhenam, & Pelasgam. Nam appellationis mutue potitos esse aliquando, minime mirum est: quando etiam gentibus quibusdam alijs & græcis, & barbaris idem contigit. quemadmodum Troianis, & Phrygijs ex vicinitate. Nã multis quidẽ vnũ genus visa sunt hæc duo, nõ natura ipm, sed appellatione variatũ nec minimũ ex ijs gentibus, quę noĩa miscuerũt. Hoc idẽ generi Italico contigit. Fuit enim tp̃s, quo & Latini, & Vmbri, & Ausonij, & plures alij à gręcis Tyrrheni dicebantur: longinqua gentium habitatione obscuram faciente remotioribus veritatem. Quin ROMAM ipsam scriptores multi Tyrrhenam vrbem opinati sunt: sicq; mutationem nominum, sicut morum, fieri gentibus existimo. Verum idẽ genus ese ambabus nequaq̃ credo, cum ex alijs multis, tũ ex diuer-

Tyrrhenus.

Lydi.
Torebi.

Pelargus idest Ciconia.

sis,nullamq́ue similitudinem seruantibus vocibus eorum coniecturam faciens. Neque enim Tyrrhenis,neque crotoniensibus,vt ait Herodotus,neque vllis alijs finitimis sermone congruunt,neque Placeanis dicit esse conformes. Ostendunt autem,quod quam tulerunt linguæ proprietatem migrantes in hæc loca,hanc ipsam seruant. Et quid miretur aliquis,si Placianis ijs,qui circa Hellespontum habitant,similem elocutionem habuerint crotonienses (cum Pelasgi vtrique fuerint a principio) Tyrrhenis autem proxime habitantibus nihil similem? Nam si genus idem causa est consonantiæ,diuersum sanè putandum est,quodam modo dissonantiæ. Neque enim existimare conuenit,ad idem esse hæc vtraq́ue. Atqui alterum ratione quadam fieri posse videretur, eos,qui sibi diuersas, longinquasq́ue habitationes parauissent,quamquam vnius generis,non eundē tamen seruasse linguæ sonum,ob colloquia finitimorum. Qui vero iisdem in locis habitent,nec sermone inter se conuenient,ex eodem esse genere,nullam prorsus habet rationem. Hac ego coniectura vsus,diuersos esse credo a Tyrrhenis Pelasgos neque Tyrrhenos etiā fuisse puto Lydorum colonos. Non enim sunt eis sermone conformes,nec id quidem dici potest,quòd sermone non vtantur amplius eo modo,sed alia quædam seruent genitricis vrbis indicia. Non enim deos hi eosdem,quos Lydi putant,nec vtuntur legibus, nec studijs eisdem:sed longè magis in his a Lydis,quam a Pelasgis differunt. Sequitur itaq́ue probabiliora dicere eos qui non aliunde venisse,sed ex eadem regione oriundam esse eam nationem asserunt. Quādoquidem vetustissima,nulli'que alij similis neque sermone,neq; moribus inuenitur. Hoc autem nomine vocatos eos esse a Græcis, siue ex habitatione in tyrsibus,siue ex viro principe,nihil obstat. Nam Romani illos alijs nominibus vocant. Etenim ab habitatione regionis,quam aliquando incoluere Etruriæ dictæ Etruscos eos homines vocant:ac propter peritiam ministeriorum circa diuinos cultus,in qua præ cęteris excelluere,nunc quidem obscurius,atq; corruptius,tunc vero exprimentes id nomen Gręcorum more, θυάσκυς vocauerūt. Illi tamen à principe quodam Rasenna eodem modo se ipsos vocant. Vrbes autem quas condiderint Tyrrheni,& quos instituerint ciuitatum status,viresq́ue quātas omnes simul habuerint,& res gestas,si quæ sint memoratu dignæ,& qua vsi sint fortuna,in alio dicetur sermone. Pelasgum genus igitur quantuncun'q; non corruptum fuit,neque in colonias dispersum,restititq́ue paucum ex multo cū Aboriginibus degens,in his locis relictū est,vbi ROMAM,deinde posteri eorum cū alijs simul condidere. Et quæ quidem de Pelasgo genere fabulantur,talia sunt. Post non multū aūt tp̄s alia classis gręca ad hęc loca Italię appellitur. Annis LX ante res troianas,vt Romani ipsi dicunt:ex Pallantio vrbe Arcadica exurgens,duce'q; profectionis Euandro Mercurij credito:& Nymphę cuiusdā Arcadiæ incolę,quā Gręci quidē θεμιν esse dicunt,dei'q; patientē,siue fatidicā demōstrant. Qui vero Romanas conscripserūt origines,lingua eā patria carmentē nominant. Esset aūt nymphæ ipsi nomen sermone græco θέσπιωδος. ὠδας enim Romani dicunt carmina. Hanc aūt fœminā dicunt diuino spū detentā,quę vētura essent populo solitā esse carmine prędicere. Verū hęc classis nō publico cōsensu est missa,sed diffidēte populo pars inferior viribus vltro excessit. Cōtigit autem

Crotonienses.

Tyrrheni

Etrusci.

Euander.

autem eo tempore esse regem Aboriginnm Faunum: pronepotem, vt aiunt, Martis, virum'q; simul cum promptitudine prudentem, quem etiam vt geniũ quendam, siue indigetem & sacrificijs, & carminibus Romani colunt. Hic vir autem multa cum charitate suscipiens Arcades, qui pauci erant, dat eis agri proprij portionem quantam voluerunt, Arcades vero sicut carmente eis diuina aperuit, collem eligunt haud multum distantem à Tyberi, qui nunc fermè in medio est vrbis Romę. Ibiq; vicum extruunt paruum turmę erratili duarum nauium: quib⁹ auecti erant, ex Gręcia, satis futurũ: ad quem eo tñ essent productu ra fata futuris sęculis: quo nec gręcam vllam vrbem: nec barbaram siue habitationis magnitudine: siue principatus dignatione: siue alia quauis fœlicitate: & quem per omne tempus: quantumcun'q; mortale ęuum continet: factura erant cunctarum vrbium vrbem maxime memorabilem. Castello autem nomen imponunt Pallantiũ, à Metropoli eorꝝ in Arcadia. Nunc tamen palatiũ à Romanis dicitur, confundente tempore certitudinem, prębet'q; multis inconueniẽtiũ etymologiaꝝ materiam. Vt aũt scribunt quidam, in quibus est Polibius Megalo politanus. Ex adolescente quodam palante ibi mortuo, nomen est loco datum. Fuisse vero Pallantem dicunt ex Hercule & Dina Euandri filia atque erigente in eo colle tumulum materno auo, ex adolescente ipso vocatum esse locum palantium. Ego tamen neque sepulcrum Romæ Palantis vllum vidi, neque parentalia perfici neque aliud huiusmodi ex consuetis sacris cognoscere quicquam potui, quamuis non sine memoria hac familia relicta, nec sine honoribus, quibus lares ab hominibus colunt. Nam & Euandro sacrificia perfici cognoui quotannis publice & carmẽtę, sicut alijs heroibus & genijs. Et aras erectas vidi carmẽtæ quidem sub capitolio iuxta portam carmentalem, Euandro autem in colle altero Auentino dicto, à porta Trigemina nõ procul: sed Pallãti nihil horum, quod fiat, scio. Arcades itaque in colle ipso firmati cum ędificia alia more patrio exornassent, templa quoque construxere, ac primum quidem Pani Licęo admonẽte eos carmente (Est eñ apud Arcades Pan vetustissimus, plurimo'q; in honore habitus) loco cõgruo inuento, quem Romani Lupercal vocant, nos Lyceum dicere mus. Sed nunc tamen circumsepto ędificijs templo: male assequi coniecturam possumus priscam natura loci. Erat enim ãtiquitus (vt dicitur:) antrum magnũ sub colle arbusto denso contectum, & fontes sub petris profundi, adherensque rupibus saltus crebris arboribus, & quidem magnis opacus: vbi ara deo constructa sacrificia patria perficiebant, quę nunc etiam Romani perficiunt mense Februario post brumam, nihil eorum, quæ tunc fiebant, commutantes. Dicetur autem sacrificij mos in sequentibus. In vertice vero collis victoriæ templum erigentes, ipsi quoque sacrificia anniuersaria constituerunt, quæ Romani adhuc seruant. Hanc autem fabulantur Arcades fuisse Palãtis filiam, qui fuit Lycaonis, honores vero, qui nunc eidem ab hominibus exhibentur, supressisse aiunt de sentẽtia Palladis, cum fuisset eiusdem deæ contubernalis. Datam enim esse statim ab ortu ipso Palladem Pallanti à Ioue, esséque ab illo ipsam, donec in cœlum ascenderet, educatam. Construxerunt etiam templum cereri, eiq; sacrificia faciebant per fœminas, & νηφάλιυς vt lex est græcis, quorum nihil mutauit hęc ætas. De-

Pallantiũ.

Pan.

Lupercal.

Fortuna.

dicarunt etiam Neptunno equestri templum, atque diem illum solemnem, quem Arcades hippocratia, cōsualia Romani vocant, iidē constituere, quò in die apud Romanos ex consuetudine cessant ab operibus equi, & muli redimiti floribus capita. Templa quoque alia, & aras, & deorum simulachra ipsi dedicare, parentaliaque constituerunt, & sacrificia pria, quæ ipsa vsque ad ætatem meam more eodem fiunt. nec mirarer tamen si aliqua prętermissa essent fugientia posterorū memoriā, ob nimiam vetustatem. Cæterum abunde sufficiunt hæc, quę nunc etiam restant, ad cōiecturam faciendam Arcadicę cōsuetudinis, de quibus adhuc dicetur amplius in reliquis. Dicuntur etiam literarum gręcarum vsum, nuper apparentem Arcadibus hi primi in Italiam attulisse, & instrumenta musica, quę quidem λύραι, & τρίγονα, & λύδοι vocantur, cum nullo alio artificio musico illi antea vterentur, præterquam fistulis pastoralibus. Leges item posuisse dicunt ipsos, ac victum priscum ex ferino magna ex parte ad humanitatem traduxisse. artes quoque, & studia, & alia quædam commoda in publicum contulisse: ac propterea multæ fuisse venerationis apud eos, qui se susceperant. Hæc græca gens secunda post Pelasgos in Italiam adueniens, communem habuit cum Aboriginibus habitationem in optimo Romæ loco collocatam. Paucis vero annis post Arcades alia classis græca in Italiam aduenit, ducente Hercule, qui Hispaniam vsque ad occasum totam subegerat. Ex his ei quidam missionem precantes ab Hercule, circum hæc loca permanserunt: inuento'q; colle cōmodo, in eo ædificant distante stadiis fermè tribus à Pallantio, qui nunc quidem Capitolinus dicitur: ea vero tempestate Saturni⁹, sicut græce dici posset κρόνιον. Ex his aūt relictis plures erant Pelopōnenses Pheneatæ & Epii, qui ex Elide quibus nullū erat amplius desiderium reditus ad ꝓprios lares, euersa eis patria in bello aduersus Herculem. Admixti vero sunt eis etiam Troiani quidam captiui sub Laomedonte ex vrbe Ilio, cum eam Hercules cœpit. Mihi quidem videntur etiam ex omni exercitu quicunque aut fessi, aut erroris tedio missionem postulassent, in hoc loco remansisse. Collis autem huius nomen alii quidem, vt dixi, esse vetus putant: ac propterea non parum gratam Epiis collis eius occupationem fuisse, ob memoriam illius, qui est in Elide Saturnius collis in Pilatide agro prope flumen Alpheum: ipsum'que Elienses Saturno sacrum putantes, sacrificiis, & aliis honoribus colunt statuto tempore conuenientes. Eusenus autem vetus poeta, & alii quidam fabularū Italicarum scriptores à Pisatis ipsis putāt esse impositum huic loco nomen ob similitudinē Saturnii sui atq; aram Saturno Epios simul cum Hercule collocasse, quæ nunc etiā manet iuxta radicem collis secundum viam qua ex foro in capitolium ascenditur. Sacrificium quoque, quod adhuc Romani faciuut gręcam legē custodientes illos constituisse dicunt. Vt autem ego cōiectans inuenio etiā ante aduentum Herculis in Italiam sacer erat is locus Saturno, dictus'q; ab īcolis Saturnius omnisque ora, quæ nunc Italia dicitur, dicata erat huic deo, atque Saturnia ab incolentibus vocabatur, sicut inueniri potest & ex Sibyllinis verbis quibusdam, & ex aliis deorum oraculis. Templa etiam multis ī locis eius regionis constructa sunt huic deo atq; vrbes eodem nomine quo tota regio, appellatę, locaque multa sub eiusdem dei cognomine, & maxime scopuli & excelsa. Italia autem

Hypocratia.

Litterę gręce.

Capitolinus.

Quare dicta sit Saturnia.

Saturnus.

autẽ post aliquod tempus vocata est, a viro prępotẽti, nomine italo. Hunc vero bonum sapientẽq́ue fuisse Antiochus syracusanus dicit, atque alijs finitimorũ oratione persuasis, alijs vi adactis, terram omnem ditionis suę effecisse, quanta cunque intra sinus Napetinũq́ue & scilletinum esset, eamque primum vocatã esse italiam ab italo, qui postquam huius dominus fuit, multosq́ue homines habuit dicto audientes, statim etiam consequentia appetijt, vrbesq́ue congregauit multas. Fuisse autem eum oenotrũ genere. Hellanicus autem lesbius dicit Herculem agentem boues Geryonis in Argos postquam sibi, dum esset in italia, iuuẽcus quidam exiliens è grege, fugiens que oram omnem peragrauit, transnato q́; freto medio in Siciliam aduenit, cum obuios incolas assidue percontaretur Hercules iuuencum persequens, num aliquis eum alicubi vidisset, hominibus illis grecę linguę pauca intelligentibus patrio sermone secundum indicationes de eo animali oram omnem, quantam vitulus permeauit, dictam esse vituliam. Trãsisse vero post tempus id nomen in eam, quam nunc figuram habet minime mirum est, cum multis etiam Gręcorum nominum id acciderit. Cęterum siue, vt Antiochus dicit, a duce ipso, quòd fortasse probabilius est: siue, vt Hellanicus putat, nomen à tauro sumpsit, illud certe ex vtrisque manifestum est, quod ętate Herculis, aut paulo ante, ita nominata est regio. Nam antea quidem Gręci Hesperiam & Ausoniam eam vocabant: verũ incolę, vt dictũ est, saturniam. Est & alia quędam fabula dicta ab incolis: regnasse scilicet ante Iouis dominationẽ in his terris saturnum, ac sub eo eũ victum, qui abundans dicitur omnibus, quę cunque ferunt, aut gignunt tempora, non apud alios quosquam magis, quem apud se extitisse. Verum si quis fabulosum illud à sermone auferens, vim regionis & naturã perscrutari velit, ex qua genus hominũ à principio plurima statim perceperit oblectamenta, siue ex terra ipsa, vti priscus habet sermo, siue alio quo uismodo: nullam certe inueniet hac ipsa commodiorem. Sicut enim vna regio ad aliam comparatur tantam magnitudine, non Europæ modo, sed orbis quoque reliqui, mea quidem sententia, est optima omnium italia. Quanquam non me lacet, multis me visum rei incredibilia dicere, considerantibus Aegyptũ & Africam, & Babyloniã, & si qua alia fortunata sunt loca. Verũ ego diuitias ex terra, non in vno pono fructuum genere: neque me capit habitationis cupido, in qua pinguia sint tantum arua, aliorum autem nulla sit, aut parua aliqua vtilitas: sed quę satis sit sibi per se, neque multum aduentitijs bonis indigens, hanc ego esse optimam iudicabo. Hanc vero rerum omnium vbertatem, & emolumẽta plurima non aliam magis terram, quàm italiam, habere credo. Non enim pingues habens agros multos, caret arboribus, sicuti frugum fertilis: neque rursus ad alandas plantas idonea, paucarum frugum est ex satione, sicut arborum referta: neque ad hęc vtraque potens, minus est pecori idonea: neque eam dicet aliquis frugum fertilem, fœcundam arborum, bonamq́ue pecori: inesse autem hominibus sine gratia stationem, immo vero ea omnis, vt ita dicam, est voluptatis vtilitatisq́ue plenissima. Qua enim caret fertilitate, non fluuijs, sed cœlestibus ymbribus irrigatus, is qui campanus ager dicitur. Vbi ego trium fructuum culturas vidi, æstiuum quidem, post hybernum autũnale, post ęstiuum semen nu=

trientes. Qua enim caret olearum vbertate? Mesapiorum, & dauniorum, & sabiorum, multorum'que aliorum agricolatio. Quibus caret vinetis Etruria, Albana'que, & Falernorum regio. Mirum est profecto quàm diligat vites, & quàm minimo labore facilis sit ad ferendum plurimos simul, & optimos fructus. Prę ter arua autem, quàm multam inuenies dimissã ouibus regionem, quàm multã capris, maiorem autem admirabilioremqúe bobus, & equis. Pallustris enim, & pratorum herba copiosissima, nouales rosidę, & campi perflui: ita vt sint etiam ęstate pascui, exhibeantqúe greges semper proficientes. Inter cętera autẽ querceta sunt, & siluę mirabiles circa rupes, saltusqúe & ĩcultos colles, ex quib⁹ multum quidem cum sit ad fabricandas naues materię, & facultatis, multum quoq; ad reliqua opera opportunitatis, nulla pars harum neq; inuia est, neq; ab vsu hominum procùl posita: sed operosa sunt omnia, & aduectu facilia, propter fluminum multitudinem, quę regionem permeant faciunt'q; inuectiones fructuum, & commercia percommoda. Habet quoque regio ipsa latices aquarum calidarum in multis repertos locis balneas pręebens suauissimas, atque morbis diuturnis sanandis optimas. Habet omnis item generis metalla, & ferarum venationes copiosas, & naturam maris piscosam, aliaqúe habet innumera alia percommoda, alia mirabilia. Verum omnium pulcherrimum eam habet aëris temperiem ad tempora proportionaliter, vt nec excessu frigoris, nec caloribus intensis fructuum prouentum ledat: ne ve animalium propagationẽ, vt minime mirum sit, opinatos priscos hanc terram esse saturno sacram, cum hunc diuum putarent esse hominib⁹ fœlicitatis omĩs & largitorem, & perfectorem: siue chronum vocari oportet ipsum, vt gręci volunt, siue cronum, vel saturnum, vt romani, omnem mundi comprehendentem naturam, vtròuis nomine quis eum vocet. Videntes autem homines regionem plenam omnis copię, gratięqúe, quã appetit mortale genus, volentesqúe oblationem diuinoqúe, & humano generi esse locorum omnium aptissimam, montes, & saltus dicarunt pani, prata nymphis, & loca virentia: littoraqúe, & insulas dijs marinis, & alia quoque, vt erat cuique deorum, & geniorum cõgruum. Dicũtur etiam sacrificia perfecisse veteres saturno per cędes hominum, sicuti fiebat carthagine, donec ea vrbs stetit. Fit'que adhuc apud Gallos, & alios quosdã occidentalium nationum: cohibitumqúe esse dicũt hunc morem sacrificij ab Hercule, volẽte aram, quę est in saturnio, erigere: initiumqúe esse castarum victimarum igni puro combustarum: ac nequis esset hominibus metus, aut suspitio, tanquàm patria reliquentibus sacrificia, docuisse quòque eum ferunt incolas placantes iram dei, pro hominibus, quos deligatis pedibus, & manibus pręcipitabant in Tyberim, simulacra fingerent in speciem hominum, adornarentqúe pariter, eaqúe in profluentem, more consueto, iacerent: vt quicquid esset quoquòmodo in animis quorùmcũque religiõis, eximeretur: seruata adhuc imagine priscarum inferiarum. Hoc nũc etiam Romani peragũt, haùd multo post ęquinoctium vernum, idibus maijs, volentes eam diem esse mensis mediam, qua sacris prius de more perfectis, hi, qui Pontifices vocantur, sacerdotum excellentissimi, & cum eis ęternum ignem seruantes virgines, ducesqúe, & reliquorũ ciuiũ ij, quos adesse sacro operi fas est, simulacra ad imaginẽ hoim

Saturnus.

Sacra Saturni per cædem.

Pontifices sacerdotũ excellentissimi.

hominum formata triginta numero ex sacro põte deijciunt in vortices Tiberis, Argiuos ea vocantes. Cęterum de imolationibus, alijs'que ceremonijs, quas Romana ciuitas perficit gręco'que, & suę gentis more, in alio declarabitur libro. Postulare autem pręsens videtur tempus, vt de aduentu quo'que Herculis in italiam maiore studio tractetur: & si quid ibi relatu dignum fecerit, non relinquat. Sunt enim ea, quę de hoc diuo dicuntur, partim fabulosiora, partim veriora. Fabulosus ita'q; de aduentu illius sermo est hmõi, ꝙ ab Euristheo iussus Hercules inter alios labores etiã Geryonis boues ex Erithrea in Argos abducere: qui ꝑpetrato opere domũ rediens, & alia plura italię loca adiuit, & in eũ locũ aduenit, qui erat agri Aboriginum, Pallantio proximum. Inueniens autem in eo pabulum pecori bonum, & multum, boues quidem pastum dimisit. Ipse autem cum grauatus labore procubuisset, se somno dedit. Latro vero quidàm interim loci incola, Cacus nomine, in boues incidit pascentes incustoditas, cœpit'que eum illarum habendarum cupido: atque vbi sopitum Herculem animaduertit, non boues quidẽ abegit omnes, haùd latere posse ratus, si abegisset, nec esse eam rem facilem, verum paucas quasdàm ex eis in spelunca proxima, in qua idem habitabat, abscondit: contrario, atque est ex natura animalibus incessus, cauda quasque auersas trahens: nam hoc illi refellendi criminis poterat facultatem afferre, apparẽtibus in contrarium vestigijs. Experrectus paulò post Hercules, boues'que recognoscẽs, vt deesse vidit numero, primum quidem dubitauit qua aberrasent, & vt vagantes eas per regionem quęsiuit: quibus non inuentis, ad speluncam pergit, & quanquàm esset vestigijs boum deceptus, scrutandum tamen sibi esse locũ ipsum putabat. Verùm stante ante ianuam caco, neque boues vidisse respondente, neque petenti sibi scrutandum antrum permittente, ac vicinos implorante, quasi iniqua pateretur ab hospite, incertus erat consilij Hercules. Subijt autem animum, vt armentum omne propter speluncam ageret: vt'que consuetam vocem, & odorem senserunt quę intus stabant boues, mugitu responderunt exterioribus, est'que facta vox earum furti accusatrix. Cacus igitur, vt in crimine deprehensus apparuit, ad vim statim conuertitur: socios'que prędones aduocat. Hercules autem claua eum feriens mactat, atque educens boues, vt locum vidit, successioni maleficiorum apte positum, speluncam ipsam euertit, furi'que superiecit. Cum'q; se flumine, recentem ob cędem, abluisset, aram ei loco proximã erexit Iouis inuentoris, quę est ROMAE iuxta portam trigeminam: immolauit'que deo iuuencum, gratum munus inuentionis boum. Hoc nunc etiam sacrificium Romani perficiunt, institutis gręcis omnibus in eo vtentes, sicut ille constituit. Aborigines autem, & Arcades cęteri Pallantium incolentes, vt & caci necem audierunt, & Herculem viderunt, alteri quidem infensi propter rapinas, alterius autem specie stupefacti, rem quandàm diuinam se videre putauere, fœlicitati suę magnę tribuentes latronis cędem. Atque ex eis pauperes ramos lauri decerpentes, quæ multa eo loco nascitur, illum'que, & se ipsos coronarunt. Venerunt etiam eorum reges Herculem ad hospitium inuitantes. Posteà vero quàm & nomen eius, & genus, & res gestas, eodem narrante, didicerunt, regionem'que, & se ipsos illi in amicitiam commendarunt.

Argiui.

Herculis in italiam

Cacus latro.

Sacrificiũ herculi.

Euander autem,quippe qui pridem canente Carmēte audisset,esse in fatis,Iouis & Alcmenę filium Herculem, mutata natura mortali, imortalem per virtutem fore,vt primum quis esset audiuit, cum vellet omnes homines pręuenire deorū honoribus,Herculem primus placans, aram illi studio se extemporalem erigit,imolat'que iuuencum indomitum,diuinationem Herculi aperiens : precatus'que est,vt sacra perficeret. Admiratus autem Hercules homines ipsos ex diligentia, studio'que hospitalitatis,epulum populo dedit,quasdàm ex bobus imolans, atq; excerpens ex alia pręda decimas,reges'que ipsos multa regione donat Ligurum, atque aliorum accolarum,quibus illi imperare magni æstimarunt,eiectis impro bis aliquibus ex ea.Dicitur etiam precatus esse quidàm incolarum,vt quandoquidem ipsi eum deum esse primi existimarunt,immortales custodiret sibi hos honores.Immolant enim quotannis iuuencum indomitum. Consecrant autem cærimonias græco ritu,& vt ipsos Hercules docuit,sacrificia:&,vt grata ei semper sacra facerent, Familias duas illustrium fuisse dicunt,qui cęremonias didicerint gręcas, Potitios ,& Pinarios , penes quas familias multum tempus durauit cura sacrificij,vt ille instituerat : Potitijs quidem ducibus ministeriorum, & ignem incipientibus, Pinarijs aūt extorum participatione prohibitis ,atq; in alijs omnibus quęcūq; per vtrosq; fieri oporteret , secūdum honorē habentib⁹.Hāc autem ignominiā esse eis impositam dicunt ,tardioris aduentus causa. Iussi enī summo mane adesse,adęsis ipsi iam extis aduenere.Nunc non amplius tamen manet in his Familijs huius sacrificij solemne ministerium :sed empti pueri de publico id peragunt .Propter quas autem causas hic mos conciderit ,& vt manifestum apparuit numen dei circa commutationem peragentium sacra , cum ad eam orationis partem ventum erit,enarrabo. Ara vero ad quam Hercules decimas obtulit,vocatur a Romanis maxima.Est enim foro boario proxima veneratione'q; apud incolas inter cæteras præcipua . Nam & deierationes fiunt per eam & conuentiones volentibus aliquid firmi conficere : & decumationes rerum,plures fiunt ex votis . Ornatu tamen ipsa multò inferior est quàm opinione . Alibi quoque multis in locis Italiæ posita sunt ei deo templa arę'que collocantur per vrbes, & propter vias : raro'q; aliquem inuenies Italię locum , vbi non videas honoratum hunc Deum . Ac sermo quidem fabulosus ita traditus est de eo . Verior autem ,quò multi res gestas eius scribentium more historico, vsi sunt ,est talis . Quod cum dux esset Hercules omnium suæ ætatis optimus, validū'q; ducens exercitum,terras omnes inter oceanum peragrauit , dominatus amouens, si quis esset subiectis grauis , & tristis,aut vrbs iniuriosa lędens'q; finitimos,aut si qui essent homines immanes, & hospitum cędibus nepharijs vtentes,constituens'q; regna legitima, & moderatas gubernationes,mores'que humanos , & ius æquabile , Græcis etiam barbaros commiscens , & mediterraneos maritimis , qui tum in fidas, & inconciliabiles habebant conuersationes, in desertis quòque locis vrbes condens , atque diuertens flumina , quæ campos inundarent , semitas excideus in montibus inuijs , atque alia excogitans , vt terra omnis , & maria necessitatibus omnium , & vsui essent exposita .

Aduenit autem Hercules idem in Italiam , non vnico nauigio , nec armentum

agens

agens boum (neq; enim hic locus est secundum iter hominibus coactis ex Hispania in Argos, neq; hmôi transitus gratia tanto honore dignus est habitus) sed ad subigẽdum, atq; dominãdum venit, exercitũ magnũ ductans, cũ iam cœpisset Hispaniã. Imorari aũt diuti⁹ in Italia coactus est, classis absentia, quod accidit ingruente Hyeme, & quia nõ oẽs gentes, quæ Italiam incolebãt, spõte ei adheserũt. Nam præter alios barbaros Ligurũ genus multũ, & pugnax, in transitu Alpium collocatum, se ei obiecit, ingressum'q; eius in Italiã arcere conatũ est, fuit'q; Græcis maximũ his in locis certamen, cum sagittę oẽs eis in prælio defecissent. Declarat aũt hoc bellũ ex veteribus poëtis Aeschylus in Prometheo soluto. Inducitur eñ ab eo Prometheus cum alia Herculi prædicẽs, queãdmodũ ei vnũquod'q; euenturum esset, cum in expeditione cõtra Geryonẽ: tum de Ligustico bello quẽadmodũ haud facile futurum esset, disserẽs. Sunt eñ hæc ipsa poëmata. Venies aũt ad exercitum Ligurum interritum, vbi nõ pugnam despicies, q̃q̃ fortissimus. Fatale est enim tibi tela deficere. Posteà verò quàm his domitis factus est transitus dominus, alij quidem vltrò vrbes suas ei tradiderunt, hiq; maximè, quicun'q; erant ex Græco genere, aut nõ erant multarum virium: plures aũt fuere bello, atq; obsidione coërciti. In his igitur, qui victi sunt pugna, fuit etiã Cacus ille apud Romanos fabulosus, præpotens quidàm barbarorũ, vt dicit̃, atque immanium hominũ princeps, hunc'q; aiunt discordẽ hominẽ in munitis locis habitasse, ac per ea fuisse grauẽ ipsum semper finitimis accolam, vt Herculem vero in propinquo campo castra habentẽ sensit, latronum more præparatus, incursione vsus est subita, atq; prædam abegit quãtam incustoditam repperit, deinde autem inclusus est a Græcis, viq; capta sunt oppida, in quibus postquàm & ipse interfectus est, eaqúe euersa, cęteri per se conuenientes cum Hercule, circunstantia acceperunt loca, & Arcades, qui cum Euandro erant, & Faunus rex Aboriginũ. Posset autẽ aliquis existimare Gręcos illos, qui ibi permanserũt, Epios, & ex Pheneto Arcades: ad portas, & pręsidium regionis sũptos. Imperatorium etiam hoc facinus, & inter res gestas Herculis nullo, inferius admirari conuenit, ex victis vrbibus detractos homines ad militiam ipsum inducere, & cum prompte ei bella cõfecissent, in quęsita armis loca, eos deducere, & alienis donare diuitijs. Propter hęc igitur maximũ in Italia nomen Herculis, gloria'que extitit, non trãsitus gratia. Dicunt autem quidàm eum quo'que filios in ijs locis, quę nunc Romani incolunt, ex duabus vxoribus reliquisse, Pallantem quidem ex Euandri filia, cui nomen fuisse dicunt Lauinia, Latinum vero ex hyperboride, puella quadàm, quàm dante patre obsidem exultit, seruauit'que quoddam tempus castam. Sed cum deinde nauigasset in Italiam, adamatam impleuit, traiecturus'que iam Argos Fauno collocauit Aboriginum regi: quę causa multis opinandi fuit, non Herculis filium Latinum fuisse, sed Fauni. Cęterum Pallantem dicunt, priusquàm adoleuisset, decessisse, virum'que factum Latinum Aboriginum imperium suscepisse, quò sine filijs mortuo in pugna aduersum Rutulos, transisse imperium in Aeneam Anchise, generum ei factum. Verùm hęc posterius fuerunt. Hercules autem postquàm omnia in Italia constituit, vt voluit, naualis'que ei exercitus ex Hispania aduenit, cũ immolasset dijs pręde

Cacus immaniũ hominũ princeps.

Latinus.

Aeneas.

decimas,& sui nominis oppidum condidisset eo loco, vbi classis statio suę fuerat,quòd nunc etiam à Romanis habitatur,inter Neapolim,& Pompeiā positum. habet'que portum omni tempore tutum, ac gloria pręterea,& zello, & honoribus,quales dijs exhibentur, ab omnibus italię incolis esset potitus,in siciliam traiecit. Qui vero relicti sunt ab eo pręsidiari,& habitatores italię circa saturniam rupem collocati, aliquantum temporis separatim rem suam administrarūt. Cæterum non multò post victumqúe,& leges,ac sacra quo'que cum Aboriginum sacris,conferentes,sicut Arcades fecerant,& prius etiam Pelasgi,ciuitatis'q; eiusdem participes facti,vt existimarentur esse vna gens,consenserunt. Sicqúe igitur de exercitu Herculis, deqúe mansione Peloponnensium in italia hęc dicta sint. Secunda vero ętate post Herculis profectionē,anno fermè quīto,& quinquagesimo, vt Romani ipsi dicunt, rex quidem erat Aboriginum Latinus Fauni filius, aut Herculis,quintum iam,& trigesimum ānum imperium obtinens: per id'que tempus Troiani ex vrbe Ilio cum Aenea profugi in Laurentinum littus Aboriginum adueniunt, mari Tyrreno adiacens,haùd procùl Tiberino hostio,accepto'que de Aboriginibus agro,vrbem condūt quodàm in colle haùd procùl mari,vrbique ipsi nomen imponunt Lauinium. Verum paulò post antiquam commutantes appellationem Latini & ipsi ab eo rege simul cum Aboriginibus dicti sunt,migrantes'que Lauinio vnà cum indigenis vrbem maiorem condiderunt, Albam'que vocauerunt ,ex qua quidem qui sunt progressi,multas quòque vrbes alias condiderunt,quę dictę sunt priscorum Latinorum,ex quibus multę sūt nunc etiam habitatę. Aetatibus autem decem , & septem post captum Iliū missis colonis in Pallantium, & Saturniam, vbi Pelloponnēses, & Arcades primum sedes posuerunt,& erant adhuc monumenta ab illis relicta plura antiqui generis, loca ipsa inhabitāt,circundato muris Pallantio,ita vt tunc primum vrbis formā acceperit,vrbiqúe ipsi nomen imponunt ROMAM à deductore colonię Romulo, qui decimus erat, & septimus ab Aenea ducens originem. Volo autem de aduentu quoqúe Aeneę in italiam,cum scriptorum quidem alijs sit ignoratus, alijs aūt ob inuidiā tacitus,nō sine causa disserere,ex historijs Gręcorum,Romanorum'q; scriptorum probabilia maxime excipiens. Sunt autem ea, quę de ipso dicuntur, hmōi. Capto ab Achiuis Ilio, sine dolo equi lignei,vt Homerus voluit, siue Antenoridarum proditione,siue alio quouismodo,cętera quidem multitudo,quę in vrbe erat, Troianorum , & sociorum in cubilibus deprehensa interfecta est. Nocte enim incautis illis astitisse videtur id malum. Aeneas autem,& qui cum eo Iliēsibus Troiani auxiliares erāt, ex vrbe Dardano, & Ophrinio:sicqúe cęteri, quicun'que inferiorem vrbis partem captam pręsenserant,super tuta Pergami confugientes, arcem pręhendunt muro proprio munitam, in qua & sacra erant Troianis patria,& pecuniarum vis magna, vt in tuto solet, atque apparatus bellici,quòd erat optimum. Ibique consistentes repellebant qui ardua conarentur ascendere,dilapsam'que multitudinem,angiportorum peritia,decurrētes excipiebant,Fuitque maior effugientium, quàm captorum, numerus. Impetum igitur, quē habuerūt hostes, vrbis totius q̄ primum perdendę, ac ne illa inuasiōe vrbs oīno tota caperetur,hoc machinamēto cōpescuit Aeneas. Ratione enim de futuris

Aduentus troianorū in italiam.

Lauinium

Alba.

Aeneę aduentus in italiam

turis vſo veriſimili, nulla ope ſeruari vrbem ad extremũ poſse, cuius pars eſset iam maior capta, venit ei in mentem, vt hoſtibus muro cederet, corpora autem, & ſacra patria, & diuitias, quaſcunq; poſset, ferens conſeruaret. Quòd cum placuiſset, pueros, & mulieres, & ſenes, & cętera, quibus tarda eſt opus fuga, pręgredi ex vrbe celerrime iubet ferentibus ad Idam vijs dum Achiui capiendę intenti sarcinullam adhuc perſequẽdę fugientium multitudini diligentiam adhiberẽt. Militaris autem roboris partem quidem pręſidio exeuntibus ſtatuit, vt ſecura illis, & immoleſta fieret pro pręſenti poteſtate fuga, his'q; mandatum erat vt tutiſsima Idæ caperent: partem vero reliquam, quæ erat optima, ipſe habens ſecum in muro ſubſtitit, atq; pręgreſsis prębuit minus laborioſam fugã, ſuſpẽſis pugna murali hoſtib⁹. Aſcendẽte vero dehinc Neoptolemo cum ſuis, acclamãtibus'q; ei Achiuis omnibus, arcem deſerit, & apertis portis exitus, vrbe ipſe exceſsit inſtructos habens ſecum reliquos, ſuper'q; curribus optimis vehens patrẽ & deos patrios, atq; vxorem, & filios, tumq; ex cęteris quicq̃d precioſũ eſset ſeu res ſeu corpus. Interimq; Achiui vrbẽ vi capiunt, ac pręde intenti plurimũ ſecuritatis, ac temporis ſeruandi ſui fugiẽtibus prębuere. Aeneas autem ſuos adhuc in itinere adipiſcẽs & vnum omnes agmen facti, munitiſsima Idę occupant. Acceſſerunt autem eis hi etiam, qui tũc Dardanũ incolebãt, vbi flamã multã videre, quę ex Ilio pręter conſuetum ferebatur, relinquentes nocte vrbem deſertam omnes, pręter eos, quibus anteà cum Egeſto, & Elymo, qui claſsem quandàm parauerant: eſse egreſsis contigit. Venit etiam ex vrbe Orphinio om̃is populus, atque ex alijs Troianis vrbibus quiquis libertatem ãplexabatur, Fuitque breui ea potẽtia Troianorum maxima. Qui igitur cum Aenea ſeruati erant ex illa clade permanentes in his locis reuerti iterum intra non longum tempus ſperabant ad ſedes primas, cũ profecti eſsent hoſtes. Achiui vero verſa in pręsdam vrbe, atque propinquis locis, euerſisque oppidis, ad alios etiam capiendos accingebantur, qui erant in montibus. Mittentibus vero ipſis caduceatores, conciliandi gr̃a, ac rogãtibus, ne ſe in neceſsitatem belli cogerent, ventum eſt in colloquia, conuenit inter eos hoc modo. Aeneam quidem, & qui cum eo erant: ferentes omnia quęcunque in fuga ſeruauerant intra pręſtitutum tempus troiano agro decedere tradẽtes achiuis oppida. Achiuos vero abeuntibus illis ſecuritatem pręſtare per oẽs terras & maria ditionis ſuę. Accipiens itaq; conditionem Aeneas, exiſtimans'q; eſse eam, vt in tali rerum ſtatu, optimam natorum maximum Aſcanium cum parte quadàm ſociorum qui Phriges fermè omnes erant, in Daſciliten agrum dictum, vbi etiam lacus eſt Aſcanius, mittit, poſtulatum ipſum quidẽ ab incolis ad dominatum eius gentis: habitauit'que ibi Aſcanius tempus quòddam nõ multum. Nam aduenĩete ad eum ſcaniendrio ex græcia, aliis'q; Hectoridis dimiſsis à Neoptolemo, reducens eos ad paternum imperium in Troiam redijt. Ac de aſcanio quidem hęc dicuntur. Aeneas autem filios aſsumens reliquos, patremque, & deorum ſacra, vbi parata eſt eis claſsis, per Helleſpõtum nauigat iter dirigens ad proximam cherroneſum, quę Europę prominet. Vocatur autem pallena. Habebat enim ea gentem Ithacem ſociam coſseam vocatem omnium ſtrenuiſsimã quę eos iuuiſset bello. Et hic igiť ſermo eſt ex oĩbus plurimum credi-

Aſcanius.

tus,quo vsus est in Troianis rebus de fuga Aeneę ex scriptoribus antiquis Hellanicus. Dictum est autem etiam ab alijs quibusdam de ijs rebus aliter, quos ego sanè minus idoneos,quàm hunc esse existimo. Iudicet autem quisquis vt volet. Sophocles autem tragicus in Lacoonte fabula instante vrbis captione, Aeneam facit ingressum Idam, visu Anchise patris secundum recordationem eorum,quibus illum stupefecit Venus,& ob signa,quę nouissima fuerāt,circa Lacoontidas, coniectantem eo futuram vrbis euersionem. Sunt autem iambica sub alia persona dicta huiusmodi. Nunc autem in portis est Aeneas deę filius, super humeris habens patrem fulmine dorsum, Destilantem purpuream vestem. Circuiuit aūt omnem seruorum multitudinem. Complectiturque summam non quantam videtur tibi. Amatoribus vero colonię phrigum. Meucerates autem xanthius prodidisse dicit eum Achiuis vrbem inimicitiarum cum Alexādro causa,& propter hoc meritum concessisse ei Achiuos domum suam seruare. Componitur autem ei sermo incipiens a sepultura Achillis in hunc modum. ❧ Achiuos aūt mœror tenuit,visum'q; est exercit⁹ caput abscidi. Sepulchro tamē ei extructo, Totis viribus pugnauere, Donec Ilium captum est: tradente Aenea. Aeneas enim inhonoratus ab Alexādro, Et à dignioríb⁹ sacris reiectus, Euertit Priamū,hisque pactis,vnus ex achiuis est factus. Alij vero quidam dicunt cōtigisse tunc eum in portu esse troiano. Alij autem in Phrigia missum à Priamo cum manu militum ad opus quoddam militare. Sunt etiam qui fabulosiorem faciunt eius exitum. Teneat autem sibi quisque quòd persuasum habuerit. Quę vero post exitum fuere maiorem adhuc prębent multis dubitationem. Alij enim in Thraciā vsque ducentes eum ibi perisse dicunt: quorum est Cephalon Gergithius,& Egesipp⁹,qui de Pallena scripsit, viri prisci,& memoratu digni. Alij vero à Thracia remouentes eum vsque in Arcadiam transferunt. Habitasse autem dicunt in Orchomeno arcadico,& insula q̄ quidē dicta tū mediterranea sit,à lacunis, & fluuijs: atque etiam quę capyę dicuntur, Aeneę,& Troianorum fuisse coloniam asserunt. Capias autem à Capi troiano dictas. Dicuntur autem hæc & ab alijs, & ab Arietho,qui Arcadia scripsit. Sunt & alij,qui huc quidem venisse Aeneā fabulantur,non tamen in his locis mortuū: sed in Italia,sicut & alij multi,& Agathyllus poëta arcas ostēdit in elegio sic scribens. Venit in Arcadiam. In insula autem deposuit filias: diua codonę natas, & Anthemone. Ipse vero terram Hesperiam adiuit,genuit'que filium Romulum. De aduentu autem Aeneæ,& Troianorum in Italiam & romani omnes asserunt,& quæ facta sunt ab eis in sacrificijs, & diebus festis inditia sibyllæ carmina,responsa pythia,& multa alia, quæ nemo vtique,tanquàm decoris causa,inserta contemneret: ac multa quòque apud Græcos cognita,& clara hoc tempore supersunt. Vbi vero portum tenuerint,& apud quos commorati sint,cum nauigare non possent, horum ego, cum multa sint,mētionem faciam quātum potero breuissimam. ❧ Primū quidē in Thraciam venientes secundum cherronesum,quæ Pallena dicitur, stationem habuere. Habebant autem eam (vt dixi) barbari crusei vocati, prębuerūt'q; eis hospitium tutum. Manentes autē ibi eam hyemem, templum ędificauerunt veneris in summis montibus, in quibus etiam vrbem Aeneam nomine condiderunt, in

De morte æneæ.

Capiæ vnde dicti.

❧

qua

qua & inhabiles ex fluctibus ad nauigãdum reliquerunt, quoscun'q; ea mansio delectaret, tanquàm deinceps in domestica futuros terra, manserũt'que illic isti, vsque ad macedonicum principatum per successores Alexandri. Nam regnãte casandro euersa est, quum thessalonica vrbs est condita, inq́ue nouam vrbem Aeneadę cum alijs multis commigrarunt. Ex pallena autem soluentes Troiani, in Delum adueniunt, imperante eis Aenea, multaq́ue sunt signa in Deolo Aeneę, Troianorumq́ue aduentus, floruit'que, & habitata est insula. Postea in citherã insulam aliam, quę Peloponneso adiacet, peruenientes, templum veneri construunt, inde soluentes non longè à Peloponneso defunctum quendam ex amicis Aeneę cinethum sepeliunt in vertice quodam montis, qui nunc etiam ab illo cinethium vocatur. Renouata cum Arcadibus cognatione, de qua posterius dicam, tempusq́ue paucum circum ea loca commorati, relinquentes ibi quosdam ex suis, in zacynthum perueniũt, suscepti binigne à zacynthijs propter cognationẽ. Nam dardano iouis & Electre atlãtidos: duos fuisse filios dicũt ex batea: zacynthum, & Erichthonium, quorum alter Aeneę pręgenitor, alter insulę fuerat conditor. Huius igitur consanguinitatis recordatione, & incolarum comitate ibi commorantes, ac maris quòque sęuitia coherciti, immolant veneri in extructo templo hostia, quòd sacrificium nunc quoque publicè perficiunt zacynthij, & Ludicrum puberibus, cum aliorum certaminum tum cursus, Palmanq́ue fert is, qui primus tẽplum ingredit̃, dicitur'q; Aeneę cursus, & veneris, extãt'q; ambo℞ statuę. Inde autem velis in altum datis, delati sunt ad Leucadem, obtinentibus eum locum adhuc Acarnanibus. Illicq́ue rursus templũ veneri erigũt hoc, quòd est nunc in insula, quę media est persosi & vrbis, vocaturq́ue veneris Aeneidos. Soluentes vero illinc, supraq́ue Actium vadentes, stationem firmãt in Ambracio sinu iuxta promontorium, inde'que in vrbem Ambraciam perueniunt, cuius Rex erat Ambrax Dexameni Herculis filij, relinquuntq́ue vtrobiq́ue appulsus sui monumẽta, in Actio quidem veneris Aeneidos templum, eiq́ue proximum alterum deorum magnorum, quę etiam ętate extabãt mea. In Ambracia vero eiusdem deę templum, & Aeneę fanum proximum theatro paruo, in quo etiam simulacrum est paruum vetus, quod Aeneę dicitur, quòd etiam sacrificijs honorant hę, quę apud eos ἀμφίπολοι vocantur. Ex Ambracia autem Anchises naues habens, pręter oram littoris vectus in brutotum portum Epiri deuehitur. Aeneas autem ipse cum robustissimis exercitus perfecto bidui itinere Dodonam aduenit consulturi deum, ibiq́ue Troianos reperiunt cum Helleno, respõso'que accepto de sedibus, donatoq́ue Deo muneribus troianis, cũ alijs, tum crateribus ęneis, quorum quidàm adhuc supersunt, inscriptionibus vetustissimis declarantes qui obtulissent, ad classem redeunt quatridui fermè viam vadentes. Ostendit etiam troianorum stationem in brutoto portu tumulus quidàm, quo aliquando positioni castorum vsi sunt qui Troia dicitur. Ex brutoto autem secũdum terram delati portum tenuerunt, tunc quidem Anchisem appellatum, nũc vero certius habentem nomen, atque ibi quoq́ue templo veneri constructo, traijciunt Iouium duces cursus habentes illos, qui voluntarij cum eis nauigarunt Patronem Thuriũ sequentes, atque ex eis quidem plures, vbi sospes est exercitus

Cinethus mons.

Aeneæ & veneris cursus.

Aneæ simulacrũ.

in italiam expositus, domum rediere. Patro autem persuasus ab Aenea vt esse vellet commigrationis socius, & cum eo amicorum plures, permanserunt in silo. Eos autem quidàm dicunt habitasse in Alontio siciliȩ. Huius autem meriti recordatione Romani Acarnanibus Leucadē & Anactorium, cum ademissent corinthijs, in tempore largiti sunt volentibusq́ue eis oenidas eijcere permiserunt, & Echinadas insulas communiter cum ȩtolis possidere concesserunt. Qui vero cum Aenea erant non vnum in locum omnes italiȩ descenderunt, sed alij quidē cum pluribus nauibus ad iapigias arces aduecti sunt, qui tunc campus salentin' dicebatur: reliqui vero iuxta Atheneum dictum, quod & obuium Aeneas habuit ascendens in italiam. Hic autem locus est promontorium, & in eo statio ȩstiua quȩ ex illo portus veneris vocatur. Prȩternauigarunt autem vsque ad fretum manu tenentes italiam, & in eis locis etiam vestigia reliquentes aduentus sui, cū alia, tum pateram Aȩneā in templo iunoni, scriptura veteri demonstrātē Aeneȩ nomen donantis eam. Cum vero essēt iuxta siciliam, siue ex sententia cum eā peterent, siue tempestatibus coacti, quòd in eo mari fieri plerumq́ue solet, circa eā partē insulȩ feruntur, quȩ Drepana appellatur, vbi in eos incidunt, qui cum Elymo, & Egesto troia prius excesserent. Quiquidem fortuna quadam, & vento secundo arrepti, simulq́ue haud graui supellectile onerati in eam insulam breui tēpore delati fuerant, sedesq́ue posueraut circa flumen cranisum vocatum, in agro sicanorum, concesso eis amice ab his loco: propter cognationem Egesti nati, & educati in sicilia casu quodàm huiusmodi. Ex maioribus eius quidam vir illustris troiani generis à Laomedonte dissidens, causa quadam comprehensus à rege occiditur, ipse'q;, & stirps eius virilis omnis, ob metum, ne quid ab eis ipse pateretur. Filias autem adhuc virgines occidere, neq; decorum putabat, neq; Troianis nuptas tutum esse negligere, dat eas itaque mercatoribus, iubens quàmlōgissime asportari. Cum his igitur abeuntibus adolescens quidam ex illustribus simul nauigat alterius amore captus: nubitq̀ue illi puella in siciliam adducta, nasciturq́ue commorantibus eis illic puer Egestus nomine, qui cum mores, & sermonem incolarum edidicisset, postquàm ei parentes suos mori contigit, regnante in Troia Priamo, dari sibi reditum in patriam procurauit, sustinensq́ue cum alijs aduersus græcos bellum, capta deinde vrbe, iterum in siciliam nauigauit simul cum Elymo fuge socio, cum tribus nauibus, quas Achilles habens quum troianas popularetur vrbes in latentia saxa colapsas amiserat. Occurrens igitur his viris Aeneas, benigne eos complectitur, vrbesq́ue illis cōstituit Egestam & Elymam, portionemq́ue in eis quandàm turbȩ suȩ relinquit: sicut ego quidem opinor sententia vsus propria, vt grauatis illis laboribus, vel alioquin etiam mari infensis concederetur requies, tutaq́ue hospitia: siue (vt quidàm scribunt) imminuta ei classe per incendium, quòd mulieres quædàm fecerant iratȩ erroribus, eam turbam, quȩ simul nauigare non posset, ob incensas naues, illic necessario dimisit. Coniecturȩ vero Aeneȩ Troianorumq́ue aduentus ad siculos, multȩ quidem sunt aliȩ. Clarissimȩ autem veneris Aeneidos ara in vertice Elymi erecta, & tēplum Aeneȩ constructum in Egesta, altera quidem extructa ab eodem matri, alterum autem ab eis, qui relicti illic erant ex classe, conseruatoris sui memoria,

Veneris portus.

Egestus

hac

hac oblatione consecrantibus. Hęc itaq; cū Elymo & Egesto troiana natio in his locis permansit, vocati'que sunt omnes Elymi. Pręstabat enim dignatione Elymus ex regio genere ducens originem, omēs'q; simul cognomen ab eodem accepere. Troiani, Elymi dicti. Qui vero cum Aenea nauigarunt ex sicilia per Tyrrenum mare primam in italia stationem habuerunt in portu Palinuro, qui quidem eam habuisse appellationem dr̄ ex vno gubernatorum Aeneę ibi mortuo. Palinuro. Postea insulæ adheserunt cui nomen posuere Laucasia consobrina quadàm Aeneę circa cum locū mortua inde transeuntes in portum profundum, & bonum in opicis moriente ibi Miseno viro, quodàm illustri ab eo quoq; portum nominarunt. Misenus. Insulę'q; Prochitę, & promōtorio Epitychę classē cū apulissent cognomina pariter illis locis dederūt morientium fœminarum, volentes loca ipsa monumenta facere. Prochita Epithyca Harum vero altera Aeneę cognata fuisse dicitur, nutrix altera. Postremum adueniunt in Laurentinum in italia, vbi errorem cohibentes vallum posuerunt, locus'q; ipse, ī quo consederūt, ob hoc Troia apellatur. Laurentū Abest autem à mari ad quatuor stadia. Hęc vero scripsi digressionem'q; hanc feci necessario, cum ex scriptoribus alij ne venisse quidem Aeneam in italiam cum troianis dicant, alij alterum Aeneam non veneris, & Anchisę filium, alij Ascanium Aeneę, alij alios quosdam. Erroris finis. Sunt & qui dicant Aeneam veneris, collocatis in italia copijs, retrouectum esse iterum domum atq; regnasse in Troia, morientem'q; reliquisse regnum Ascanio filio atq; illius genus posteà multum tempus id obtinuisse, vt ego quidem opinor, Homeri versibus, non rectē sumptis, decepti. Inducitur enim ab eo in iliade Neptūnus prędicens futurum Aeneę posterorum'q; eius illustrationem hoc modo. Homerus Imperitabit enim teucris Aenai virtus, et nati natorum & qui nascentur ab illis. Existimantes igitur finxisse Homerum in Phrigia regnantes eos viros, quasi fieri non possit, vt in italia habitantes Troianis imperarint, Aeneę reditum confixerunt. Dominari autem Troianis quos adduxerat etiā alibi vrbem condentem haùd erat sanè impossibile. Posset autē aliquis hui⁹ etiā erroris cās alias assumpsisse, si quos id perturbat, multis in locis ostendi, diciq; Aeneę sepulchra, cum plurib⁹ in locis sepultus idem homo esse non possit. Verum isti considerantes, quòd cōmune est in multis, hoc dubium, & in ijs maximè, qui illustris fortunę viri erratiles vitas habuerint, discant, quòd locus quidem vnus erat, qui corpora receptaret, monumenta autem ob beniuolentiam extruebantur à multis, qui quidē emolumenta essent aliqua per illos adepti, ac pręcipue si aut grauis eorum aliquid superesseset, aut vrbis cuiuspiam constitutio, aut diutinę aliquę fuissent, & hūanę māsiones, Qualia de hoc heroe scimus esse mēorię prodita. Breuis repetitio æneę erroris. Nam & ilio non extingui prorsus per illam captionem pręstans, & in ea quę Bebrycia vocat̄, vt socij seruarentur prouidens, in Phrigia vero filium Ascanium relinquens, in Palena quòque vrbem sui nominis condens, in Archadia filias collocans, in sicilia turmæ suæ partem relinquens, in multis etiam alijs locis humanas, comes'q; moras liberalitate prosecutus esse apparens, gratā tulit ab eis beniuolētiā, ob quam vita excedēs delubris ornatus est, & monumentorum extructionib⁹ in multis locis. Pręterea quasnam causas reddere posset aliquis, sepulchroꝝ ei⁹ ī italia, nisi dominatus esset his locis, nisiq; sibi hospitiū in eisdem fecisset, neq;

enī omnino esset ab his viris cognitus. Verū de his dicetur ēt vbicunq; explicari expetet oratio. Vt autem per Europam non vlterius progrederetur troiana classis, causę fuerunt oracula his in locis finem habentia, numen'que ipsum voluntatem suam sępius aperiens. Nam posteà quàm statione vsi Laurente tabernacula circa littus fixerunt, primum quidem laborantibus hominibus siti, cum non haberet is locus aquam (dico autem quę ab incolis accepi) scaturigines vltroneę aquę dulcissimę visę sunt ex terra surgentes, ex quibus & exercitus totus perfrui aquatione potuit, & fuit locus idem irriguus vsque ad mare, manante aqua à fontibus assidua. Nunc aūt ille non amplius redundāt scaturigines, ita vt defluant, sed aqua adest non multa, residens in loco cauo, soli sacra dicta ab incolis, arę'que duę ostenduntur ab eis, altera ad orientem versa, altera ad occasum, structurę ipsę troianę, super quibus Aeneam ferunt primum fecisse sacrificium de aquis gratias agentem deo. Posteà verò sumentibus ipsis prādium super solo apium plęrisque substratum est, eratq́ue illud ipsis sicut edulium mensa. Vt autem quidàm dicunt crusta fuerūt panis, ad ciborum mundiciem parata, qui quidem vbi consumpti fuere, ex substrato apio, siue ex crustulis illis comedit quidàm, item'que alter, tum vero quędàm Aeneę ex filijs, vt fama obtinuit, siue ex discūbētibus alijs dicere contingit. At enim comesa est iam nobis mensa. Quo audito tumultuarunt omnes, tanquàm finita iam sibi essent prima oracula. Erat enī respōsum quoddam eis datum, vt quidàm dicunt, Dodonę, vt autem alij scribūt, ī Erytrisidæ tugurio, vbi sibilla habitabat, nympha indigena fatidica, quæ ipsos monuit, vt in occasum nauigarent, donec in eum locum peruenirent, in quo mēsas comederent, quandocun'que autem hoc esse perfectum cognoscerent, ducē'que quadrupedem fecissent, vbicunque deficeret id animal, ibi vrbem conderēt. Huius igitur oraculi reminiscētes, alij deorum simulacra Aeneę iussu, in designatum locum ex naue efferunt, alij eis subsellia, aras'que adornant, mulieres autem vlulatu, & tripudijs vtantes, sacra attulerunt. Aeneas verò pręparata hostia coronatus ante aram constitit, dum'que precationes facerent, sus interim, quę imolari debebat, pręgnans cum esset, nec longè à partu incipientibus imolationem sacerdotibus concussa, ac se detinentes effugiens, superius à mari cucurrit. Aeneas autem intelligens, quòd hanc igitur quadrupedem sibi ducem declarasset oraculū, cum paucis sequitur, paululum spatij linquens, veritus, ne propter tumultum consequentium, suis eadem auerteretur à via fatali. Ea autem ad quattuor & viginti stadia à mari progrediens, super tumulum quendàm accurrit, vbi labore lassa consedit. Aeneę autem (nam oraculis finis esse videbatur) videnti locum, nec situ pulchrum, nec mari proximum, quòd ipsum quo'que importuosū esset, multa aderat consilij inopia, & inexplicabilis difficultas, oporteret ne parentem se oraculo eum locum domicilio eligere, vbi tristem in perpetuum vitam agerent nullo fruentes bono, an vlterius procedendum esset, ad inquisitionem terrę melioris. Hęc autem eo animo versante, deos'que incusante, vox quedàm subito ędita ex saltu dicitur, non apparēte autore, iubens eum ibi considere, statiq́ue vrbem condere, neque ipsum aliquid permittentē incertitudini pręsentis opinionis, quia non in pingui agro vitam collocaret, futuram eum, ac tantūmodo non

Comesa mensa. Heus etiā mensas cō sumimus, inquit Iulius.

Sibylla Erithrea.

Sus.

non præsentariam fœlicitatem extrudere. Esse enim fato datum: ex ista qui pro ficiscatur exili, & parua primum habitatione, multamque, & bonam terram acquirere cum tempore, filijs'que eius, & posteris imperium fore maximum, & id quidem in longissimum tempus protrahendum, hoc quidem Troianis hospitiū in præsentia esse oportere. Post tot annos autem, quot sus porcos portaret, condendam esse à posteris eius vrbem alteram fœlicem, & magnam. Quibus auditis, Aeneam ferunt, diuinitatem quandam inesse voci existimantem, fecisse sicuti deus iusserat. Alij aūt dicūt, mæsto eidē viro, & corpore præ dolore lāguido, neque descendenti in castra, neque cibos secum habenti, atque ibi, vt videtur, eam noctem commoranti astitisse per somnum imaginem quandam magnā, atque mirabilem deorum cuidam patriorum similem, eadem iubētem, quæ paulò ante sunt dicta. Vtris aūt veriora dicta sunt, dij norunt. Die autem postero triginta suis porcos enixa dicitur, postque annos totidem vrbs altera à Troianis cōdita secundū oraculum, de qua quidē dicā suo loco. Aeneas aūt fœtū suis ipsa cū pariente dijs patrijs consecrat eo in loco, vbi nunc est tugurium, quòd alijs in accessum custodientes Lauinienses sacrum putāt. Troianis deinde castra mutare iussis, deorum sacrarium super collem in loco optimo collocat, constructionemque statim oppidi omni prōptitudine aggreditur, accipit'que discurrens ex circunstantibus locis quæcun'que essent ad oppidum sibi vtilia, & ea præcipue, quæ is, quibus ablata erant, grauia viderentur, ferrum, ligna, atque rusticum instrumentum. Latino autem, qui tunc rex erat, cum finitima quadàm gente bellum gerenti, qui Rutuli vocabatur, ne'q; fœliciter in prælijs agenti, formidolosum insuper aliud nunciatur, ademptam esse ei oram omnem maritimam ab exercitu quodàm peregrino, ac ni celerrime prohibeat quæ fiunt, asperius ei posteà visum iri cum vicina vrbe certamen. Audientem autem illum ista inuadit timor, & omisso præsenti bello, in Troianos magno cum exercitu proficiscitur. Videns autem armatos eos vt Græcos, & instructa acie discrimen intrepide expectantes, periculo pugnæ abstinuit. Vtpotè qui non eos ipso impetu capiendos cerneret, sicut mouens domo crediderat, castris'que in tumulo quodàm positis, primū quidem recipiendum sibi esse exercitum putauit ex præsenti labore, qui multis ipsis fuerat ex via longa, continenti persecutione: commoratus'que ibi per noctem in ea erat sententia, vt cum dies illuxisset prælio decertaret. Hoc constituto astans illi per somnum Genius quidàm loci, Græcos esse recipiendos dixit cohabitatores in regione. Venire enim in magnam ipsos Latino cōmoditatem, bonumque commune Aboriginum. Aeneæ quòque patrij eadem nocte apparentes, persuadere eum Latino iubent, vt sibi sponte habitationem concedat in quo velit loco. Viq; græca vtatur potius socia, quàm aduersa. Vtros'que vero prohibuit somnium pugnam incipere. Vt autem exorta est dies, & instructæ ad prælium copiæ, præcones vtrinque ad duces adueniunt, idem ambo postulātes, vt colloquij sibi mutui potestas fieret, quòd vt factum est, Latinus prior subitum, & indenunciatum bellum obijciens, iubebat Aeneam dicere quis esset, & quid sibi volens raperet, & spoliaret loca nulla ante lacessitus iniuria, nec ignorās, quòd aduersus inceptorem belli, quisquis prior læsus est, nititur, eum'q; ei liceret amice, si alicui⁹

Triginta capitū fœtus enixa iacebit.

Latinus.

indigeret,& a volentibus incolis inuenire,idē,omnium hominū iustificationē pręteriens, id quod esset turpius,quam honestius,elegerat,eadem vim inferēs accipere. Quę cum dixisset Latinus,respondit ita Aeneas. Nos quidem genere Troiani sumus,ex'q; vrbe non obscurissima in Gręcis,qua ab Achiuis priuati fuimus Decennij bello capta.nunc quidem vagi atq; errabundi sumus defectu vrbis,& regionis,in qua deinceps habitem⁹. Verum dijs iubentibus parentes huc aduenimus, dicunt'q; nobis oracula,quòd erroris nostri portus hęc sola nobis terra relinquatur.quęrimus autem ex regione ea,quibus indigemus infœlicius potius, quàm honestius,quòd nolemus sane facere. Rependemus autem hæc vobis multis commodis,& officiorum retributionibus, exhibentes vobis corpora,& animas nostras ad qúeq; grauia probe eruditas,cum volueritis, vtendas ad agrum vestrum custodiendum illesum,& ad hostilem vnà prompte acquirendum. Supplices autem vestri efficimur, ne iracundè accipiatis quę facta sūt,cogitantes quod non ea in contumeliā,sed coacti necessitate fecimus. Dignum enim est inuitum omne venia,vos'q; de nobis nihil iniquū consulere manus ad vos tendentibus,quod nisi fiat petita a Dijs,& Genijs, qui his locis pręsident, venia eorū,quę coacti faciemus,conabimur quidem incipientibus bellū vobis resistere. Non enim primum nunc, nec bello isto maximo potiemur. Hæc cū audisset Latinus. At qui ego, inquit,beniuol⁹ gręco generi sum omni, & calamitates hominum necessarias condoleo,seruare'q; vos plurimi facerem, si mihi fides fiet, vos venire sedium indigentes, & vt sufficientis vobis agri, cęterorum'q; tradendorum amice participes futuros,ac non ad imperium meū omne vi auferendum. Si verò vester iste verus est sermo,pignora horū dari, & accipi volo,quib⁹ stetur conuentis sine dolo. Aenea autem ea dicta collaudante icta sunt fœdera,quę sub iureiurando gentibus fuere huiusmodi, vt Aborigines Troianis darent regionem quantam postulabant ad quadraginta fermè stadia a colle ipso quoqu òuersus euntibus Troiani contra Aboriginibus ista pręstarent, vt & bellum pręsens vnà susciperent,& quocunque alio aduocassent simul militarent,communiter aūt vtriq; quę vtilia inuicem essēt alteris eorum, agerent & sentētia,& manu.His itaq; compositis,atq; firmata ꝑ obsides filios fide vtriq; simul aduersus vrbes Rutilorū militāt,breuiq; oībus circū subactis, redeūt ad Troianū oppidum semifactum,singulâq; vsi omnes promptitudine, muro ipsum cingunt, Nomēq; oppido imposuit Aeneas Lauinium,vt Romani quidem dicunt,a Latini filia,cui nomen fuisse aiunt Lauinia:vt aūt Gręcorum quidē scriptores fabularis historię prodidere,a selonij filia regis deliorū Lauinia & ipsa dicta,cuius morbo mortuę circa constitutionē primę vrbis,& in eodē, in quo languit,loco sepultę monumētū fuisse aiunt vrbem ipsam,ea vero cum Troianis simul nauigasse dicitur Aeneę rogāti data a patre ipso,cū fatidica eēt, & sapiens. Dicuntur aūt sub constitutionē ipsam Lauinij signa huiusmodi Troianis accidisse,igne accenso per se ex saltu, Lupū quidem materiam aridam ore ferentem:super ignem inijcere, aduolitantem'q; aquilam motu alarū flāmam excitare, hisq; deinde contraria molientem vulpem,madefactam caudam ex fluuio ferentem ardentem ignem obruere,ac quando'q; accendentes vincere, quandoq;

Aeneæ oratio.

Dignū est oē iuictū venia.

Lauinium conditur.

Portenta.

quandoq́ue eam, qua vellet extinguere, & ad extremum vicisse duos, discessisse que aliã nihil amplius valentem efficere. Videntem autem hęc Aeneam dixisse ferunt, quòd illustris quidem, & mirabilis, & in maximam claritatẽ ventura esset ea propagatio, inuidiosa alijs crescens ipsa, & tristis: sed quę superatura esset nihilhominus obsistentes validiore à superis fortuna accepta, quàm vt obstare posset hominum inuidia. Hæc igitur tam clara indicia fuisse dicunt eorum, quę euentura erant vrbi. Suntq́ue harum rerum monumenta in foro Lauiniensium simulacra ęrea animalium ipsorum ex multo valde tempore perseruata. Vbi autem constituta est vrbs Troianis, vehemens omnes desiderium cœpit communis vtilitatis ex se se mutuo perfruendę, primiq́ue reges incipiunt indigenarum simul, & aduentitij generis dignitatem, per conciliationes connubiorum commiscentes, Dante Latino Aenę vxorem Lauiniam filiam: posteaq́ue alij secuti sunt eodem desiderio, quo reges: ac breuissimo tempore legesq́ue, & deorum sacra conferentes in vnum posuerunt affinitatibus mutuis coniuncti, atque societatibus bellorum, commixtiq́ue simul omnes, cognomineq́ue se ipsi appellãtes ab rege Aboriginum Latinos, adeò constanter stetere conuentis, vt nullum deinceps tempus eos distinxerit. Quę igitur conuenientes, vitamq́ue consociantes gentes, ex quibus genus Romanum descendit, ante quàm vrbs hęc, quàm nunc habent, esset condita, hæ sunt. Aborigines quidem primũ, qui ex his locis Siculos expulere gręci ipsi antiquitus, ex Peloponneso, ex his, qui cum Oenotro sedes transtulerunt ex ea, quę nunc Arcadia dicitur (sicut ego existimo). Posteà vero ij, qui cõmigrarũt ex ea, quę tũc Aemonia, nunc Thessalia dicitur, Pelasgi. Tertii autem hij, qui cum Euandro in Italiam ex Pallantio vrbe aduenerunt. Post hos autem ex Peloponnensibus, qui cum Hercule militabant Epij, & Pheneatę, quibus etiam Troiani generis aliquid admixtũ fuit. Vltimi vero, qui cum Aenea seruati sunt Troiani ex Ilio, & Dardano, alijsq́ue Troianis vrbibus. Quod autem natio Troianorum gręca fuerit, pręcipuęq; ex Peloponnensibus descẽdens, dictũ est ab alijs quibusdam iampridem. Dicetur autem à me quoqúe nũc paucis. Est enim sermo de his huiusmodi. Atlas rex primus fit in ea, quę nunc Arcadia dicitur, Habitauit autem circa montem Caucasum dictum. Huic filię erant septem, quę nunc dicuntur stellę in cęlo factę. Pleiades cognomine. Harum vnam Electrã Iupiter accepit, genuitqúe ex ea filios Iasium, & Dardanum. Iasius quidem celebs manet. Dardanus autem vxorem ducit Chrysen Pallantis filiam, ex qua ei nascuntur filij Ideus, & Dimas, qui suscepto Atlantis imperio, quoddàm tempus regnarunt in Arcadia. Posteà vero quàm eluuione magna facta circa Arcadiam, in stagna versi sunt campi, diu coli nequiuere. Homines autem victum sibi aspere suppeditantes. (Nam habitabant in montibus) simulq́ue considerantes, quod ad omnes alendos non sufficeret id quod agri supererat, bifariam se ipsi diuidunt: parsqúe eorum vna in Arcadia permanserunt, rege constituto Dimate Dardani filio. Reliqui verò ex Peloponneso profecti magna classe, tenentesqúe cursum iuxta Europam in sinum Melanem dictum adueniunt, stationemq́ue firmant in insula quadam Thracię, de qua quidem vtrum habitata fuerit, an deserta, nihil habeo quod queam dicere. Ei verò nomen est ex homine, & loco

Miraculum.

Latini.

Catalog⁹.

Qđ troiani à gręcis emanauerint.

Atlas.

Iasium.

Dardan⁹.

Samo tharacia: impositũ samothracia. Nam locus quidẽ Thracia, cõditor aũt samo mercurij filius, & nymphę cyllenidos rhenę vocatæ. Ibi autem nõ longũ tẽpus cõmorati, quia nõ eis facilis esset vita cum terra sterili, & mari aspero pugnantibus, paucos quosdã in insula relinquẽtes, demigrant iterũ plurimi eorũ in Asiam, ducem habentes profectionis Dardanũ. (Iasius eñ in insula fulmine percussus interierat, cereris concubitũ appetens) descendẽtes'q; in eum, qui nunc Hellespõtus dicitur, circa eam, quæ postea Phrygia vocata est, sedes ponunt. Idæus quidẽ Dardani filius partẽ copiarũ habens in montibus, qui nunc ab eo Idæi dicuntur, vbi deorũ matri tẽplo extructo, orgia, & initiationes instituit, quæ nunc etiã permanent in omni Phrygia. Dardanus autẽ inuocata nunc Troade vrbe sui nominis condita, dãte ei agros Teucro rege, a quo olim regio dicta est Teucria. Hunc, & alij multi, & Phanodemus, qui atticã scripsit antiquitatẽ, commigrasse dicit ex Attica in Asiam populo ex ypotea imperantẽ, multas'q; adhibent eius rei coniecturas. Eũ igitur regionis dominũ, multęq;, & bonę, neq; multos habẽtis indigenas vidisse aiunt libenter Dardanũ, & quę cum eo erat grecã nationem, cum societatis causa belli aduersum barbaros, tamen ne deserta regio esset, aut ĩfrequens. Exigit autẽ sermo etiã de Aenea, ex quibus ortus sit, dicere, id'q; breui narratione demõstrabo.

Aenee stirps. Dardanus postquàm chrisen Pallãtis filiam. ex qua priores filios susceperat mori contigit, Bateã ducit Teucri filiam, nasciturq; illi filius Erichthonius, qui oĩum hominum fuisse dicitur fortunatissimus: succedente eo in paternam, atque materni aui dominationem.

Erichthonius oĩm fortunatissimus. Ex Erichthonio autem, & caliroe scamandri filia Tros nascit̃, à quo cognomẽ habet natio. Ex Troe vero, & collanide Eumedis filia Assaracus: Huius autem & Dytodorę Laomedontis filię capys fuit, cuius quidẽ & nymphę Naidis dictus est Anchises. Anchisę deinde, & veneris Aeneas. Ac sicut igit̃ troicũ genus grecum erat à principio declaratũ est mihi. De tẽporibus autem quibus conditum est Lauinium alij aliter dicunt, mihi tamen probabiliora videntur dicere, qui secundo anno post exitum ex Troia esse conditum dicunt. Fuit enim captum Ilium deficiente iam vere, decem & septem diebus ante conuersionem ęstiuam, octauo desinentis mensis Iunij, sicut Athenienses ducunt tempora. Superflui autem erant annum illum explentes post conuersionem, siue solstitium viginti dies, in septem autem diebus, & triginta à captione

Quibus diebus captum Iliũ. ipsa administrasse Achiuos puto quę erant circa vrbem, & legationes accepisse à dissidentibus, & fędera cum eis fecisse. Anno autem sequenti, primo quidem post captionem vrbis, circiter ęquinoctium autumnale proficiscentes Troiani ex terra ipsa, traijciunt Hellespontum, aduecti'q; in thraciam cõmorati illic sunt hyemis tempore, suscipientes qui superueniebant ex fuga, comparentes'que opportuna ad nauigationẽ. Ex thracia deinde soluentes principio veris nauigationem conficiunt vsque in siciliam, ibi'que stationem habentibus eis, finitus est hic annus, commorati'que sunt secundam hyemem condentes vrbes Elymis in sicilia. Nauigabili autem facto mari, soluentes ex insula Tyrrhunem transmittunt mare: Demum'que in Laurentinum adueniunt. Aboriginum littus ęstate media, accepto'que loco Lauinium in eo condunt, secundum annum à captione explentes. Ac de his quidem quam opinionem habeam, dictum est mihi.

Lauiniũ conditur.

Aeneas

Aeneas autem & sacris, & ornamentis alijs abundanter ornata Vrbe, quorum plurima etiam ætate mea extant, sequenti anno tertio quidem ab exitu Troiãis imperauit solis. Quarto autem moriente Latino, illius adhuc regnum suscepit, cum ex affinitatis propinquitate hęrede facta Lauinia post Latini obitũ, tũ militię cã in bello aduersus finitimos. Defecerant enim rursus a Latino Rutuli trãsfugarum quendam ducem assumentes Amatę vxoris Latini cõsobrinum, Turnum nomine. Hic vir autem Lauinię nuptias Latino exprobrans. quòd prętentis consanguineis, cum externo affinitatem contraxisset, stimulante quoque Amata, & alijs quibusdam opitulantibus adductis quas habuit, copijs, Rutulis additur. Exorto autem ex his obiectis bello, commissa'q; inter eos pugna quadã graui Latin⁹, & Turnus alijq; plures cadunt, vicũt tñ qui cum Aenea erãt. Ex hoc'q; tempore Aeneas imperium soceri suscepit: cum'q; regnasset annos tres post obitũ Latini, quarto & ipse anno per bellum moritur. Nam'q; Rutuli ex vrbibus omnes in eum militant, & cum eis Mesentius rex Etruscorum, ipse etiã regno suo metuens. Augebatur enim nimium crescentes videns gręcas vires. Commisso autem aëri pręlio haud procul Lauinio, atq; multis vtrinque cęsis, exercitus quidem superueniente nocte sunt separati. Aenee autem corpus nusquam apparens, Alij in deos translatum, alij in fluuio, iuxta quem pręliũ fuit, eẽ submersum putant: Eique Latini templũ cõstruxerũt inscriptione tali prędítũ patris diui terrestris, qui fluuij Numici vndas gubernat. sunt & qui constructũ dicant ab Aenea fuisse templũ ipsum Anchisę, anno ante hoc bellum mortuo. Est enim ager exiguus, circũq; eum arbores cõsitę ordine, spectatu dignę. Aenea autẽ ex hominibus demigrãte septimo fermè anno post captum Iliũ, latinorũ imperiũ suscipit Euryleon, qui mutato nomine dictus est Ascanius. Erant autẽ inclusi muris eo tẽpore Troiani, & cũ hostibus semper noua aduentarẽt auxilia haud satis valide latinorũ vires erant ad subueniendũ obcessis Lauinij. Primũ igitur in amicitiam, ęquas'q; cõdictiones prouocauit hostes Ascanius. Vt vero nihil profecit, sed promittere ipsis coactus est, vt quibus ipsi vellent condictionibus, bellum dissoluerent, Rex'que Etruscorum & alia tanquã in seruitutem redactis intolerabilia imperat & vinũ quodcunq; ferret ager Latinorum quotãnis Etruscis dandũ. haud ferenda res visa est, fructum'que vitis sacrum Ioui esse decreuerunt, ferente sententiam Ascanio. Ipsi'que sese cohortati, vt pugnatores essent alacres, inuocatis'que deis, vt essent periculi socij, vrbe egrediuntur, vallũ qúe hostium subito aggressi, quod proxime vrbem positũ fuerat, erat'que reliqui exercitus propugnaculum, in loco ipsum munito extructum, delectam'q; habens Etruscorũ iuuentutẽ, cui Lausus pręerat Mesentij filius, cũ nẽo eoꝝ superuentũ pręsensisset, munitiones ipsas facile capiũt: quę dũ capiũtur videtes ij, qui castra in cãpis posuerãt, intẽpestiuũ lumen, audiẽtes'que moriẽtiũ clamores, relictis cãpestribus cõfugiũt ad mõtes: fit'q; ꝑturbatio ingẽs & tumult⁹, vti fieri solet moto nocte exercitu, tãq̃ inuasuris iam hostib⁹ nullo ordine, nullius'q; iussu. Latini aũt postq̃ munitiões cœperunt incursu ipo reliquum'q; exercitum ꝑturbatũ sensere, vrgẽt eũ quoque iterficiẽtes, et persequentes. Eorũ autem non modo cuiquam animus non redijt, sed nec quibus esset in malis, potuit cognoscere.

Aeneas.

Turnus.

Mors. Aeneæ.

Lausus.

Ex tumultu itaq;, & rerum omnium incertitudine, alij in rupes delati pduntur, alij in fauces sine exitu incidentes capiuntur, plurimi vero per tenebras ignorãtes inter se eadem quę hostes efficiebant, plurima'q; eorũ clades mutuis occisionibus fuit. Mesentius autem ipse colle quodam cum paucis occupato, postquã filij mortem, & quantus sibi exercitus interisset audiuit: & quo in loco se ipsum inclusisset, vt in re dubia & difficili caduceatores Laujninm misit, qui de amicitia agerent. Consulente autem Ascanio Latinum vtendum parce esse fortuna inuenta, pręsertim securitate, cum ijs quas, habuit rex copijs per fœdus abijt, tẽpus'q; deinceps omne, depositis cũ Latinis inimicitijs, stabilis amicus fuit. Trigesimo deinde anno post constitutionem Lauinij, vrbẽ alterã secundum oraculum Aeneæ datũ, condit Ascanius Aenee filius, ac Laurentum, aliorũ'q; Latinorũ quoscun'q; melior habitatio delectauit, traducit in nouam vrbem, indito vrbi nomine, Alba. Est aũt Alba græca lingua λέυκη: discretionis autem causa, distinxit eam ab vrbe altera, eiusdem nominis, figuram vrbis nomini adiungens: & est velut compositum iam nomen ex ambobus: Albalonga. id est λευκά μακρα. nunc autem deserta est. Nam à Tullo Hostilio Romanorũ rege euersa est, visa ipsa de imperio cum colonia sua contendere: multitudinemq́ue eius omnem ea, quę matrẽ vrbem euerterat, Roma suscepit. Sed hęc quidem posterius. Tunc enim ea cum conderetur, inter montes, atq; lacum extructa est, ęque dictans ab vtris'que, hiq; erant tanquàm muri, vix expugnabilem eam reddentes. mons in primis munitus admodum, & excelsus: sicq; lacus profundus, & magnus, quem per deriuationes aperiendo suscipit subiecta planities, conseruantibus, cum velint, aquam hominibus. Subiacet enim ea vrbi, mirabilis aspectu, diues'que fructibus cuiusq́ue generis producendis, nullis inferioribus totius Italiæ, maxime autem vino albano vocato, dulci, & bono, aliorum'q; omnium. præter quam eius, quod falernum dicitur, excellentissimo. Dum aũt condereť vrbs ea, miraculum quoddã maximum fuisse dicitur. Extructo enim sacris deorum, quos Aeneas Troia extulit, & Lauinij collocauit, templo locum habente inaccessibilem, atq; sacris in hoc delubrum Lauinio Albam translatis, sequenti nocte, clausis tunc maxime foribus, neq; læsis vlla ex parte parietibus, aut tectis, inuẽtos esse aiunt deos Lauinij, permutatis sedibus, super prisca sedilia, translatos'que deinde Albam iterũ Lauinio cum precationibus, & placidis sacrificijs in eundem redisse locum. Dubitantibꝰ autem hominibus, quid facto opus esset in tali negotio, cum neq; sine dijs patrijs habitare dignum ducerent, neque in relictã iam habitationem rursus reuerti, sententiam tandẽ inuenerũt, quę visa est vtrique rei habunde satisfacere, vt simulacra suo loco permanere sinerent, homines autẽ ad eorũ cultum Alba rursus lauinium colonos traducerent: fuerunt'que qui missi sunt sacrorum curatores sexcẽti, cum omnibus rebus suis. Dux autem constitutus est ipsis Egestus. Hos quidẽ deos Romani Penates vocant. Qui vero in linguam græcam nomen ipsum conuertunt alij πατρῴους appellant, alij γενεθλίους, sunt & qui κτησίους, alij autem μυχίους, alij ἑρκίους. Videtur autem vnusquis'que horum secundum aliquid contingentium ipsis fuisse cognomen, sequitur'que oẽs quodammodo idem dicere. De figura autem, & forma eorum Timæus quidem historicꝰ ita scribit, lituos ferreos

& æneos

Mesentiꝰ.

Alba.

Miraculũ

Penates & eorum forma.

& æneos, & troianum vas quoddam fictile esse ea, quę in occultis, & recõditis Lauinij iacent sacra. Audisse aũt hęc se dicit ab incolis. Ego vero quę nec videre fas est oĩbus, nec ab eis, qui viderint, audire, ne scribi quidem oportere existimo: succenseo'q; alijs, quicũq; plusq̃ lege sit pmissum, videre, atq; cognoscere postulant. Cęterum quę ego cũ viderim, scio, neq; religio vlla me prohibet de ipsis scribere, ea sunt huiusmodi. Tẽplũ Romę ostenditur haud procul foro secundum eam, quę ad Cerianas ducit, breuiorem viam valde tenebrosũ, extructum nõ magnum. dr̃ aũt gentilicio sermone locus ille ὑπέλιες. In hoc sitę sunt deorum troianorũ imagines, quas omnibus fas est videre, inscriptionem habents. P. penates. Videntur enim mihi veteres nondũ repta lr̃a, illius vim D. litera significasse. Sunt enim adolescẽtes duo sedentes, pila tenẽtes veteris artis opa, multa'q; alia deorũ istorũ simulachra ĩ vetustis tẽplis vidim⁹: & in oĩb⁹ iuuenes duo militari habitu apparent. Hæc aũt & videre licet, & audire, atq; de ipsis scribere. Quę vero Callistratus de Samothracia cõponens narrat, & Satyrus vetustas fabulas colligẽs: atq; complures alij, vetustissimus'q; eorum, quos scimus, poëta Arctinus, sunt huiusmodi. Dicunt enim Chrysantẽ Pallantis filiã nubentẽ Dardano dotem attulisse Palladis munera, palladia'q;, & deorũ magnorum simulacra cęrimonias eorũ edoctam. Posteà verò q̃ eluuionẽ fugientes Arcades Peloponesum reliquerunt, atq; in Thracia insula sedes collocarunt: extruxisse aiunt Dardanũ deorũ istorũ templũ, ineffabilia alijs facientẽ propria ipsorum nomina, atq; cęrimonias statuit, quæ nũc etiã fiunt a Samothracibus. Vbi vero maiorẽ partẽ populi transuexit ĩ Asiam, sacrificia, & cęrimonias reliquisse eum dicunt, permanẽtibus in insula. Palladia aũt, & deorũ imagines secum aduexisse. Cõsulentẽ'q; deinde eum de sedibus cũ alia dedicisse, cũ de custodia sacrorum oraculũ hmõi accepisse in vrbẽ condendã, Dijs cultum incorruptũ semper ponere, & custodijs colere, sacrificijs'q;, & choreis. Donec enim hæc sancta vestra tellure maneant munera, Ioue nata à coniuge data vrbs ista, persistet sine excidio perpetuo dies oẽs. Ac Dardanũ quidẽ dicunt in cõdita, denominata'q; à se vrbe simulacra ipsa reliquisse. Cæterum condito, posteriori tẽpore à nepotibus eius Ilio, eo esse sacra translata: fecisse'q; eis Ilienses tẽplũ, & adytũ in arce, ea'q; custodire q̃ maxima possent diligẽtia, diuina esse ducẽtes, atq; salutis vrbis causa pręcipua. Posteà verò capta vrbe inferiore, sicam dicũt dominum arcis factũ sustulisse ex adytis & magnorũ deorũ sacra, & quòd adhuc supererat Palladium Nam alterũ quidẽ Vlixem, & Diomedẽ noctu ingressos Ilium furto abstulisse aiunt: profectum deinde ex vrbe Aeneam sacra ipsa secum ferẽtem in Italiam aduenisse. Arctinus autem datũ esse dicit Dardano à Ioue palladium vnũ, fuisse'q; ipsum in Ilio, donec vrbs capta est, absconditũ in loco inaccesso. Exẽplum autẽ eius ita adornatum, vt nihil ab exemplari differret: ad fallendos insidiatores, in aperto esse positum, id'q; Achiuos per insidias surripuisse, sacra igit̃ ab Aenea esse in Italiam translata. Supra scriptis ego viris assentiens scribo, atq; magnorũ deorum imagines has esse, quas ex græcis, præcipue Samothraces orgijs colunt, & id, quòd fabulant̃ palladiũ, quòd sacras custodire virgines ferunt in tẽplo Vestæ esse positum, vbi ignis seruat̃ adhuc perẽnis, de quibus posteri⁹ dicet̃: esse autem

Vlixes.

prẹter hẹc posſent prophanis nobis incerta alia: Ac de troianis factis hẹc dicta ſint. Aſcanio autem octauo,& trigeſimo anno regni ſui mortuo,ſuſcepit imperium Syluius eius frater, poſt Aeneẹ mortē natus ex Lauinia Latini filia,fuiſse:quē dicunt in montibus à paſtoribus educatum. Nam ſuſcipiēte dominationē Aſcanio exterrita Lauinia,ne quid ob nouercale nomen ab eo mali acciperet prẹgnās ipſa Tyrrheno cuidam ſe tradit regij pecoris magiſtro, quē Latino ſciebat fuiſse in primis gratum. Is'que eā in deſertas adducens ſyluas,& vt aduentitiam quandàm cuſtodiens,à conſcijs rei eam conſpici permittebat, conſtructis in ſylua ẹdibus, nequaquàm multis hominibus notis: natum'que deinde puerum ſuſcepit,& aluit, Syluium à ſylua nominans:quemadmodū, ſi quis grẹce daret ὑλεοψ. Procedēte deinde tēpore, vbi magnā cōquiſitionē mulieres fieri à Latinis cognouit, ſuſpectū'que multitudini Aſcanium, quaſi ille puellam pdidiſset, rem populo aperit:educit'que ex ſaltu mulierem ipſam cum puero. Talis ita fortuna vſus Syluius hoc nomen habuit, genus'que illius omne deinceps dominationis eſt potitum. Poſtquàm enim fratrem eius mori contigit,cum dubia eſset regni hẹreditas, ad eum ne pertineret,an ad Aſcanij filium maiorem Iulum, qui in paternum imperium ſuccedere poſtulabat, eorum controuerſiā populus diremit, cum alijs adductis ratiōibus,tum hac nō minimū,quòd ex matre natus eſset regni hẹrede Syluius. Iulo autem regni loco ſacra quẹdàm eſt poteſtas attributa, atque honor,cum periculis vacans imperij,tum vero vitẹ tranquillitate ſupior: quò nunc etiam vſque ad ẹtatem meam genus illius fruitur,Iuli ab eodem vocati. Fuit'que hẹc familia maxima, atque clariſsima omnium, quas nos ſciamus: viros'que tulit duces illuſtriſsimos, quibus virtutes prẹbuerunt, vt de ſtirpis generoſiſsimẹ indole in dubium venire nequeat. Verum de ijs,quæ conuenient, in alio dicentur libro. Syluius autem cum vndetriginta imperaſset annis, ſuſcipiēs imperium Aeneas eius filius,vnum,& triginta regnauit annos. Poſt hunc autem Latinus, vnum & quinquaginta. Alba deinde poſt eum vndequadraginta annos poſt Albam Capetus ſex & viginti. Poſt eum Capys duodetriginta. Poſt Capym Calpetus vſque ad annum tertiumdecimum imperium tenuit. Inde'que Tyberinus octo regnauit annos,atq; in prælio mortuus,quòd ſecundum flumē fuit,raptus'que à profluente flumen ſibi cognomen reliquit, Albulam prius vocatum. Tyberini deinde ſucceſsor Agrippa,annos tres,& triginta regnauit. Poſt Agrippam Alladius vnde viginti annos(res quædam tyrannica)& cum dijs inimicitias gerens. Nam ab eo deſpiciente numina apparatẹ ſunt fulgurum imitatiōes, & fragores tonitruis ſimiles,quibus terreri homines,tanquàm eſset deus, poſtulabat. Cæterum hymbribus,& fulminibus in eius domum cadentibus,atque lacu iuxta quem habitabat inſolitam inundationem capiente incluſus, cum tota domo abſorptus eſt:& nunc adhuc perlucente lacu,in parte quadàm,quàm deficit latex,ſubſedit'que altitudo, apparent ruinẹ, & alia ẹdificiorū veſtigia. Huic deinde ſucceſsit Auentinus,à quo vnus ex ſeptem collibus,qui habitantur Romẹ cognomen ſumpſit: hic'q; annos ſeptem & triginta imperium tenuit. Procas deinde poſt eum annos tres & viginti. Deīde Amulius haud iure regnum occupās cum Numitori deberetur fratri ſeniori,duos & quadraginta regnat annos. Amulio autem

Syluius.

Tempora regū Albanorum.

lio autem interfecto a Romulo,& Remo ex sacra puella natis,vt mox dicet, post eius mortem imperium accipit,& quidem legitimum, Numitor auus iuuenum maternus. Sequenti deinde anno regni Numitoris,trecentesimo aũt,& trigesimo secundo post Ilium captum,collonos mittẽtes Albani Romulo,& Remo ducibus,Romam condunt anno primo septimæ olympiadis, qua vicit certamine Daieles Mesenius,regnãte Athenis charopo, anno decẽnij primo. Cum vero multa sit dubitatio de constitutionis vrbis tempore,deque conditoribus, neque ego oportere putaui,ea,tanquàm confiteantur oẽs raptim pertransire. Cephalon itaque Gergithius scriptor vetustissimus secunda ętate post Troianum bellum esse conditam vrbem dicit ab ijs,qui ex Ilio seruati sunt cum Aenea. Eius autem cõditorem asserit,ducem'q; coloniæ Romum,quẽ fuisse ait ex filijs Aeneæ vnum. Quatuor enim fuisse scribit Aeneæ filios, Ascaniũ,Eurylcontem,Romulum,Romum. Dictum quoq; est & à Demagora,& ab Agathyllo, & ab alijs cõpluribus tempus'q;,& deductionis coloniæ dux idẽ. Qui vero sacerdotes in Argo, & quę cuius'que earum temporibus facta sunt,collegit,Aeneã dicit ex Mollossis in Italiam venientem post Vlixem,vrbis ipsius fuisse conditorem:eam'que ab vna denominasse Iliensium ROMA vocata. Hanc autem ait troianas alias mulieres cohortatam, simul cum eis naues incendisse, ęgre ferentem errores. Assentitur huic etiam Damastes sigeus, alij'que non nulli. Aristoteles autem philosophus narrat Achiuorum quosdàm troia auectorum circum Maleam nauigãtes,postea violẽta hyeme arreptos, actos'que tempestatibus, multis in locis pelago pererrasse:ad extremum autem peruenisse in eum locum opicę,qui Latinius vocatur, Tyrrheno mari adiacẽs, lectis'que animis terram videntes eos extraxisse ait naues,cõmoratos'que esse illic eã hyemẽ, & quidem ꝑatos ineunte vere cursũ ꝓsequi. Verũ cõbustis eis noctu nauib⁹, nõ habẽtes queadmodũ remearẽt, nõ recipiẽte cõsiliũ neccessitate,in eo,in quem adducti erãt,loco vitã colocasse. Euenisse aũt hoc eis dicit ꝓpter fœminas captiuas,quas ducebãt ex Ilio. Has eni ait icẽdisse nauigia,cum reditum timerẽt achiuorum in patriam,ipsę in seruitutem casurę. Callias autem,qui res gestas Agathoclis scripsit,Romam quandàm troianã simùl cum troianis alijs in Italiam aduenientẽ nupsisse ait Latino, Aboriginum regi,duos'q; natos esse ex ea filios Romũ ,& Romulum,quos cõdentes vrbẽ scribit à matre denominasse. Xenagoras vero historicus Vlixis ait, & circes fuisse tres filios Romũ, Antiũ,Ardeam, qui tres vrbes cõdentes:à se nomina vrbibus indiderunt. Dionysius aũt calcidẽsis conditorẽ quidàm dicit vrbis Romũ: hũc'q; ait fuisse, vt quidàm volũt, Ascanij, vtq; alij, Emathionis filium. Sunt & qui romã dicant a Romo itali cõditam, matre eius leuctra, latini filia. Cũ vero possim alios quo'q; multos grẹcorum autorum adhibere diuersos vrbis asserentes conditores,ne longior videar,ad rõanos transibo. Vetustus quidẽ nemo est rõanorũ,nec historic⁹ nec orator:sed ex vetustis sermonib⁹ seruatis in sacris tabulis: sumens vnusquisq; descripsit. Horum quidã Aeneę filios fuisse dicunt Romulũ & Romum Romę cõditores. Alij ex filia Aeneę natos. quo verò tempore, non amplius distinguentes. datos aũt eos dicunt ab Aenea Latino regi obsides, tunc cum data est & accepta inter aduenas,atq; indigenas fides:cõplectẽtem'q; ipsos

Tempus Romę cõditę,& qui cõdiderit. & cur Roma dicit.

Aristoteles.

latinũ & cętero cultu amantur habuisse,& sine stirpe virili moriente, ex portione quadã regni sui successores reliquisse. Alij dicunt Aenea mortuo, cũ Latini regnũ omne suscepisset Ascanius, diuisisse eum cũ fratribus Romulo, & Romo regionem omnẽ, & ditionem Latinorũ trifariam: cõdidisseq; ipsum Albam, & oppida quędam alia: Romũ vero capuam a pauo suo capy, Anchistem ab auo Anchise, & Aeneã, quę postea ianiculum vocata est: a patre vero Romam se denominasse. Hanc autem ait tempus quoddam desertam, alijs rursus aduenientibus colonis, quos albani miserunt, ducente Romulo & Romo, cõstitutionem antiquã iterum resumpsisse: ita vt duplex fuerit Romę cõstitutio: altera paulò post res troianas: altera quindecim ætatibus inferior prima. Si vero aliquis repetere voluerit vlteriora, etiam tertia quędam Roma fuisse inuenientur harũ antiquissima, ante quàm Aeneas & troiani in italiam aduenirent. Hęc autem non vulgarium aliquis, neque nouorum historicorum narrat, sed Antiochus syracusanus, cuius antea mentionem feci. Ait ei regnante in italię Morgete (erat autem tunc italia à Tarento vsque ad neptuniam maritimam) venisse ad eum virum quendàm profugum Roma, sic enim dicit, cum autem cõsenuisset italus, regnauit Morges, eius'que tempore vir aduenit Roma siculus nomine. Secundum itaque syracusanum autorem antiqua quędàm, & troiana pręcedens tempora Roma inuenitur. Vtrum autem in eisdem locis fuerit, in quibus est hęc nunc habitata, an alterius potita sit loci ita vocati, cũ incertum ille reliquerit, neque ego cõiectura possum assequi. Ac de veteribus igitur cõstitutionibus satis esse puto, quę diximus. Vltimã vero habitationẽ, siue cõstitutionẽ, siue quouismodo Timęus siculus, nescio qua vsus regula, eodẽ tempore fuisse dicit, quo carthago est cõdita, octauo & trigesimo anno ante primã olympiadem. Lucius autem cincius, vir senatorij ordinis, anno ait fuisse quarto duodecimę olympiadis. Quintus fabius anno primo octauę olympiadis. Portius autẽ cato tempus gręcũ non distinguit. Verum perdiligẽs, si quis est alius, circa collectionẽ historię priscarum originum, annis eam asserit quadrigentis triginta duobus rebus iliacis posteriorem. Tempus autem Eratosthenis descriptionibus dimẽsũ sub annum primũ septimę olympiadis cadit. Quoniã autẽ incorruptę extant regulę, quibus vsus ẽ Eratosthenes, & quemadmodũ dirigere posset aliquis tpa Romanorũ ad gręca in alio sermone declaratũ est à me. Nõ enĩ censui, sicut Polibius Megalopolitan⁹ hoc solum dicendũ, quòd sub annũ secũdum septimę olympiadis Romã esse cõditã credo: neque vti super tabula apud Anchitẽses posita vnius, & solius fidem, quę nõ subiaceat quęstioni, esse posteris relinquẽdam, sed rões ipsas, quas proposui, obnoxias futuras considerãtibus, in mediũ afferre cõstitui. Certitudo igitur i illo demonstrata est sermone. Dicentur at hoc quo'que tractatu ea, quę sunt valde necessaria. Sunt enĩ hmõi. Gallorum inuasionẽ, per quã capta est Roma fuisse ferè inter oẽs cõstat impante Athenis Pyrgione, anno primo octauę & nonagesimę olympiadis. Tempus aũt ãte eam deductũ ad Luciũ iuniũ brutũ, & Lucium Tarquiniũ collatinum primos Romę cõsules post regni dissolutionẽ, annos cœpit centũ & viginti. Ostenditur autem hoc, cum ex multis alijs, tamẽ ex monumẽtis censuarijs vocatis, que fili⁹ à patre suscipit, magni'que ęstimant

Roma ãtiqssima.
Morges.

hi

hi viri, ea posteris suis, tanquàm sacra paterna tradere, multi vero ex censorijs sunt domibus viri illustres, qui ea cõseruãt, in quibus quidẽ inuenio, Anno ãte vrbem captã, lustrũ secũdũ à populo romano factũ, cui ascriptũ est, sicut & alijs. hoc tempus: cõsulibus Lucio Valerio potito, & Tito Mãlio capitolino, post eiectionem regum anno centesimo decimonono. Ita vt gallicam inuasionẽ, quàm secundo anno eius lustri fuisse inuenimus, centũ, & viginti ãnis expletis, fuisse appareat. Si autem hoc tẽporis spatium triginta olympiadem esse inuenitur, cõfiteri necesse est qui primi creati sunt consules imperante Athenis Isagro, consulatum inisse anno primo octauę, & sexagesimę olympiadis. atqui ab eiectione regum vsque ad Romulũ primũ regem relatum tempus ducentos, & quadraginta quatuor explet annos. Hoc autem cognoscitur ex successionibus regum, & annis, quibus vnusquis'que imperium tenuit. Nam Romulus quidem vrbis conditor septem, & triginta annos tenuisse imperiũ dicitur, postque eũ sine rege vrbs fuisse tẽpus ãnuũ. Rex deinde creatus à populo, Numa Põpilius tres, & quadraginta regnauit annos. Tullus Hostilius post Numã annos duos, & triginta. Qui vero post eum regnauit Ancus Martius quinque, & viginti. Post Martium Tarquinius, Priscus vocatus, octo, & triginta. succedens Seruius Tullius quatuor, & quadraginta. Seruium autem interficiens Lucius Tarquinius, vir tyrannicus, & ob iusticię cõtẽptũ, superbus cognominatus, ad quintũ vsq;, & vigesimũ annum produxisse dominatum dicitur. Annis autem ducentis, & quadraginta quatuor, quibus reges imperarunt, vnã, & sexaginta olympiadas cõficiẽtibus, necesse est omnino primum vrbi imperantẽ Romulum ãno primo septimę olympiadis imperium succepisse, pręsidẽte Athenis Charopo decẽnij ãno primo. Hoc enim cõputatio annorum exigit. Quod autem suprascriptos annos vnusquis'que regum imperarit, illo altero sermone declaratum est mihi. De tempore igitur, quo hęc nunc imperãs vrbs est condita, & quę à superioribus scripta sunt, & quę mihi videntur, sunt talia. Conditores aũt eius qui fuerint, qua'que vsi fortuna coloniam deduxerint, & quęcunque alia de constitutione ipsa historijs tradũtur, à multis quidem dicta sunt: atque differenter in plurimis à quibusdam. Dicentur autem à me quo'que quę verisimilima erunt omniũ memorię mandatorum. Fuerunt igitur hoc modo. Amulius postquã regnum Albanorum inuasit, prohibito paternis honoribus Numitore fratre maiore, & alia quędam pręter ius, ęquũ'q; egit: & ad extremũ prolis inopẽ Numitoris domum facere cogitauit: cum ob metum, ne poenas daret aliquando scelerum: tum cupiditate quadam vehementi, vt eam domum ab imperio arceret. Hęc itaque cũ multo ãte animo agitasset, primum quidem Numitoris filium, Egestum nomine, tunc pubescentem, obseruatis locis vbi vęnabatur, insessa'que solitudine maxima, venatum exeuntẽ interficit: subornatis qui dicerẽt, post confectum facinus, interẽptum à latronibus esse adolescẽtem. Neq; tamẽ fuit rumor ille confictus occultata ab eo veritate validior: sed multi adhuc, plusquàm satis tutum esset: ausi sunt rem eloqui. Sciebat quo'que rem Numitor: sed consilio meliore vtens, quàm affectus ferret ignorantiam simulabat: iram suam in tempus minus periculosum differrẽs. At Amulius scęlus suũ latuisse existimãs, ad id iũgit hęc secũda: Filiã Numitoris Syluiã, vel

Quãtũ tẽporis cõtinet vna olympias.

Regũ Romanorum tempora.

Tarquinus Superbus.

Amulius.

Syluia, vel

Rhea matris Romuli & Remi.

vt quidàm scribunt, Rheam nomine, cognomine syluiam, iam nubilē, sacerdotem designat Vestę: ne ea viro stati tradita, pareret vltores generis. Quique enī annis, nec minus, oportebat puellas sacras castas esse, & coniugij expertes: quibus quidem ęterni ignis cura mandabatur, & si quid aliud religiosū bono publico per virgines agi mos esset. Fecit autē hoc Amulius honesto nomine, quasi honorem generi, & ornatū circūponēs: cum neq; ipse hāc legē suasisset, neque publica cum esset, primum ex omni nobilitate fratrem, honoris causa, ea vti cogeret. Erat enim hoc Albanis consuetum, quòd & honorificum habebatur generosissimas puellas vestę ministras legi. Hęc quanquàm Numitor intelligebat, non sincero animo fratrē agere, irā tamē dissimulabat (ne populi inuidiā incurreret) seruabat'que tacitus hāc alteram contumeliam. Quarto deinde anno eunti in sacrū lucum Martis syluię, aquę purę ferēdę gratia, qua debebat ad sacra vti, vim in templo quidàm attulit: quē nonnulli procorum quendàm fuisse asserunt puellę amore vsque a teneris annis captum. Alij autem Amulium fuisse ipsū: nec eum cupiditatis magis, quàm insidiarum causa: obstructum armis: vt & stupendus conspiceretur, & aspectu cognitionem: quantum posset: īcertam reliqueret. Fabulantur autem plurimi, eius genij fuisse, cuius locus erat, imaginem: cū multa alia huic casui, diuina opera adhibentē, tum vero solis obscurationē subitā, & caliginem in aëre. Aspectum quo'que, quem imago habuit, fuisse longe admirabiliorem dicunt quàm vt ad magnitudinem, decorem'q; hominum, dixisse'que aiunt puellę consolentem eum ipsum, qui violauerat, dolorem eius, ex quo clare appareret deum esse ne vicem suam ęgre ferret. Concubitū enim fuisse ei cū diuo, qui loco pręsidebat. Parituram'que esse eā ex hoc violento compressu pueros geminos: hominū lōge clarissimos in rebus bellicis. Atque his dictis nube circumuellatum esse subleuatū'que à terra sursum per aëram ferri. Quàm autē habere in talibus oporetat opinionem, & vtrum contemnere, tāquàm humanā fraudem in deos relatam nullum deo ministeriū incorrupta, & beata natura indignum tollerante, an etiam ista recipere, tanquàm permixta omni totius orbis esentia: atque inter diuinum, & humanum genus tertia quadàm extante natura, qua geniorum natio continetur, quandoque hominibus, quandoque deis admixta, ex quā fabulare illud heroū genus esse ortum aiunt, nequaquàm tēpus est in pręsentia speculandi. Sufficiāt autē quę de ipsis dicta sunt à philosophis. Puella igr̄ post vim illatam, simulans aduersam valetudinē (nam hoc illi persuasit mater, & securitatis causa, & relligionis in deos) non adibat sacra amplius. Sed p̱ alias fiebant virgines eodem honore prędita, quęcunque, eam administrare oportuisset. Amulius autem siue conscientia perpetratorum, siue etiā suspitione veri similium motus, causam perscrutabatur diutinę à sacris abstinentię. Sūmittens etiam medicos, quibus maxime confitebat. Posteà verò quàm mulieres arcanū quendam morbum excusarunt, minime prodendum hominibus, ad custodiam puellę reliquit vxorē suā: quę vt veri facta est accusatrix morbi: muliebri argutia quòd alijs obscurum erat, inueniens: custodes quidem cum armis puellę Amulius apposuit ne clàm pareret. Erat enim non longe à partu. Ipse vero in consiliū vocato fratre, latentis cęteros corruptiōis, fit index: Accusauit'q; vt cōsentientes

Sacer lucus Martis.

Genius.

puellę

puellę parentes ipsos iubebat'q; simul, vt quod gestum erat, minimè occulerent: sed efferrent in medium. Numitor autem inopinatū se sermonē audire dicebat, se'q; prorsus insontē esse, postulabat'que tēpus, ad exquirēdam veritatem ac obtenta vix dilatione, vt tandē omnia ab vxore didicit: & rē, sicut à pricipio puella narrauerat, & violentiam à deo refert: sic'que dei verba ipsius de pueris geminis, explicat: postulatq́ue diuinationi ita fidem adhibendam: si talis foret partus, qualem prędixisset deus (detegēdam enim esse simul cum partu fraudem) tradit'q; etiam custodientes puellam fœminas: neq; ab vlla redargutione abstitit. Hęc eo dicente, cōcilij quidem eius multitudini persuasum erat. Amulius autem nihil inesse sani postulatis, dixit, instituit'que mulierem quoquomodo perdere. Dum hęc aguntur, adueniunt custodes partus, puellā geminos ædidisse nuntiātes: statimq́ue multus erat in eodem sermone Numitor: dei opus cōmōstrans, in'que puellā innoxiam minimè sęuiendum, asserēs. Amulio autem cōmentum humanū id aliquod fuisse videbatur: quod circa partum fuerat: infante altero à mulieribus parato clàm custodibus, siue eis etiam corruptis. Sunt'q; multa vltrò, citròq; dicta. Verum vbi sententiam regis cognouit, consessus ciuium implacabili iracundia ductā: sensuerunt ipsi quoq;, sicut is poscebat, lege vtendum esse iubent eam, cuius corpus polutum esset, virgis cęsam mori: & quod natum ex ea esset, in vortices fluminis iaci. Sed nunc tamē viuas eas defodi, sacerdotij lex iubet. Hucusq́ue autem scriptorum plurimi talia, vel in paucis variantes, asserūt. Hi quidem in rem fabulosiorem, illi autem in rem verisimiliorem propensiores. Verùm in sequentibus differunt: quod alij necatā dicūt esse statim puellam: alij superfuisse in carcere incerto diu asseruatā, opinionē'q; mortis dubiam populo exhibētem. Adductum autem ad hoc Amulium dicunt: suplicāte ei filia, donari sibi cōsobrinam suam (vna enim educatę ambę, & ęquales erant, & amabant, vt sorores, inter se) morem ita'que gerentem Amulium filię, (erat enim ei vnica) morte quidē liberasse volunt Syluiam, verùm eam asseruasse cohercitam in abdito, solutā'q; deinde eam fuisse, mortuo Amulio, ac de Ilia quidem discrepāt sic scripta veterū rationes habētia vtrin'q; verisimiles. Ac propterea ego quo'que eorum mētionem feci. Vtris verò credere oporteat: aliquis eorū qui lecturi sunt, viderit. Cęterum de natis ex Ilia Quintus Fabius, pictor dictus, quem Lucius Cincius, & Portius Cato, & Calpurnius Piso, alijq; plurimi secuti sunt, sic ait. Infātes ipsos in alueo iacētes, iubente Amulio, à famulis quibusdàm esse exportatos iaciendos in fluuium quindecim fermè milibus passuum alba distantem: atque illos, vbi propius astiterunt, viderūt'que Tyberim cōtinuis imbribus nutritū superatis ripis in cāpos effluxisse, descēdentes à vertice Palātij: ad aquas vltimas (neq; enim progredi vlterius poterant) vbi prima inundatio excursus tacta est, super aquā ipsam alueū exposuisse, innarrasse'que ipsum parū ꝑ: posteà recendēte paulatim ab extremis riuo, illisum lapidi, atque subuersum, infantes eiesisse: quibus vagiētibus, cum per eluuiem voluerentur, Lupa quędàm apparēs paulò antè fęta, turgētibꝰ lacte vberibus, ea submittebat ad ora puerorum: lingua quoque cœnū abstergēs quo pleni erāt. Hoc interim spacio forte pastores adueniunt greges agētes in pascua (erat em̄ locus ipse iam ꝑuius) videns'q; vnus Lupā, vt infantes cōplecteret

Numitor.

Mors Syluię.

Ilia.

Lupa.

primum quidem stupefactus est admiratione,& incredulitate eorum etiam quę videbat. Deinde vadens & quàmplurimos potuit proximorum pastorũ cõgregans(neque enim fidem faciebat narrans)eos secum ducit: rem ipsam inspecturos. vt autem illi quoque propius accedentes,rem perceperunt: hanc infantes tãquàm filios fouentem:illos lupę,tanquàm matri, adhęrentes: rem quandam diuinam videre se rati: propius accedebant cõgregati, terrentes, clamore beluam. Lupa autem non multum exasperata aduentu hominum: sed vt mãsueta, ab infantibus sensim diuulsa,ob multam importunitatem turbę pastoralis abijt. Erat autem haùd procùl inde sacer quidàm locus sylua densa contectus:& petra caua fontes emittens. Dicebatur autem saltus Panos esse,erat'que ibi dei eiusdem ara: quem in locum vadens Lupa se condidit. Nemo quidem extat amplius: antrũ vero,vnde liquor manat, coiunctum Pallantio ędificijs ostenditur secundùm viam,qua itur ad circum, templum'que ei proximum:in quo est imago huius cas⁹. Lupa prębens pueris duobus vbera ,antiquę operę simulacra ęrea. Erat autẽ hic locus ijs(vt dicitur)qui olim cũ Euãdro illum ędificarunt, Arcadibus sacer. Vbi vero fęra abstitit,infantes ipsos pastores suscipiunt adhibentes studium, vt ęducarentur:quasi deorum essent. Erat autem inter eos quidàm subulcorum regiorum magister: vir perhumanus Faustulus nomine: qui vrgente quadàm causa: per id tempus Albę fuerat,quo & corruptio Ilię dicta est, & partus,ac postea cum deportarentur infantes ad flumen,casu quodàm diuino, cum ferentibus eos vna profectus est:eãdẽ viã scilicet ad Pallãtium vadens. Hic igitur alijs minime aperiens,quẽadmodum aliquid de re illa sciret,cõcedi sibi infantes postulat, ac communi consensu datos eos ferens ad vxorem pergit, quam cum enixam offenderet,atque mœstam infante mortuo,solatur eam,dat'que ei hos infantes partui subijciendos:omnem narrans à principio puerorũ casum:crescẽtibus'que eis noĩa imponit, alteri quidẽ Romulũ:alteri vero Remũ. Hi, vbi primũ adoleuit ætas, siue formę dignitate,siue sensus grauitate,nõ subulcis nec bubulcis similes fiunt: sed quales quidẽ quis'q; iudicaret esse eos oportere:qui regio genere,& diuorũ semine procreati essent,vt in patrijs hymnis adhuc à romanis canitur. Vita autẽ erat eis pastoralis,& operosa in montibus,sępe ex lignis, & harundinibus tabernacula figebant se ipsa contegentia.quorum etiã ętate mea vnum superat in angulo ex Pallantio ad circum diuertẽte, casa Romuli dictum:quòd adhuc custodiunt sacrum ij,quibus est horum cura,nihil illi magnificentius addentes:sed,si laboret aliquid aut per hyemẽ,aut vetustate: quòd reliquum est munientes,& diruta,quantum possint: similia prioribus restituentes. His autem annos circiter decẽ,& octo natis,lis quędàm oritur de agris pascuis inter eos,& pastores Numitoris,qui circa Auentinum montem Pallantio oppositum bubilia habebat. Accusabant enim sese inuicem vtri'que assidue vel quod agros pecori bonos, non pertinentes ad se alteri eorum depascerentur: vel quòd communes alteri soli obtinerent:vel vt casus aliquis obtulerat. Ex huiusmodi'que altercatione secutę erãt aliquando manibus plagę,postea'que armis: sic'que multis vulneribus acceptis ab adolescentibus: ac quibusdàm etiam ab eisdem,interfectis, locis'que ipsis postremo vi prohibitis eis qui in partibus Numitoris erant: dolum ipsi huiusmodi contra

Saltus panos.

Faustulus

Romulus Remus.

Casa Romuli.

contra adolescētes struūt. Infessis eñ ātea locis abditissimis, statutoque tēpore, quo vtrinque adoriri: ex composito adolescētes possēt: reliqua multitudo caulas eorū agredit̄. Eoque tp̄e Romulū iuisse cōtigit vnà cū nobilissimis īcolarū ī vicū quēdā ceminā vocatū, sacra pr̄ia ꝓ publica salute factuꝝ. Remus autē excursionē eoꝝ sentiens, arreptis armis propere auxilio accurrit, paucis assūptis eorū, qui ex vico primi cōuenerāt. Neque substinuerūt hostes: sed fugiūt, in ea loca se se recipiētes, vnde opportūe cōuersi īpetū in eum facturi erāt. Remus autē hui⁹ machiamēti insci⁹: eos lōgi⁹ ꝓsequēdo insessū trāsgredit̄ locū: atq; interi & q in insidijs erant, exurgūt: & q fugiebāt, cōuertūt̄: circūuenīētes'q; eū, multis'q; obruētes lapidib⁹, prostratū capiūt. Hoc eñ erat mandatum à dñis: vt viuos eis du cerēt adolescētes. Ac sic captus abductus est Remus. Vt autem Elius Tubero vir grauis, & in collectiōe historiæ ꝑdiligēs, scribit: cū ꝑsensissent hoīes Numitoris: peracturos iuuenes Pani lupcalia, sacrificiū arcadicū, quod Euāder instituit: tēp⁹ illud sacrificij delectū est insidijs: quum oportebat iuuenes Pallātium incolentes, sacris perfectis, ex lupercali circumire vicum cursu nudos ipsos succitos pudenda pellibus īmolatoꝝ paulò aū animātium. Hoc eñ velut purgatio: siue lustratio quędā incolaꝝ pr̄iæ habebatur. vt nunc adhuc perficitur. Hoc ita'que tempore hi, qui peragentibus sacra iuuenibus insidias machinabātur, insessis viarum angustijs, vbi prima pars turmę, quę cum Remo erat, percurrit, subsecuturis & alijs qui cum Romulo erāt, (nā tripartito, & ex īteruallo currebāt) nō expectatis reliquis, īpetū ī prios faciūt cū clamore cōgregati, atq; circūstātes alij iacula, alij lapides, alij quodcū'q; māib⁹ obuenisset, iaciūt. Illi verò stupefacti īopinato casu, neque scientes quid agerēt inermes aduersus armatos, facillime capiūt̄. Remus ita'q; ab hostib⁹ interceptus, ita vt erat, siue, vt Fabius tradit, vinctus Albā ducit̄. Romulus autē vbi casū fratris accepit, ꝑsequi statim oportere cēsebat, circū se habens robustissimos pastorum, tāquàm posset adipisci hostes adhuc, & Remū in via, sed retētus est à Faustulo. Videns enim studium illius furiosius is, qui dictus erat pater rem veram adolescentibus antea minime prodiderat: ne ante piclitarentur in aliquo, quem in optimo essent robore. Tunc verò pręsenti necessitate coact⁹, soli relicto Romulo rē apit. Cognoscenti autem iuueni fortunā suā oēm à pricipio subijt aīum & mr̄is miseratio: & de Numitore solicitudo: multūque cōsultāti sibi cū Faustulo, visum est, vt repētino abstineret īpetu, maioreque vsus appatu viriū, totam domū ab iiuria Amulij vīdicaret: atq; ꝓ maxīs ꝑmijs ꝑicula extrema negligeret, ageretque vnà cū materno auo, quodcū'que illi videret̄. Vt hęc autē visa sunt optima: cōuocatis incolis Romul⁹, rogatisque eis, vt Albę cōuenirēt, nō eisdē portis oēs, ne'que simul introeūtes, ne qua suspicio oppidanis fieret: sed expectātes circa forū cōstituto tp̄e parati essēt, qđ iuberet̄, exequi prim⁹ ip̄e abijt petēs vrbē. Qui vero Remū duxerāt, eū interi apud regē iiuriaꝝ oīm, quas acceperāt, accusant: ostēdētes'q; vulnera, ni ī eū vīdicatū fuerit, se se curā armētoꝝ deserturos denūtiāt. Amulius aūt mltitudini ciuiū, q̄ cōuenerat gratificari volens, & Numitori (nam & is aderat) excandescensque in clientes, ac regionis trāquillitati studēs: simul'que elationē animi, cōtumaciā'q; adolescētis, vt impauida in sermone erat, in suspitionē trahēs, condēnat reū: sumendi'q;

Remus.

Luperca.

Romulus.

de eo supplicij dominũ Numitorẽ facit: hæc dicẽs, q̄ exigẽdæ de malefico taliõis nemini potius, q̃ perpesso incõmoda, ius deberet. Cum aũt duceret Remus à pastorib⁹ Numitoris & reuinctis post tergũ mãibus, & increpitãtibus, qui ducebãt, sequẽs Numitor decorẽ corporis admirabat, q̃ multũ inesset regij, cõtemplabatur'q; animi nobilitatẽ: quã in grauissimis quoq; casibus cõseruabat, nõ ad misericordiã cõmouẽdã in hmõi fortuna, neq; ad preces cõuersus, vt cęteri: sed decẽti silẽtio vadẽs ad mortẽ. Vt vero in domum Numitoris aduenere: iussis cæteris abire, Numitor solũ relictũ Remũ interrogat: quis, & ex quibus esset: vt qui nõ ex vulgaribus quibus'q; huiusmodi hominem esse existimaret. Dicẽte aũt Remo hoc se tm̃ scire secundũ fidẽ altoris sui, quod cũ fratre gemello expositus in saltũ fuerat statim à partu ipso: susceptus'q; à pastoribus, educat⁹ fuerat. Paululũ cunctatus Numitor: siue verorũ aliquid suspicãs, siue rem ipsam in lucẽ ducente numine, his verbis adolescentẽ alloquit. Quod quidẽ meę potestatis sit Romę, te pati quodcũ'q; decreuero: quãti q; sint extimaturi hi hoïes, qui te huc adduxerunt multa ꝑpessi, & grauia, te morti tradi, haùd opus est quidẽ tibi sciẽti dicere. Sed si te morte, malis'q; cæteris libero, eris ne mihi gratiã habiturus? tuã'q; ipse operam indigẽti prębiturus? in eo saltẽ, quod futurũ sit nouũ, nobis ambobus bonũ. Respondente autem adolescẽte quęcũ'que homines in desperatione vitę dicere spes salutis, & ꝓmittere dominis suis persuadet. Solui eum iubẽs Numitor, & abire cæteros è conspectu, casus suos ei aperit, & vt Amulius fr̃ regno ipsum fraudarat, orbam'que sibi domum liberis reddiderat: alterum occulte in vænatione conficiens, alteram vinctam in carcere custodiens: & vt se idẽ alijs quoqúe in rebus, tanq̃ dominus seruo, vteretur. Quæ cum dixisset, multos simul cũ verbis gemitus fundens, domus suæ vindex vt sit Remus, postulat. Suscipiente autem sermonem lęto animo adolescente, adornariqúe iam ad opus ipsum postulante, collaudata eius alacritate Numitor: perficiendæ, inquit, rei tempus ego obseruabo: tu verò interim clàm nuntiũ ad fratrẽ mittito, quo te ille incolumẽ sciat: ad te'que eum q̃ celerrime venire iube. Dehinc quidam iuuentus mittit, qui huic ministerio visus est idoneus: isqúe occurens Romulo, qui haùd procùl vrbe aberat, rei gestæ certiorẽ eũ facit. Hoc igit nũtio lętus Romulus, propere ad Numitorẽ ꝑgit: & post complexus multos, & salutationes, expositionẽ sui, fratrísqúe, & educationẽ, ac cętera queãdmodũ à Faustulo audierat, refert lætis ãbob⁹, nec multis cõiecturis egẽtib⁹, vt crederent, qđ voluptati erat. Ac vbi sese mutuo cognouere, cõsilia stati ieũt, speculãtes p̃cipuę, quæ nã futura esset occasio aggrediendę rei maxime idonea. Hæc autem agitantibus illis, Faustulus ad Amulium ducitur. At enim veritus ille, ne fidem Numitori non faceret tantę rei index sine certis signis, assumit alueum, vt argumentum expositionis infantium. Sequebatur is quoque in vrbem Romulum: cun'que ingrederet portas vultu perturbatus (quippe qui plurimi faceret, nemini palàm fieri quod dixerat) custodum quidam aiaduertens (erat enim excursionis hostium metus, erãtqúe portis p̃sidio hoïes regi fidissimi) præhendit eũ statim: ac quid occulte ferret, scire volens, vi amictũ detrahit: vidẽsqúe alueũ, & dubitantẽ hominẽ, dicere eũ iubebat: quęnã esset ista tanta eius ꝑturbatio, & quod cõsilium, qui suę metus: ne palã id vas importaret,

quod

quod clandestinę inuectionis minime indigeret. atq; interim ex custodibus cõcurrunt plures: quorum vnus cognoscens alueũ (ipse enĩ infantes extulerat) rẽ astãtibus aperit: cõprehensũq; subito Faustulnm ad regẽ ducũt: & rẽ gestã oẽm narrant. Amulius aũt terrẽs hominẽ tormẽtorum minis, ni verum spõte ipse fateatur: primũ quidẽ eũ interrogat: viuerent ne pueri: quo scito, etiã queadmodum seruati sint, rogat. cum vero rem oẽm, vti gesta erat, enarrasset Faustulus: Age, inquit Amulius, postquã vera ista dixisti, et in qbus locis possint inueniri doceas. nõ enĩ ęquũ ẽ eos ãplius inter pastores, & in victu ignobili vitã agere: cognati mihi cũ sint: & deorũ potissimũ prouidẽtia cõseruati. Faustulus autẽ insuetę mãsuetudis suspitiõe motus: neq; eũ sentire, quę diceret, ratus ita respõdit. Sunt pueri quidẽ in mõtibus armẽta agẽtes, vt mos est illis, ego missus ab eis erã, indicaturus matri, qua in fortuna essent. nãq; à te asseruari eã audiẽs, rogaturus filiã tuã fui, vt me ad ipsam intromitteret: tuliq; mecũ alueũ, vti simul cum verbis signũ haberẽ mecũ perspicuũ: quod possem ostẽdere. Nũc autẽ, postq̃ visum est tibi, iuuenes huc accersi: quod gaudeo: mitte quos voles mecũ, his'q; ego pueros ostẽdã: quibus illi deinde perferãt mãdata tua. Dixit aũt hæc Faustulus, dilationẽ inueniẽs morti puerorũ, idẽ'q; sperãs, cũ esset in mõtibus, se ducẽtes effugere. Amulius aũt armatorũ fidissimis clã mandãs, vt quoscun'q; cõmõstrasset eis subulcus, ad se cõprehẽsos ducerẽt, celerrime emittit eos, subito'q; cõsiliũ capit: vt euocatũ ad se fratrẽ in custodiã solutũ habeat: donec præsentia cognosceret: statim'q; eũ quasi ad negotiũ quoddã aliud, euocat. Cęterũ nuntius tũ beniuolẽtia periclitãtis, tum fortunæ eius miseratione cõuersus, Amulij sentẽtiam Numitori apit. Is igit̃ admonitis pueris, quo in piculo essent, cohortatus'q; eos, vt viri essent strenui: corã rege aderat habẽs armatos secũ, cum aliorũ clientiũ, & sodaliũ, tum familiæ fide manũ nõ exiguã: aduenerãt'q; illi etiã, qui in vrbẽ ex agris cõuenerãt, relinquẽtes forũ, habẽtes'q; sub vestimẽtis enses cathena firmissima: viq; oẽs vno impetu occupãtes ingressum nõ multis militibus defensum haud difficulter Amuliũ obtruncãt: arcẽ'q; capiũt. & hæc quidẽ Fabi⁹. Alij autẽ, nihil fabulosum historicæ scriptioni cõuenire cẽsentes, expositionẽ infantiũ (vt visa erat) à mõstris fuisse peractã, nequaq̃ verisimile esse dicũt. Ac lupę quoq; mite illud: ꝙ vbera infantib⁹ summiserit, vt cõmẽtitiæ incõgruitatis plenũ obtrectant̃: ea'q; variãtes ipsi, Numitorẽ aiũt, vt prægnãtẽ Iliã pręsenserit, paratis alteris nuper editis ĩfantib⁹, pariẽti illi eos subdidisse offerẽdos'q; dedisse custodientib⁹ partũ infantes alienos: siue fidẽ officij eorũ pecunia emẽtẽ: siue etiã ꝑ mulieres cõmutationẽ hmõi ĩ partu machinatũ: atq; illos cũ accepisset Amulius certo quodãmõ necatos. Qui vero ex Sylvia nati erãt cũ plurimi eos faceret maternus auus esse seruatos: datos'q; Faustulo (quẽ quidẽ fuisse dicũt Arcadẽ genere, ex ijs, q̃ cũ Euãdro circa Pallãtiũ habitarũt, fuisse'q; eo tꝑe ipsum Amulij villicũ) morẽ aũt gessisse eũ aiunt Numitori in hac educatione puerorũ, ꝑsuasum à fratre, cui nomẽ fuit Faustino, magistro pecoris Nũitoris, quod ĩ Auẽtino pascebatur. Altricẽ quoq; puerorũ, & q̃ mammã dederit, nõ Lupã fuisse aiũt, sed, vt verisimile est, mulierem nuptem Faustulo, Larentiã noĩe, cuiquidẽ vulgãti aliquãdo corporis decorẽ, hi, qui circa Pallãtiũ habitabant, Lupę cognomẽ apposuerũt:

Faustuli dissimulatio.

Mors Amulij.

Alia opinio.

Larentia.

quod & gręcum est, & vetus, mercede corpus prostituentibus: impositum. nunc autem decentiori appellatione amicę vocantur. Ignorantes vero istud quosdã finxisse aiunt hanc fabulam de lupa: cum secundum linguam, qua vtitur latina natio: Lupa vocetur hęc fera. Postquam autem lactendi tempus elapsum est, delatos esse dicunt pueros ab educatorib⁹ in Gabios, vrbẽ haud procul Pallantio, vt disciplinam gręcam perciperent, atq; ibi ab hospitibus priuatis Faustuli esse nutritos, literas & musicam discentes & armorum gręcorum vsum vsq; ad pubertatem. Postea vero quam remissi sunt ad parentes creditos, euenisse aiunt inter eos, & pastores Numitoris dissentionem, primum de locis compascuis: ac pastores deinde verberibus, ita affectos esse, vt greges ipsimet abigerent. Atq; hęc fecisse illos de sententia Numitoris volunt: vt principium fieret expostulationum, pastoraliq; multitudini pretenderetur causa veniendi in vrbem. Quę vt facta sunt, Numitorem exclamasse ad Amulium ferunt, q̃ grauia, & indigna pateretur a pastoribus eius expoliatus: postulasseq; eundem, ut si pręter uoluntatem eius hęc fierent, subulcum sibi, & filios ad supplicium dederet: Tumque Amulium dissoluere uolentem hanc litem, eos, qui deposcerentur, & cęteros, q̃ buscunq; affuisse huic maleficio obijceretur, venire oẽs ad se iussisse, rõem redituros Numitori. Cõuenietibus aũt vna cũ reis pluribus ꝓ speciẽ iudicij, apiẽtem aiunt maternum auũ adolescentibus sortẽ suã, ac dicentẽ, quod exigẽdæ vltionis tunc maxime tẽpus esset, rẽ ipsam statim cum multitudine pastorali esse aggressum. De procreatione ita'q; & educatione cõditorũ vrbis Romæ, hæc dicuntur. Quæ vero circa cõstitutionẽ eius fuerunt (nam hæc pars mihi scriptionis relinquit̃) nunc exequar. Postq̃ mortuo Amulio, ĩperiũ adeptus est Numitor, haud magna quidẽ mora interposita, donec ipe ciuitatẽ ex priori inornatu: in antiquum exornaret morẽ: cõparare statim cogitauit adolescẽtibus dominationẽ propriã, vrbe altera cõdita. Nam & ciuilis multitudinis ĩcremẽtũ, multiplicata prole emittere, pulchrũ, bonum'q; esse ducebat, maxime'q; aduersam sibi aliquã do factionẽ: ne suspectos retineret. Cõmunicato itaq; cũ adolescẽtibus consilio, vbi ipsis quoq; eadẽ visa sunt, regionẽ dat eis, in qua educati erant, & ex populo, quòd suspectũ erat: vtpote res nouas iterũ, nisi summoueret̃, aliquãdo molitur: & si qui etiã sua spõte voluissent, cõmigrãdi potestatẽ facit. Erat autẽ in ijs multum (vt verisimile est in tãta vrbe) popularis generis, satis etiã optimatiũ: & ex troiano gñe, quod generosissimũ videbat̃: ex quo etiã ætate mea familię quędã superãt circiter quinquaginta numero. Donauit etiã adolescẽtibus pecunias, arma'q;, & frumentũ, & seruos, & iumẽta oneraria: & siquid aliud esset vrbis cõstitutioni cõferens. Vt vero Alba demigrarunt adolescẽtes, cõmiscentes etiã quicquid erat hominũ vel in Pallãtio, vel circa Saturniã habitãtiũ, multitudinẽ oẽm in duas partes diuidunt. Hãc autem eis opinionem præbuit ambitio: vt æmulatione mutua celerius opera perficerent. Cæterum seditio causa maximi mali fuit. Nam qui diuisi fuerant, extollentes ducem suum vtriq;, tanq̃ ad regendos omnes idoneum, illos erexerunt: ipsiq; non vnam amplius sententiam habẽtes, neque fraterne sentientes (cũ vterq́ue alteri imperare conaretur) ęquitate neglecta, res cupidius affectabãt. Ac primũ quidem incertę erant eorum cupiditates.

Circa vrbis cõstitutionem.

Initiũ discordię.

Postea

Postea verò eruperunt hac causa. Locū enim condendę vrbi non eundem vterqúe elegerat. Nam Romuli quidem erat sententia, vt in Pallantio conderet: cum aliarum rerū causa, tū fortūę loci, quę seruari ipsos, & nutriri pręstiterat. Remo autem videbatur, vt ab eo nunc sic vocatā, Remoriam incolerent. est enim locus ad capiendam vrbem opportunus, collis haùd procúl Tyberi, ad triginta ipse stadia roma distans. Ex hac autem contentione patefacta est statim dominandi cupiditas. Cedenti impositurus erat, vteruis superior esset in cęteris iugum. Cū itaqúe tēporis aliquid effluxisset: neque quicquàm de seditione minueretur, visum eum ambobus, vt omnia materno auo permitterent: aderantqúe albę. Isqùe iubet, vti iudices deos faciant, vtrum eorum coloniam deducere, & imperio potiri oporteat. statutaqúe eis die, sedere ambos iussit separatos, alterū ab altero, in quibus vellent sedibus: sacrisqúe prius, quæ viderentur, dijs peractis: bonas aues obseruare, & vtri prius meliores aues apparuissent, hunc dominum esse colonię. Discesserant adolescentes hac sententia comprobata: aderantqúe ex composito die pręstituta. Erat autem Romulo augurandi locus, vbi etiam deduci coloniam oportere censebat, pallantium. Remo verò adhærens illi collis, Auentinus dictus: vel, vt quidam scribunt, Remoria: aderatqúe ābobus custodia, quę nihil agi perperam permitteret. Vt autem sedes vtriqúe conuenientes sumpserunt, parumper cōmoratus Romulus prę festinātia, & inuidia aduersus fratrem (siue ea inuidia, siue deus sic forsan inducebat) ante, quàm signū vllum vidisset, missis ad fratrem nuntijs, venire eum ad se quā celerrime iubet: quia bonas aues prior ipse vidisset. Dum autem ij qui missi erāt, q̄uis huius fraudis pudibūdi, celeriter vadunt: Remo sex vultures signum dant, volantes à dextris. Isqúe alites vidēs, plurimū lętatus fuerat, neque multo post ij, qui missi erant à Romulo, adueniētes, ducunt eū ad Pallātium: vtqúe simul fuere, quęrit Remus ex Romulo, quasnam aues vidisset prior. Hęrebat autem, nihil habens, quod responderet, Romulus: cum interim duodecim vultures fausti se ostendunt volantes: quibus visis, confirmatus ille, ostendensqúe eos fratri: quid dudum visa, inquit, scire postulas? ipse enim alites spectas. Ringebatur aūt Remus, rem grauiter ferēs, vt qui detractam à se coloniam per fraudem cerneret: neque se illi concessurū dicebat. Oriturqúe ex hoc contentio priori maior, clàm vtro'que quidem cupiditati suę obsequente: palàm verò meliorem sibi causam iure huiusmodi arrogante. Erat enī dictum eis à materno auo: vtri prius meliores aues signum darent, hunc esse dominum colonię oportere, genere autem eodem alitum ambobus viso hic tempore, ille numero superabat. Suscepit autem hanc ęmulationē etiā reliqua multitudo, īceptans bellū armata: fit'que pugna grauis, & cędes vtrin'que magna, in qua dicūt quidā Faustulū adolescētiū educatorē cōtētionē fratrū dirimere volentē, vbi id frustra cōat⁹ est īter medios ipos pugnātes se iecisse iermē, q̄ celerria qdē morte (qđ factū est) cadere cupiētē. Quidā etiam leonē lapideū, q̄ in p̄claro fori romāi loco ꝓ rostris iacet, faustuli corp̄e īpositū dicūt viro illo eo loco quo cecidit, ab iuētorib⁹ sepulto. Mortuo aūt ī pugna Remo miserrimā victoriā, & ex frīs nece, & ex reliquę ciuilis multitudis cędibus mutuis adeptus Romul⁹, in Romoria Remū sepelit. Quandoquidem & viuens ille eum locum sedibus destinabat. Ipse

Auguriū.

Cōtentio.

verò prę dolore, pœnitentia gestorum lugens se ipsum in desperationem vitę conuertit. Verùm Larentia ea, quę illos suscipiens expositos educauerat, neque secus, ac mater, cōplexabatur, consolante, & rogante, persuasus, exurgit: Latinos congregans, quicū'que pugnę superfuerant, paulò plures tribus hominum ex maiori longe numero, Pallantium munit. Hic enim mihi verisimillimus omniū videtur sermo de morte Remi, dicetur tamē etiam: si quis aliter se habens, est traditus. Dicunt igitur quidàm Remum concesso à se Romulo principatu, dolētem, animoque irato ferentem eam fraudem, extructo muro, cum demonstrare vellet inanes munitiones, dixisse: atqui nō difficile superet istas vobis hostis aliquis, sicut ego, statimque transcendisse. Tùm verò celerem quendàm ex ijs, qui pro muro stabant, operū præsidentem, cum respondisset: Atqui hunc hostē non difficile aliquis nostrū repelleret: caput ei⁹ pelui percussisse: statimque interfecisse: eumque dissensionis fratrū finem extitisse. Postquàm autem nulla causa īpedimento erat vrbis constructioni: prędicens Romulus, qua die placans deos initiū operum factur⁹ esset, pręparatis omnibus, quę ad sacrificia, & ad populum expiādum percommoda futura essent, vt statutum tempus aduenit, ipse prius dijs sacra faciēs, aliosque iubēs idē ꝓ viribus facere, alites quidā primū aquilas accipit. Deinde focos ante tabernacula fieri iubens educit populum: flammas transilientem expiationis polutionum causa. Postquàm autem quicquid humana ratione effici poterat deis gratum, perfectum putauit: conuocatis omnibus in destinatū vrbi locum, quadrāgularem figuram describit colli, iūctisque ad aratrū bobus, mare, & fœmina, sulcum perpetuum duxit: qui esset murum excepturus: ex quo romanis adhuc hic mos circumarationis locorum in conditu vrbium permanet. Hæc quùm fecisset, immolatis ābabus hostijs, multisque alijs victimis, institit operibus. Hunc diem etiam ętate mea Romana ciuitas nullo alio minus feriatū faciens quotannis sollemnem agit. Vocant autem Parentalia, immolātque in eo de fœcunditate quadrupedum agricolę, & pastores, sacrificium gratū ineunte vere. Vtrum autem diem ipsum adhuc antiquius: in iocunditatibus vrbi condendę maxime idoneum putauerint: quem quidem cōstitutionis vrbis principiū factū: sacrū fecerunt: deosque in eo: pastoribus propicios: coli oportere existimauerūt: non habeo quicquam certi, quod dicā. Quę igitur inueniendi mihi potestas fuit multa cum cura græcorumque, & romanorum scripta plurima euoluenti, de genere romanorum hęc sunt: ita vt iam confidenter quiuis missos eos faciens, qui barbarorum, & fugitiuorum, & vagorum hominum perfugiū Romam faciunt, græcam eam vrbem asserat: demonstrans eam maxime communem vrbium: & humanissimam considerans enim, quòd Aboriginum natio œnotria erat: id aūt est arcadica: memor quo'q; cohabitantium cū eis Pelasgorum: qui thessaliā relinquētes: argiui cū essēt genere: in Italiam aduenerūnt: tū euādri & arcadū aduētus: qui circa Pallantiū ędificarunt: tradentibus eis locū Aboriginibus: deinde Peloponnensiū cū hercule aduenīētiū: qui in saturnio ędificarūt. Postremo eorū qui ex troia demigrarunt: ꝑmixti'q; sunt prioribus incolis: is gentē nullā reperiret: neque antiquiorē, neque magis gręcā. Hę verò ꝑmixtiones barbarorū, per quas ciuitas multa priscorū studiorū dedidicit, posterioribus tēporibus extitere.

Larentia.

Epilogus.


Ac

Ac mirum quidem hoc multis esse videretur verisimilia cõsiderantibus, quònã pacto non tota versa est in barbarã, susceptis opicis, Marsisq;, & sabinis, Aetruscis, & brutijs. Vmbrorum'que, & Ligurum, & hispanorum, & gallorũ tã multis mili bus: alijsq́ue, præter has gentibus, partim ex italia, partim ex alijs multis locis aduenientibus infinitis, nec vnius linguę eis, nec vict⁹ vnius: quorũ voces, mores, vitamq́ue non vniformẽ, aut finitimam perturbatam ex tanta dissonãtia, cõsen taneum fuit multa ex antiquo ornatu vrbis immutasse. Quandoquidẽ alij quoq́ue plures habitantes in barbaris, græcum omne breui tẽpore dedidicere: ita vt nec græcam vocẽ ãplius resonent, neque studijs iam vtantur græcorũ, neque de os eosdem putent: neque clemẽtes leges, quo maxime differunt à barbaris gręca ingenia, neque aliud instrumenti habeant conueniens cum gręcis. Sufficient au tem ad hæc probãda coniecturę de Achiuis his, qui circa Pontum habitãt, qui ex optimo gręcorum genere, barbarorum nunc sunt omniũ rusticissimi. Romani enim vocẽ neque merã barbarã abscisse, nec gręcam resonant, mixtã verò quãdàm ex ambabus: cuius maior pars est Aeolis, abũdantes hoc solo: ex multorum permixtione: vt non sonis recte omnibus eloquantur, reliqua autem quęcũque gręci generis sunt indicia: non vt coloni quidàm alij conseruant ipsi, non nũc pri mum incipientes ciuiliter & amice viuere: quandoquidẽ ĩ fortuna affluente ãpla & propitia: eã habẽt decori magistrã, nec ex quo primũ trãsmarina expetiuere: carthaginensium atq; Macedonũ euertentes imperiũ: sed omni tempore: ex quo condita est vrbs: vitã viuẽtes gręcã: n'hil'que decentius studẽtes ad virtutẽ: quã anteà. Infinita aũt cũ habeã: ad hoc q̃ dici possẽt possim'q; cõiecturis vti plurib⁹ viuorũ & afferre testimonia fide dignorũ: hęc oĩa differã in eũ sermonẽ: q̨ de institutis ciuitatis eorũ conscribeř. Nunc verò ad narrationẽ reliquorũ reuertar, repetitiõe summaria eorũ, q̃ hoc libro declarata sunt, ꝓ initio sequentiũ sumpta.

LIBERI PRIMI FINIS.



Lib. ij. ROMANAE antiq. res gestas continet Romuli Romę cõditoris, Numęq; Põpilij post eũ vrbi imperãtis. Rerum aũt abvtris'q; gestarũ tẽpus à septima olympiade: qua vicit Daides meseni⁹. Imperãte Athenis Charopo.



Vrbs quidem Roma in occiduis posita est italiæ partibus iuxta flumen Tyberim, qui ad medium fermè littus effluit: ea centũ & viginti stadijs a Tyrreno mari distans. Qui vero eam habuerunt primi omnium memorię mãdatorum, barbari quidem fuere indigenæ, siculi dicti, multa quoq́ue loca alia italiæ obtinentes, quorum non pauca, neque obscura monumenta vsque ad hæc tempora permanserunt: in quibus sunt etiam nonnullarum par

Vbi vrbs Romę cõdita ẽ. & q̨ priusitaliã tenuerunt

tium nomina Sicilienſia dicta vetuſtam eorum habitationem indicantia. Hos expellentes Aborigines locũ ipſi tenuerunt. Oenotrorum illi progenies eorũ, qui à Tarento vſq; ad Neptũniam habitabant. Sacra ipſa iuuentus quędam, dijs dicata: ex illius gentis lege. A patribus enim ſolita mitti dicitur regionem habitatura, quam dediſset eis numẽ. Oenotrorum autem genus Arcadicum erat, ex ea, quę quondàm Lycaõia dicta eſt, nunc Arcadia, ſponte exiẽs ad inquiſitionẽ agri melioris, duce ꝓfectionis Oenotro Licaonis filio, à quo gens ipſa denominationẽ ſumpſit. Obtinentibus autem regionem Aboriginibus, primi eius cohabitatores fiunt Pelaſgi errabundi, profugi'q; ex ea, quę tunc Aemonia dicebatur, nunc Theſſalia: in qua tempus quoddàm habitarunt. Poſt pelaſgos autem Arcades ex vrbe Pallantio exeuntes duce profectionis Euandro Mercurij & nymphę Themidis filio, in vno ex ſeptem collibus ſedes ponũtur, qui in media fermè eſt Roma, Pallantium vocantes eũ locum à patria ſua in Arcadia. Non multò poſt aũt Hercule in Italiam delato cum exercitum ex Erithia domũ deportaret, ꝑs quędàm relicta virium eius arcem proxime Pallantiũ ędificat ad collem alterum, qui nũc Romę habitaᵗ, tunc Saturnium ab incolis, nunc à Romanis Capitolinũ appellatũ. Horũ autẽ pars maior Epij erãt ex vrbe Elide ꝓfugi, euerſa eis ab Hercule pr̃ia. Aetatę autem ſextadecima poſt Troianũ bellum Albani hęc loca vtra'que inhabitãt, muro communientes, & foſsa. Erant autem primum ea tuguria, armentarijs, & paſtoribus, atque aliorũ pecorũ nutritoribus diuerſoria: copioſum præbẽte illic terra non modo hybernum, ſed ęſtiuũ quo'q; pabulum, propter refrigerantes eam irrigante ſq ùe fluuios. Albanorum autem genus mixtum erat ex Arcadibus, & Epijs Elide profectis, & ex Pelaſgis: poſtremo autem ex aduenientibus in Italiam, poſt Ilij euerſiouem, Troianis, qui fuit Aeneas ãchiſę filius & Veneris. Veriſimile eſt autem barbaricum etiam aliquòd ex accolis, vetuſtis'que habitatoribus reliquũ Græco generi fuiſse permixtum. Communi autẽ'nomine hi omnes ſimul amiſsis gentilitijs nominibus, vocati ſunt Latini à rege illorum locorum Latino. Condita eſt quidem ea vrbs ab his gentibus anno quadringẽteſimo ſecũdo poſt captum Ilium: olympiade ſeptima. Qui verò coloniam deduxerunt, fratres gemini fuere regij generis, quibus nomẽ fuit alteri Romulo, alteri Remo: matre quidẽ ipſi ab Aenea, & Dardanide. De patre verò haùd facile eſt quicquàm certi dicere quo geniti illi fuerint. Creduntur autem à Romanis Martis fuiſse filij. Non permanſere tamen vtrique colonię duces, cum de imperio certaſsent: ſed ſolus quidem relictus ex eis Romulus, mortuo in pugna altero, fit vrbis cõditor: dat'q; vrbi nomẽ ex ſuo. Eorum autem numerus, qui ꝑticipes cum eo colonię fuerũt, ex multis initio miſsis redactus eſt ĩ paucos. Tria enim fuere peditum milia, trecenti ęquites. Poſtquàm igitur perfecta eſt eis foſsa, conſummata'q; munimẽta, neceſsarias'que extructiones acceperunt domus, poſtulabat'que tempus etiã de forma Reipub. qua vterentur: conſultare, aduocata cõtione, Romulus: ſubijciẽte ei materno auo, & docente, quę oporteret dicere. Vrbẽ quidem dixit & publicis & priuatis ędificijs, vt nuꝑ conditam, abũde exornatam eſse. Iubebat autẽ vnũ quem'que exiſtimare, non hæc eſse tamen, quę ſint plurimi in vrbibus precij. Ne'que enĩ in externis bellis profũdas foſsas, & muros altos ſatis eſse dicebat, ad

Pallãtiũ.

Captolinus.

Latini.

Oratio.

prę ſtandã

prꝑstandã ciuibus securitatis opinionem minime solicitã, sed hoc vnum: ea tantum spõdere: nihil incolis ex superueniẽtibus, aut deprehẽsis eis ab hostibus fore periculi. nec cum ciuiles dissensiones rem publicam exagitarẽt, perfugia domorum, aut conclauium cuiquàm esse periculo vacua (Otij enim hæc hominibus, & tranquilitatis inuenire solatium) sed non ab eis tamẽ arceri proximorum insidias: nec posse quẽquàm, cui insidię parentur, vt in tuto, cõfidere. Vrbem deinde nullam nunq̃ his rebus illustrem fuisse diu fœlicem, & magnã. ne'q; rursus nullam, quia sũptuosis ędificijs priuatis, publicisq; caruisset, prohibitam tamẽ idcirco magnãq;, & fœlicẽ fieri: sed esse alia, quę seruarent, facerentqúe vrbes ex paruis magnas. In externis quidem bellis vim armorum: hanc'q; parari audacia, & meditatiõe. In ciuilibus verò dissensionibus gubernãtiũ concordiam. Ad quam quidem Reipubli. præstandam, satis est (inquit) vita cuiusqúe continẽs, & iusta. Qui itaque rebus bellicis studerent, & cupiditates vincerẽt, eos optime ciuitates suas ornare, murosqúe insuperabiles, & ędes tutas uitæ ciuium eos viros esse: qui pararent. pugnatores autem, & iustos viros, aliasqúe colẽtes virtutes parere formam ipsam reipublicę ijs, qui eam prudenter constituissent. molesqúe rursus, & auaros, turpium'que voluptatũ seruos mala studia perficere, audire'que se aiebat de senibus, & qui multarum rerum scientia vsqúe docti essent, multas quidẽ colonias magnas, & in locis positas fœlicibꝰ, alias statim esse deletas, cum in seditiones inciderent: alias autem parum temporis resistentes coactas demum finitimis suis parere: pro'que meliori regione, quam habuerant, deteriorem sortem accipere: seruos ipsos factos ex liberis. Verum aliàs & infrequẽti populo, & in loca incidentes non admodum bona, liberas quidem primum, deinde ab alijs etiam dominatas. neq; prosperitatis paucorum, ne'q; infęlicitatis multorũ quicq̃ aliud quàm formam reipublicę, causam extitisse. Si'q; igitur vnus quidàm apud oẽs esset homines vitę ordo, qui beatas efficeret ciuitates, haùd difficilem sanè ipsis eius electionem fore. Cęterum se audire, multas esse apud græcos, apud'que barbaros rerum publicarum formas: tres verò ex omnibus esse ab eis, qui vtantur, summe laudatas, nec vllam tamen earum esse sincerã. Verum pestes adesse quasdàm unicui'q; ingenitas: ita vt difficilis optime esset electio. Iubebat'q; eos per ocium consultantes dicere, vtrum se ab vno gubernari, an à paucis vellẽt: an & constitutis legibus populo omittere reipublicę patrocinium. nam ego, inquit, quę gratissima vobis fuerint, constituere sum paratissimus, nec impare me indignum ducens, ne'que esse sub imperio recusans. Honorum enim quos dedistis, ducẽ me primũ coloniæ designantes, deinde etiã nomẽ vrbi ex meo imponẽtes, satis est mihi. Hos eĩ mihi neque bellũ externũ, neque intestina seditio, neque oĩa decora macerans tempus vnq̃ est ablaturũ, neque vlla fortuna alia iratior. Sed & viuenti mihi & vita functo his honoribus perfrui per omne euum reliquum licebit. Et hęc quidem romulꝰ aui (vt dictũ est) materni monitu cõmemorans, apud multitudinem dixit. Illi autem consultantes inter se ita responderunt. At nos quidem status noui nihil indigemus: sed quem probatum à patribus fuisse optimum accepimus, eum ipsi minime commutabimus: quin sententiam sequemur veterum: quam maiori sanè prudentia constitutã existimamus. neq; enim

Rerũ publicarum formę.

Populi oratio.

fortunę pœnitet:neque iure accusare possumus eam,quę nobis sub regibus præbuit bonorum maxima,libertatē,& ī alios imperiū.De forma igitur reipublicæ hæc sentimus. Eum autem honorem nemini magis,q̄ tibi, cōuenire existimamus:cū regij generis,virtusq́ue causa,tū quòd vsi te duce fuimus colonię deducendę,grauitatē quo'q; in te multā cognoscimus,multā'q; sapiētiā,nō sermone ipsi discentes potius,q̄ expti opere.Hæc cū audisset Romulus,letari quidē se dixit,quòd ab omnib⁹ esset imperio dignus ipse iudicatus.Neq; tamen susceptu rum se ait eū honorem: nisi de⁹ faustis augurijs rem quo'que ipsam approbasset. Quod cū pplo placuisset:prædicta die,qua deos erat de im pio cōsulturus:vbi tēpus aduenit,prima exurgens luce ex tabernaculo prodijt: cū'que stetisset in loco puro sub dio,pegisset'que ea sacra,quę moris est,precatus est Iouē,deosq́ue alios quos deducēdę coloniæ duces fecerat: vt si volētibns ipsis fas esset se regē vrbi domiari: signa bona cœlestia apperent.Post precationē emicuit fulgur tendēs à sinistris in dextrā.Ponunt aūt romāi fulgura,quę à sinistris in dextrā cadūt,prospera:siue ab Etrucis docti,siue pręcipiētibus eis pr̄ibus tali quadā, vt puto,ratione quod sedes quidē,statio'que optima eorū,qui p auguria deos consulunt,ea est, quę in orietem prospicit:vnde solis relationes fiūt,& Lunę, aliorūq́ue,errātium, atq́ue stellarū fixarū, orbis quoq́ue circūuolutio: per quam quidē supra terram qn̄q; oīa,quę in eo sunt, fiūt,qn̄q; infra,sumpto inde pricipio,circularē motū reddit.In ortū ei spectantib⁹ versę sinistrę partes in septētriōes fiūt,dextræq; ī meridiē vergūt.Pretiosiora aūt natura sunt priora posteriorib⁹.Attollit̄ ei à septētrionali pte axis ipsi⁹ polus,circa quē fit orbis cōuersio,& ex quiq; circulis sphęrā āmbientib⁹,ijs qui vocat̄ arcticus,nobis sp apparet:deprimitur'q; ab australi pte is qui vocatur antarcticus:nobis ille non apparēs:verisimile est aūt cœlestiū,& sublimiū signorum ea esse optima,quæ ex optima fiūt pte. Postq̄ igitur ea,quę in orientem sunt versa,principaliorem partē obtinēt,q̄ ea,quæ in occidētē:ipsorūq́ue orietalium excelsiora sunt septētrionalia australibus:hæc vti'que erūt optima. Vt verò quidàm asserunt, ante q̄ ab Etrucis discere cōtigisset Romanorū progenitores,fausta tamē habebantur ex sinistris fulgura.Nā Ascanio Aeneæ filio per id tēpus,quo ab Etrufcs,duce Mesētio rege,obsidebatur: sub vltimū egressum,quē desperatis iam rebus,facturus erat:cū gemitu,& cōploratione à Ioue,& dijs cæteris postulante,vt egressus sui prospera darēt signa:cœlo quidem sereno aiunt micuisse ex sinistris fulgura. Eius autem certaminis euētu subsecuto optimo,pmansisse volunt apud posteros eius, vt hoc signū Faustum putaretur. Sic igitur Romulus vbi certa à deo signa accepit,cōuocato ad cōtionem populo,diuinationibus'que expositis,rex ab eis creatur:cōstitutū'que est deinceps neminē regnū,aut magistratus capere:nisi deus eis etiam autor fieret:māsit'que diu à Romanis custoditus hic mos auspiciorum: nec sub regibus tantū cum esset vrbs: sed post regū eiectionē in cōsulū,& prętorū creatione.Obsoleuit aūt ætate nr̄a, nisi quatenus imago eius quędàm adhuc relicta est: quę fit hui⁹ religionis causa. Collocantur enim, qui sunt magistratus accepturi: exurgentes'que sub lucē,precationes quasdàm faciunt aperto cœlo:pręsentium'que aliquis aruspicū qui mercedē de publico accipiūt,fulgur eis indicare à sinistris dicit, etiam si nullū fuerit.

Auguria. | Ascanius. | Romulus rex creat̄.

Illi

Illi autem capto auspicio, ex voce abeunt ad magistratus capessendos. Alij quidem hoc ipsum satis putantes esse, nullum fieri aduersorum, aut prohibentium auspiciorum. Alij vero præter voluntatem, etiam prohibentis dei magistratus ineūtes. Accidit'que interdum, vt cum vi potius rapuerint magistratus, q̄ sumpserint: multi in terris propter eos deleti sint exercitus romanorū: multæ'q; in mari classes ipsis cū hominibus obrutæ: ac multę clades magnæ, grauesque vrbi euenerint: aliæ in externis bellis, alię per seditionis intestinas. Insignes autē & maxime etiam ætate mea, quū Licinius crassus, nulli ætatis suę ducum secūdus, aduersante numine, exercitum ī Parthos duxit: spretis auspicijs innumeris, ab egressu auertētibus. Cęterū de contēptu numinū, quo his tēporibus vtūtur aliqui, haud paruum opus esset disserere. Hoc igitur modo Romulus rex & ab hominibus, & à dijs creatus, vir & ī bellicis rebus grauis, ac strenuus: & ad constituēdū ciuitatis statum optimū prudētissimus fuisse ꝓhibetur. Percēsebo autē res gestas eius ciuiles, & bellicas, quarum etiam rationem haberet, q narraret hostias. Dicā autē primū de forma reipbulicę, quā ego puto esse omniū maxime ciuilem formam sibi sufficientē pace'q; & bello. Fuit autem huiusmodi. Diuisa enim trifariā multitudine oī, singulis partib⁹ singulos pręfecit duces clarissimos: deinde triū rursus earū ꝑtium vnāquā'q; diuidens in denas partes æquales, harū quo'q; duces designauit viros fortissimos. Vocauit autē ꝑtes maiores trib⁹ & miores curias: sicut & nunc adhuc appellant. Essent autē ea noīa lingua gręca interpretata φυλαὶ quidem, τριττύες tribus: φράτρια vero & λόχους curia. Homines vero, qui tribuum ducatus haberent, φύλαρχοι quidem, & τριττύαρχοι, quos romani tribunos vocant. qui vero φρατρίαις præsiderent, φρατρίαρχοι, & λοχαγοί: quos illi curiones dicunt. Erāt autem etiam in decurias diuisæ curiæ, ducesque singuli, suam quisque decuriam tuebantur, appellati & illi lingua incolarum decuriones. Vbi verò segregati sunt omnes, & in tribus, curias'que dispersi: agrum item in triginta partes diuidens æquales, suam cuique sortem curiæ tribuit: tantum ipse agri excipiens, quantum quidem ad sacrificia, templa'que satis esset: partem quoque agri publicam relinquens quandam. Sic vna igitur hæc Romuli diuisio regionis, & hominum communem continens, & maximam æquabilitatem, talis fuit. Altera item hominū ipsorum fuit, commoda, & honores, pro dignitate cuiusque, partiens: quàm enarrabo. Illustres genere, & spectatæ virtutis viros, tum pecunijs, vt illis temporibus, diuites, & quibus erant filij, ab ignobilibus discreuit, humilibus'que, & egenis, vocauit'que tenuioris fortunæ homines plæbeios: quemadmodum Gręci dicerēt δημοτικούς: & qui meliori erant conditione, patres. siue quia alios ætate præcederēt. siue quia filij eis essent. siue ob nobilitatem generis. siue propter hæc omnia ex Atheniensium republica (vt aliquis opinari posset) ea, quæ tunc erat. seu etiā ex præsenti exemplo sumpto. Illi enim in duas partes multitudinem diuidētes, eos, qui ex familijs erant illustribus, εὐπατρίδας vocauerunt: hisque mādata erat ciuitatis tutela. reliquos autem ciues ἀγροίκους dixere, q nullius erant publici iuris domini. Cæterum post aliquantum tēporis hi quoque assumpti sunt ad magistratus: ac quidem probabiliora de republica Romanorum scripsere. Patres esse vocatos illos his causis dicunt: progeniē'q; eorum deinceps patricios. Qui ve-

Romu. cōstitutio reip. tota vrbs tripartit.

Trib⁹ vnde Tribūi

Curię vnde curiōes

Decuriæ vnde decuriones.

Agri diuisio.

Plebæ.

Pr̄es vnde patricij.

Patricij.

Iuxta illud Liuianũ, ex lib. x. An vnquã audistis fando? patricios primo esse factos, nõ de cęlo demissos sed qui patrẽ ciere auumq; posset.

∴ Extra ordinẽ patrum.

Athenienses.

Thessali.

Patronatus.

ro ad priuatã inuidiam eã rem referũt, calumniãturq; vrbem de ignobilitate, nõ propterea patricios illos vocari dicunt: sed quia soli isti patres poterãt ostendere: quasi alij fugitiui essent, neq; patres nominare possent suos liberos. Argumentũ aũt huius esse dicunt, quod quũ patricios conuocari placuisset regib⁹, pcones eos noĩatim: & à ∴ patribus euocabant. Plębeios aũt ministri quidã congregati boũ cornibus emugientes in cõtiones cõgregabãt. Sed nec pręconũ euocatio nobilitatis patriciorum est signum: nec vox buccinę est ignobilitatis plębeiorũ inditium: sed honoris quidem hęc est, illa verò celeritatis. Non enim fieri poterat, vt paruo tẽpore nominatĩ multitudo euocaretur. Romulus aũt vbi maiores a minoribus discreuit, leges de hinc posuit: & qd vtrosq; agere opus eẽt statuit. Sacra quidem patricios perficere, magistratus gerere, ius dicere, ac secũ quoque publica administrare, vrbanis ipsos maxime negotijs intẽtos. Plebeios aũt his solutos munerib⁹, cũ in expti essent, & ob inopiã negotiosi, agricolare simul, & alere pecora, quęstuariasque exercere artes. Ne vero dissiderẽt, vt in alijs vrbib⁹, aut iniurijs locupletum in humiles, aut leuiũ, egenorũ'q; hominũ in excellẽtiores inuidia, cõmendãs ipse pricipis plæbeios, vnũquẽ'q; eorum permisit, quẽ sibi vellet patronũ eligere. Mos hic quidem græcus, & priscus: quo & Thessali diu vsi sunt, & Athenienses à principio, quũ meliora sumpserunt. Verũ illi supbe quidem clientibus vtebantur, opera imponentes minime cõuenientia liberis, & quum aliquid iussorum nõ agerent, sęuiebant in eorum terga, tanq̃ seruis abutentes. Vocabãt autem Athenienses clientes θέτας à seruitute: Thessali vero πενέστας exprobrantes eis statim in appellatione ipsa fortunam. At enim Romulus rẽm ipsam & decenti honestauit cognomine, patronatum vocans susceptum pauperum, humilium'que patrocinium: & officia instituens vtrisque percõmoda, beniuolas, ciuiles'que coniunctiones eorum fecit. Erant autem instituta ab eo in patronatibus, quę & in multum tempus apud Romanos durarũt, huiusmodi. enarrare oportere patricios clientibus suis legitima, quorum illi peritiam nõ habebãt prędentibus'que ipsis, & non præsentibus pariter omnia perficere, quæcun'que faciunt pro filijs patres: pecuniarũ quoque, & qui circa eas versantur, contractuum rationem explicare: causas'que ipsos pro clientibus iniuste oppresis suscipere: ac si quis etiam pactionis alicuius nomine læderetur, accusantibus respõdere. Vtq; pauca pro multis dicantur, omnem eis quietem priuatorum, publicorum'que, negotiorum, cuius maxime indigent, exhibere. Clientes autem ecõuerso opus erat patronis suis ad filiarum dotem contribuere, si pecunijs indigerẽt, earum patres pro'que redemptione hostibus pecunias persoluere, si quis eorũ esset, filiorumve captus: cãs quo'q; pręhensorũ ipsorum, aut mulctas debentium publicas, quęquidem pecuniariam estimationem haberent, proprio ære dissoluere, non mutuo, sed gratis dantes: in magistratibus etiam, & deductionibus, & alijs in republica sumptibus impendiorũ pticipes, tanq̃ genere proximos, adesse. Cõmuniter aũt vtrisque neq; pium, neq; fas erat, accusare se inuicem, nec aduersus testimoniũ dicere, nec suffragium aduersum ferre, nec cũ inimicis annumerari: & si quis horum aliqua fecisse argueretur, lege eũ teneri proditionis, quã Romulus sanxerat. depræhensum autẽ si quis vellet occidere, pium erat tanq̃ Iouis inferni hostiã.

Inde

Inde enim Romani quos volebant hac pœna mori, eorum corpora deorum cuipiam, pręcipueq; manibus dicabant. Quod & Romulus tũc fecit. Permanserunt igitur in ætates multas nihil differentes à propinquorũ necessitudinibus cliẽtiũ, patronorũ'que cõiunctiones, & etiã in filios vtrorũ'que mutuo puerorum amore trãseuntes: magna'que ijs erat laus, qui ex domibus claris erãt, clientes habere quàm plurimos, cũ maiorũ suorũ custodientib⁹ illis successiones patronatuũ, tum virtute sua ipsis aliàs cõparentibus clientelas: certamẽ'que de beniuolentia, ne alter alterius gratia priuarẽtur, nimiũ vtrisque inerat: clientibus quidẽ dignũ censentibus, om̃ia patronis pro viribus sumministrare, patronis verò cõtra volẽtibus molestiã cliẽtibus suis afferre, neque donũ prorsus nullũ pecuniarũ admittere, adeò abstinẽs eis vita erat oĩs voluptatis: fœlicitas'q; illi nõ fortuna, sed virtute constabat. Nec sub tutela patriciorũ plębs tm̃ vrbana erat, sed & coloniarũ vrbis, & vrbium quę in societatẽ, amicitiã'que venerant, & quę bello victę erãt vnaquę'que cõseruatores, & patronos, quos voluit Romanorũ, habuit: ex hisque vrbibus, & gentibus cõciliũ earum sæpe cõtrouersias suas mittens, ac patronos, rata habuit: quę illi iudicarunt. Sic igit̃ firma erat Romanorum concordia principium sumens ex adornatis à Romulo gẽtibus, vt nunq̃ ad sanguinẽ, cędesque mutuas intra annos sexentos & triginta deuenerint: cum multæ interim, magnęque disceptationes de iure publico plæbi cum optimatibus fuerint: sicut in paruis om̃ibus, magnisque vrbibus fieri cõsueuit. Verùm suadẽtes ipsi, docẽtes'que inuicem, at'que alia vltrò data accipientes, alia etiã ab inuitis extorquentes, ciuiles facere semper expostulationum dissolutiones. ex quo autẽ Grachus tribunitiam potestatem nactus, temperamẽtum illud reipublicę dissoluit: nunq̃ deinde cessarunt ijdem occidentes, proscribentes'que se uicissi neque ab vllo intolerabilium, dũ modo vincerent, prorsus abstinẽtes. Sed de his erit dicendi tẽpus aliud magis cõgruum. Romulus autem vbi hæc cõstituit, consiliarios statim instituere, quib⁹ cum særia perageret, cogitauit, centũ viros ex patritijs eligens: fecit'que delectum eorum hoc modo. Ipse enim vnum ex omnib⁹ optimum designauit, cui permitti oportere putauit vrbana negotia, quum ipse exercitum extra fines educeret. Tribuum autẽ vnicui'que edixit, vt trinos viros deligerẽt, qui & prudẽtissima essent ętate, & generis nobilitate excellerẽt. Post hos autẽ nouẽ uiros etiã curijs singulis imperauit trinos ipsas quo'que maxime idoneos ex patritijs deligere. Postea'que nouẽ primis à tribub⁹ electis, addens nonagita, quos curiæ suffragijs p̃tulerãt: eo quo'que, quẽ ipse elegerat, duce addito: centũ cõsiliariorũ numerũ expleuit. Cõsiliũ aũt hoc gręce interpretatũ, gerusiã significare põt: ac sic hucus'q; ip̃m à Romanis senat⁹ dr̃. Vtrũ aũt ꝑpter senectutẽ eorũ, qui in id cõsiliũ electi erãt: an ꝑpter virtutẽ hoc cognomẽ habuerit, affirmare haud satis queo. Nã & seniores, & optimos solebãt prisci senes appellare. Hui⁹ aũt ordinis participes: p̃res cõscripti sunt dicti. Quod & hucus'que durat Grec⁹ aũt hic mos quo'q;. Nam & regibus olim quicun'que paterna imperia susceperant, aut quoscunque populus principes constituerat, consilium erat ex optimis (vt & Homerus & vetustissimi Poetę testantur). Nec, vt nostris temporibus, absoluti iuris erant, nec ab vna pendentes sentẽtia regũ veterũ potestates. Vt autẽ cõstitutus

Concordia.

Tribuni.

Senatus.

est ei cõsilij cõsensus ex centũ viris: videns Romulus (vt est verisimile) quòd iuuentute quoq; opus esset quadã statuta, qua vteret ad custodiã corporis, & ad vrgentia rerũ ministeria: trecẽtos viros ex generosissimis familijs eligẽs robustissimis corporibus, quos curiæ renũtiarunt: eodẽ modo quo antea senatores: singulę denos iuuenes: eos semper circũ se habuit: nomen'q; oẽs cõmune hi habuerunt celeres (vt plures quidẽ scribũt) ab exequẽdi ministerij celeritate. Promptos eñ veloces'q; ad opera Romani celeres vocant. Vt aũt Valerius Antias dicit, à duce eorum celere vocato. Præerat enim dux istis etiã clarissim⁹, cui tres suberãt centuriones, & sub eis magistratus rursũ alij inferiores: qui per vrbẽ sequentes eũ, cũ telis administri iussorum erant. In exercitu autẽ propugnatores, potectoresq̃ue erant: ac multa isti in certaminibus corrigebant, primi pugnam capescentes, & vltimi prælio excedentes: vbi campus equestri esset pugnæ idoneus, equites: & vbi asper, inuiusq̃ue equis locus esset, pedites. Hũc mihi morem videtur Romulus à Lacedęmonijs trãstulisse, cum didicisset, quod apud eos generosissimi iuuenum trecenti erant custodes regum, quibus in bello vtebantur, scutatis ijsdem, & equitibus, & peditibus. Hisq̃ue constitutis, discreuit item honores, ac potestates, quas habere quosq̃ue voluit. Regi ita'que hæc elegit officia. Primum quidem tẽplorum eum, sacrificiorum'que principatum obtinere: agique per eum omnia in honorem, cultum'que deorum pia. Deinde legum morisq̃ue patrij custodẽ ipsũ fieri: iurisq̃ue simul omnis, siue naturalis, siue per spõtionẽ curam eũdem agere: at'que iniuriarũ, quę quidem maximę essent iudiciũ penes se esse: quę verò minores essent, senatoribus permitti (hoc tamen prouiso, ne qua fraus iudicijs adhiberetur). Senatũ quo'que cogere, & cõuocare populũ, & summe principẽ se esse & quę pluribus visa essent perficere: & hos quidem assignauit honores regi. Prę ter'que ista potestatem sibi esse imperatoriã in bello. Senatorio aũt ordini honorẽ, potestatẽ'que talẽ attribuit: omni de re de qua referret regno cognoscere, at'q; suffragium ferre: & quod visum maiori parti esset, id vincere. ex Laconicæ reipublicæ forma quo'que hoc trãsferans. Neq; eñ domini erant Lacedęmoniorũ reges quicquid vellent, agendi: sed iuris oĩs publici potestas penes senatũ erat. Plæbi deinde tria hæc permisit: magistratus creare, leges siscere, & de bello decernere, quũ rex vellet: neq; tamẽ potestatem horũ absolutã, nisi etiam senatus approbasset. Ferebat autẽ populus suffragium, nõ viritim, sed per curias cõuocatus: & quod pluribus visum esset curijs, ad senatũ ferebatur: nunc aũt mos hic conuersus est suffragiorum. Neq; eñ de plębiscitis senatus iudicat: sed eorũ, quę senatus cognouit, populus est domin⁹. Vter aũt mos sit melior, in medio proponim⁹ ijs, qui cõsiderare velint. Ex hac autẽ diuisione nõ ciuilia modo negotia tẽperãtes, & statutas sũpserũt administratiões: sed bellica quo'que celeres, & obsequẽtes. quãdocũ'q; enim visum ei esset exercitũ educere, nec tribunos tũc per tribus: nec per curias cẽturiones, neque prę fectos equitũ creari oportebat. nec enumerare, & cõputare, & cõuenientẽ ordinẽ queq; suscipe: sed rex q̃dẽ tribunis mãdare, illiq; curionib⁹: à q̃b⁹ deinde decuriões edocti: statutos sibi quisq̃ue milites educebãt: atq; ab vno edicto siue oẽs copię siue ps eaꝝ quędã arma habẽs vocaretur: ĩ demõstratũ oẽs locũ decẽter ĩstructi aderãt. Probe igr̃ cõstitutã, & adornatam

Celeres.

Regis officia.

Senat⁹ officia.

Plebis,

Ordo.

natã,pace abunde,bello'q; opportune ex his institutis Romul⁹ ciuitatem reddidit,magnã verò,populo'q; frequentẽ ex istis primum quidẽ habitatoribus eius necessitatẽ imponens,vt stirpẽ oẽm virilem tolerẽt, filiarum'q; priogenitas,nihil'q; interficerent ex genitis,ante q̃ trimum esset,preterq̃ si mancũ aliquod,aut monstruosum à partu ipso statim nasceret,quod parẽtes exponere nõ ꝓhibuit: quinq; viris prius cũ ostendissent ex ꝓpinquioribus:iisq; idẽ videret.qui vero legi nõ paruissent,mulctas eis statuit,cũ aliàs,tũ bonorũ partẽ dimidiã publicari. Multas deinde Italiæ ciuitates male gubernari sciens, ꝑ tyrannides, & paucorũ regimen,ab his discedentes homines,qui plures erant, modo essent liberi, nõ vlterius neque calamitatis eorũ,neque fortunę rationẽ habens, recipereqúe, & traducere ad se conabatur:Romanorum quoqúe vires augere volens: & finitimorũ minuere,id hoc modo perfecit, causam honestã inueniens,& rem ipsam in honorem dei referens. Locum enim vmbrosum,medium capitoliique, & arcis,quod nunc vocatur lingua romana intermontium duorũ quercetorum: erat'que tunc casus,reique ipsius cognomẽ,cũ syluę essent per vtra'que latera opacę,quibus cõiungebantur colles, sacrũ sinens inuiolabilẽ seruis, templũqúe in eo erigens, cui deorum,aut geniorum,certum non habeo, confugientibus ad illud seruis, spõsor factus est per speciẽ religionis erga deos, nihil eos detrimẽti ab inimicis accepturos. Ac si permanere apud se vellẽt, ciuitatis etiã ꝑticipes faciebat, tradebat'que agri portionẽ, quẽ bello quęsierat. Hi'q; cõfluebãt vndi'q; domestica fugientes mala, nec se vlteri⁹ alio cõferebãt, quotidianis allocutionib⁹, & gratiis ab eo cõplexi. Fuit itẽ tertiũ Romuli institutũ,quo vti maxiẽ Græcos oportuisset,institutorũ oĩum(vt mea fert opinio)optimũ, quod & firmę libertatis initiũ Romanis fuit,nec minimã prębuit eorũ patrẽ, quę ad principatum ducũt, hoc scilicet. Vt nec captas bello vrbes fundit⁹ euerterẽt,nec in seruitutẽ redigerẽt,nec eorũ agrũ pascuũ pecori relinquerẽt. Verũ missis in eas colonis pro portione aliqua regionis,colonias Romanorũ facerẽt vrbes victas,atq; nõnullas etiã reipublicę suę participes.Hæc igit̃,& his similia cũ ædidisset instituta, breui tẽpore magnã fecit coloniã ex parua:vt effectus declarauit. Nã qui Romã cõdidere cũ eo coloni nõ plures ipsi tribus peditũ milibus fuere,pauciores'q; trecẽtis equitibus. At relicti ab eodẽ,quũ vita excessit, peditũ quidẽ fuere sex & quadraginta milia. equites vero nõ multo pauciores mille. Facto aũt ab illo rege principio horũ institutorum,sequẽtes cæteri,& qui post illos annua gesserũt imperia,hoc eius assidue ꝓpositũ seruauerũt. Adsunt etiã quæ addiderint:ita vt nulla gente,quæ populo refertissima videret̃,Romanus populus numero esset inferior. Mores aũt cõparãs Græcorũ ad hos,nõ habeo queadmodũ laudare possim aut Lacedæmoniorũ,aut Thebanorũ morẽ,aut etiã sapientiã iactantiũ Atheniẽsium, ꝗ nobilitatẽ suã isti custodiẽtes,nec cuiq̃,nisi rarissime,reipublicæ partẽ tradẽtes. Mitto quod expellentes hospites nõnulli,præterq̃ quòd nihil commodi,ex hac arrogãtia tulerũt, maxima iidẽ per eã detrimẽta acceperũt, Spartiate quidẽ aduersa in Leuctris pugna, in qua mille & septingentos homines amiserunt,ex hac calamitate non amplius ciuitatem erigere potuerunt:sed abstinuere imperio, cũ pudore. Thebani autem,& Athenienses ex vnius pugnæ euentu apud cheroniam infœlici prin

Romuli istitutiões

Asylum.

Nota.

Numerus colonorũ post Romuli mortem.

Atheiẽses

Romanæ ciuitatis gesta.

cipatu græciæ, simulque & libertate patria priuati sunt à macedonibus: At romana ciuitas & in hispania, & in italia bella gerens, & magna: siciliã'que deficientẽ recuperans, & sardiniam, macedonibus quoque ex græcia aduersus eam bellantibus, tum carthagine ad æmulationem imperij iterum exurgente. Italiaque pœne tota non modo deficiente, sed hannibalis partibus se applicante, in tanta incidens vno tẽpore pericula, nõ modo non afflicta est per eos tunc casus: sed vires etiam ab his assumpsit maiores priorib⁹ militaris roboris multitudine ad aduersa omnia, grauia'que sufficiẽs: nec fortunæ (vt quidàm putant) benignitate vsa: vt potę quæ malignitate eius penè summersa sit vna clade ad cannas. Quãdoquidẽ ex sex equitũ milibus mille ei & septinginti superfuerunt: & ex octaginta milibus peditũ in publicũ exercitũ cõscriptis, paulò plures seruati sunt tribus milibus. Hęc ego illius viri opera admiror, & præter hęc adhuc nõ min⁹ ea, quę sum dicturus: quod gubernãdarũ probe ciuitatũ causas esse eas suspicatus, quas sanè prædicãt ciuiles oẽs, pauci cõparant, primũ quidem deorũ beniuolentiã, quę cũ adest, oĩa hominibus in melius feruntur, deinde prudentiã, ac iustitiam, ob quas minus lędentes se inuicẽ homines magis sunt etiam inter se concordes, neq; turpissimis voluptatibus fœlicitatem, sed honesto metiuntur. Postremo autẽ generositatẽ in bellis, per quam aliæ quo'que virtutes fiunt habentibus eas, vtiles: nõ sanè casu vnumquod'que bonorum horũ cõtigere existimauit: cogitãs quod & leges bonæ, & honestorũ studiorũ ęmulatio religiosam simul iusta'que exercentem, prudentẽ'que, & bello optimã ciuitatem efficerent: eorũ'que idem magnã habuit prouidentiam, sumpto quidem à deorũ cultu, geniorũ'que initio. sic'que sacra igitur, & templa, aras'que, & simulacrorũ erectiones, formas'que eorũ, & signa, & potestates, & donationes, quib⁹ humano generi benefactũ est: dies festos quoscun'que deorũ, aut lariũ opus est agi, & sacrificia, quibus gaudent ab hominibus honorati. ferias'que, & nundinas, & laborũ requiẽ: talia'que omnia, græcarũ quidẽ cõstitutionũ optimis similia cõstituit. Traditas aũt de ipsis fablas: quib⁹ insunt maledicta, incusationes'ue quędã aduersus deos malas, & iutiles, turpes'q; ratus: ac ne bonis quidem viris, nedũ deis dignas, eiecit omnes. Assuefecit'que homines, vt optima loquerentur de deis pariter, ac sentirent: nullũ eis studium ascribentis natura illa beata indignum. Neque eñ eiectus cęlus à filijs suis apud romanos dicitur, neque filios perdens saturnus metu insidiarũ ab eis, neque saturni dominationẽ euertẽs iupiter, includẽs'que patrẽ tartari carcere: sed nec bella quidẽ: & vulnera, vincula'que, & seruitutes deorũ apud romanos inueniũtur. festus'q; apud eos dies nullus mœstus, lugubris'ue agitur, plãgores habens, fletus que, & lamenta muliebria pro dijs perditis, vt fit à græcis de raptu proserpinæ, Bacchi'que passionibus cęteris'que talib⁹. nec videbit apud eos aliquis, quãquam corruptis iam moribus. circulationes deorum, nõ corybãtismos, nõ aggregationes, non bacchanalia. & occultas initiationes, non nocturnas in templis vigilias virorũ cũ mulieribus, nec quicquam aliud istis mõstrosis simile: sed cõsiderate omnia, religiose'que erga deos & agi, & dici aspiciet ita, vt non apud græcos, nec barbaros. Et (quod ego maxime sum admiratus) quanq̃ gentibus innumeris in vrbem confluentibus, quibus multa necessitas inerat colendi deos patrios do-

Deorũ beniuolentiã

De moribus & cultu deorũ absq; supstitione.

Cælus. Saturnus Iupiter.

ꝓserpina.

mesticis

mesticis legibus, nullius in æmulationem venit ciuitas externorum studiorum publice: quod iam multis accidit. sed & si sacra responsis deum, & oraculis quædam recepit: suis ea tamen colit institutis, fabulosam omnem reijciens superstitionem: sicut deę ideę sunt sacra, cui cum sacrificia quotannis, & certamina prætores agant Romanis legibus, sacra tamen eius agunt vir & mulier phryges: hique eam per vrbem circunducunt, congregantes matronas (vt mos est illis) figurasque annectantes pectoribus. Decantatique ipsi à sequentibus matronalibus carminibus, tympana etiam tenentes: romanorum aũt indigenarũ: nec matronas vllus congregans: neque cantibus tibiarum sæptus per vrbem incedit variam inductus stolam. neque colens deam phrygijs cęrimonijs. Lege, aut senatus cõsulto adeò caute se gerit ciuitas. sed externos mores de deis omneq; aspernatur insaniam: cui quidem non adsit decor: nec me aliquis ignorare suspicetur, quod græcarum fabularum quędam sunt in hominibus vtiles: alię naturę opera per ambages ostẽdẽtes: aliæ consolationis causa humanarũ calamitatum cõpositę: aliæ autem perturbationes animo eximentes, & metus, opinionesque imprimẽtes sanas: aliæ quoque alius cuiusuis vtilitatis gratia cõfictæ. Verũ hæc quãquàm sciens ipse nemine minus, tamẽ caute ad eas me habeo, romanorum'que theologiam magis recipio, cõsiderãs quod quæ excipi possunt ex græcis fabulis bona, parua sunt, & quę prodesse possint nõ multis, sed ijs tm̃, qui speculẽtur: quorũ causa hæc fiant. rari verò hi sunt, qui huic philosophiæ se applicẽt. At multa quidẽ sine philosophia turba sermones earũ libẽter in peius tradit: duorũque alterũ patitur. Aut em̃ deos ipsa despicit, vt in multa infœlicitate reuolutos: aut à nullo turpissimorum, iniquissimorũ'q; abstinet, ea discergũt appositę. Sed hęc quidem illis, qui hoc speculatiuũ solũ à philosophia abscidũt, considerãda relinquantur. Constitutę verò à Romulo reipublicę hęc etiã esse historia digna existimaui. Primum quidẽ, quod multis corporibus numen colendũ dedit. non em̃ in vrbe alia nuper condita, tot sacerdotes, & deorum cultores creatos facile aliquis poterit ostendere. Præter eos em̃, qui familiariũ suarũ sacerdotia habebãt, sacra vrbis publica perficiẽtes, sexaginta tributim, & curiatim sunt instituti in prĩcipatu eius. Dico aũt quę Terẽtius Varro in antiquitatib⁹ scripsit: vir oĩm hac ętate florentiũ lõgè peritissimus. Deinde aũt quia trib⁹ alię suo modo quodã, & inconsiderate magna ex parte electiões faciebant eorũ, qui sacris præfuturi erãt, alie'q; hunc honorẽ precio per pręconẽ subijciendũ censebãt: alięque esse sorte partiẽdum: non venalia Romulus, neque sorte diuidenda fecit sacerdotia, sed cuiusque ipse curię binos creauit supra annum quinquagesimum natos, genere excellẽtes simul & virtute præstantes, neq; tamen inopes, aut corpore vlla ex parte trũco. Hos autem non in pręfinitum quoddàm tempus: sed per omnẽ vitã habere eos honores statuit. Militaribus solutos officijs per ætatem, atque ciuilibus molestijs ex lege. Sed cum per fœminas etiam quędàm sacra perfici oporteret, alia per pueros neutro parente orbatos, vt hęc etiam more optimo perficerentur, sacerdotũ vxores statuit cõsecrari cũ viris, & si aliquid fas nõ esset à viris perfici lege patria, id eas voluit perficere, earumque filios conueniẽtia sibi ministrare: ijs autem quę sine liberis essent, gratissimos sibi ex omnibus permisit eligere ex sin-

Dea idea.

De sacerdotibus à Romulo cõstitutis.

gulis curijs singulos pueros, & puellas singulas, & hos quidē ad pubertatē vsq́ue ministrare: illas verò quoad essent nubiles: ex græcis legib⁹ hæc etiam trāsferēs (vt ego sentio) quęcūq; enī eę quæ κανοφοραι dicūtur: & αρεφορᾶι, ministrāt in sacris græcis. Eę quoq; apud Romanos sic appellatæ. Hoc aūt pficiūt ornate coronis capita, qualibus ornāť à græcis Dianæ Ephesię simulacra. Quęcūq; aūt apud Etruscos, & adhuc prius apud Pelasgos perfecerunt in curetū, & magnoꝝ deorū cærimonis hi, qui vocāť ab eis caduli, & cadmichi, ea eodem modo subministrāt sacerdotibus hi qui nunc dicūtur à Romanis cameli. Ad hæc etiam vates statuit ex singulis tribubus singulos sacris interesse, quos quidē ἱεροσκόπους nostri, Romani verò paucū custodientes vetusti noīs, aruspices vocāt. Oēs aūt sacerdotes, & deorum ministros creari per curias statuit: suffragari'q; eos, qui deorū voluntatē per diuinationē interpretarentur. His autem circa cultores deorū egregie cōstitutis, tēpla itē diuisit, curijs studiosissime deos singulis assignās, & genios, quos colere semper deberēt, atque sumptus decreuit in sacra, quos tradi eis de publico oportebat: sacrificabāt'que simul cum sacerdotibus curiæ, ad ea, quæ obtigerant eis, sacra. vescebantur simul diebus festis in curiali vesta. Erat enim triclinium singulis curijs cōstitutū: & in eo cōsecrabať, sicut in gręcis πρυτανείας. Vesta quędam curiarū cōmunis: erat'que nomē tridiuijs: sicut & curijs curia: sicq́ue adhuc vocantur. Hunc mihi morem sumpsisse publicū videtur ex Lacedæmoniorum disciplina eo tēpore apud eos in sodalitijs vigente: quàm Licurgus introduxisse dicitur à cretensibus sumptā: at'que per eam plurimū ciuitati profuisse. Pace quidem in facilitatem vitę adducens, & temperantiam quotidiani victus. Bello aūt in pudorem ponens vnūquēq;, & prouidētiam non deserendi socium, aut ducē. simul'que & ipse libabat, sacrificabat'q; eratq; sacrorū cōmuniū pticeps, vir nō huius modo sapientiæ gratia laudari dignus: sed victimarum etiam, quibus deos coli statuit: vilitate quarum plurimę permanserunt vsq́ue ad ætatem nostram. sed nō omnes quidē vetusto pactæ ritu. Vidi ego quidem in sacris laribus cęnas deis appositas super mēsis ligneis in vetustis canistris, & fictilibus ordeaceas pultes, & liba, & farra, & fructuum quorūdàm primicias, alia'que multa huiusmodi sumptu facili, & ab insolentia omni libera. Vidi etiam libamina infusa, non in argenteis, aut aureis vasis, sed in testaceis calicibus, & vrceis. sum'que maxime eos homines admiratus, quòd in patria permanentes cōsuetudine insolentiorem in vsum nihil prorsus vetustorum cōmutarēt. Sunt etiam quę Numa Pōpilius post eum regnans instituit: vir sensu abundans, & ad enarranda diuina in sermonibus sapiens, de quibus posterius dicam. & quę Tulius Hostilius, & quę reges post illū cęterę: verùm q̄ semina, & initia ipsis præbuit, & principalia maxime firmauit circa cultus deorū, extitit Romulus. Videtur autē alterius quoq́ue ornatus, quo vtētes Romani ciuitatē fœlicē in multas ętates custodierūt, ille fuisse causa, dato principio legibus honestis, simul & vtilib⁹, nō scriptis quidē plurimis, sed scriptis etiā aliquib⁹, quarum quidē aliàs haùd op⁹ est scribere, sed quas ego ex oībus maxime sum admirat⁹: q̄bus'q; alterā ei⁹ viri industriā in cōdēdis legib⁹ perspicuā fore existimaui, vt austera erat, ac malos perosa, multāq́ue habens cum heroica vita similitudinē. Has quidem breui cōmemoratione signabo, tm̄ hoc pręfatus, quod

Cameli.

Aruspices.

Tēplorū diuisio.

Mos uetus.

Numa pōpilius.

De legib⁹ a romulo sancitis.

quod mihi quidẽ videntur oẽs,qui & barbaras,& grçcas respublicas cõstituere, recte sane commune bonum vidisse, quia ciuitatem omnẽ ex domibus multis, constantẽ rectam ipsam & secũdis ferri flatibus existimarunt: quum bene haberẽt sese priuatorũ vitç,multã'q; rursus tẽpestatẽ induci,cũ male haberẽt sese vni cuique propria. Quid'que etiam oportere dixerunt virũ ciuilẽ mentẽ habentẽ siue ille legum cõditor,siue rex esset,ea legibus statuere, quæ iustas simul,& tẽperantes facerẽt priuatorum vitas. Verũ quibus id studijs quibusue legibus fieret, nondum mihi visi sunt satis acute,neque ijsdem de rebus omnes eadem sẽsisse: sed multum quidem nonnulli,immo prorsus,vt ita dicam,in principalioribus,& primis ꝑtib⁹ cõstitutiõis legũ videnẽ aberrare:ac statĩ in nuptijs, & cõuersatiõe cũ mulierib⁹: A qua primũ incipe oportet legũ cõditorẽ:queadmodũ etiã natura cõciliare vitã nr̃am cœpit. Alij qdẽ à beluis exẽplo sumpto,solutos,cõmunesq; fecerunt coitus viri cum muliere, tanquàm stimulis amatoriis liberantes vitam:ac pçstifera cçdibus mutuis obtrectatione excipientes,multisque alijs liberantes incommodis: quæ priuatas domos ob fœminas, totasque comprehendũt ciuitates. Alij verò cõcubitus proteruos, ferinos'q; ex vrbibus expulerunt, viros singulos cũ singulis fœminis copulãtes. Sed de obseruatione matrimonij, mulierũq; pudicitia neq; maius aliquid, neque minus sancire lege aggressi sũt: tanq̃ a re impossibili abstinentes. Alij autem neque sine sponsione fecerunt,vt barbarorum quidem venereos coitus neque omiserunt,vt Lacedçmonij, mulierũ custodias, sed multas super ijs posuerunt leges in tẽperantiã dirigẽtes. Sunt autẽ & qui magistratũ quendã cõstituerint castitatis mulierũ curã habiturum, neq; tamen sufficiens hçc prouidẽtia eorũ,ad huiusmodi obseruationẽ,sed certe mollior quam cõueniebat,fuit:neq; satis ea potẽs,ad adducẽdos eos, qui nõ eẽnt natura bona cõpositi in necessitatẽ vitç temperantis. Verũ Romulus neque datis expostulationibus viro aduersus vxorẽ corruptã, aut iniuste domũ relinquẽtem,neq; nuptç aduersus maritũ male tractationis agenti, aut iniustũ obijciẽti repudiũ, neq; de redditione dotis,aut allatione legibus positis,neq; aliorũ his similiũ vllo prorsus determinato,vnũ solũ ad oĩa(vt exitus docuit)accõmodatũ cũ cõstituisset in lçticiã,securitatẽq;,imo veri⁹ in pudicitiã, multum'q; decorẽ, fœminas Romanas adduxit. Erat aũt lex talis,mulierẽ nuptã q̃ per sacras leges viro coniuncta esset,pecuniarum omnium,sacrorum'que esse sociam. Vocabãt autem prisci legitima,sacra'que matrimonia Romana appellatione farracea à cõmunione farris,quod nos ζέαν dicimus. Erat autem vetus,diuque consuetum illis omnibus id alimentum:ac far multum bonum'que fert ager Romanorum. Et vt nos Græci hordeum vetustissimam frugem putantes,hordei primicias in sacris damus,vlas eas vocantes,ita Romani preciosissimum, vetustissimum'que fructum esse far putantes,sacrificia omnia ignea ab eo incipiunt. manet eñ adhuc,nec incidit in sumptuosiores primitias ea consuetudo. Socias autẽ fieri vxores viris sacratissimi,& primi alimenti,& in multa coire fortuna cognomen quidem habuit societatis farris. Cæterum in coniunctionem necessariam eos intulit indissolubilis familiaritas. Nec quod istud matrimonium dirimeret, erat aliquid:cogebat'que lex hæc,nuptas,vt potè nullam aliam conuersationem haben

De matrimonio.

De vxoribus.

Sacra legitime farracea.

Hordeũ. Far.

tes, ad vnius morem, scilicet mariti, viuere. tum viros quoque necessariæ cuiusdam, & quæ auferri non posset, possessionis fœminę esse dominos. Temperans igitur, & in omnibus marito obsequens erat vxor, & eodē modo quo vir domus domina: ei quoque morienti hæres, tanquàm patri filia. si quidem vir sine liberis & intestatus decederet, ea omnium relictorum domina. sin autem prolem is haberet: æqualiter cum filijs. Delinquens vero in aliquo, iudicē, & magnitudinis pœnę dominū sortiebatur eū, qui lęsus erat. cognati nāq; simul cū viro de ijs iudicabāt, in quibus erat, corporis corruptio: & de eo, quod peccatorū omniū minimum videretur Grecis, si qua inuenta esset mulier vinū bibens. Nā vtraque hęc mulctari morte cōcessit Romulus, vt delictorum muliebriū vltima, corruptionem quidem insanię principium ratus, corruptionis autē ębrietatē. multūque durauit in tempus apud Romanos: hęc vtraq; irę potiri inexorabilis. Quod aūt lex hęc de mulierib⁹ pulchre sese habuerit, testis fuit diuturnitas, Cōstat enī intra quingentos viginti annos nullum romę fuisse diuortium, cētesima vero, & tricesimaseptima olympiade, cōsulib⁹ marco pōponio, & caio papirio, primus vxorē suā dimisisse dr̄ spuri⁹ seruilius vir nō obscurus, iurare coactus a cēsorib⁹ liberorum gratia se matrimonium colere. Erat aut ei cōiunx sterilis. quo tamē facto, quanq̄ ob necessitatē, populo inuisus fuit. Quę igit̄ in mulieribus recte habentia Romulus lege constituit, quibus eas longè magis morigeras viris reddidit: hæc sunt. Quę vero de pudore, & temperantia liberorum, vti parentes colerent, agentes ijdem, & dicentes quęcūque illi iuberent: sunt his adhuc venerabiliora, & magnificentiora, atque à nostris multum legibus differētia. Nam qui græcas constituere respublicas, tempus quoddàm breue admodum statuerunt, quo sub imperio essent parentum liberi. Alij quidem vsque in tertium post expletā pubertatem annum. Alij tempus omne quoad manerent casti. Alij autem donec essent magistratibus gerendis ascripti, vt ex legum positione solonis, & pittaci, charūdęque didicerunt, quibus multa testimonio est sapientia: pænas quoq; statuentes ijdem aduersus filios, si non parerent patribus, haud sanè graues: permittentes vtique patribus filios domo eijcere, neque eis pecuniam relinquere, nihilque vlterius. Sed haud quanquam profecto sufficiunt ad cohibendam insaniam iuuentutis, morumque contumaciam, pœnę moliores. nec eæ quidem satis ad dirigendos in temperantiam negligentes honestorum. Etenim multa fiunt à filijs apud græcos in patres turpia. Cæterum Romulus legum conditor omnē, vt ita dicam, potestatē perque vitæ omne tēpus patri in filiū dedit, siue cohercere, siue verberare: siue vinctum rustico operi detinere, siue etiā mallet occidere, ciuilia quoque attingentē iam eū, in'q; maximis magistratibus expertum, propterque studium in rem publicam, laudatū. Ex hac autē lege viri contiones pro rostris habentes senatui aduersas, popularibus gratas, clari per eas ipsi detracti ex suggesto, abductique sunt à patribus, subituri pœnā, quæcun'que illis videretur neq; eos per forū ductos quisquā astātiū, neq; cōsul, neq; tribun⁹, neq; ea ipsa, cui illi adulabātur plæbs, potestatem omnē sua minorē existimans, poterat eripere. Prętereo quot interfecerint patres viros strenuos, sed virtute, prōptitudineque intēpestiua ad facinus aliquod generosum adductos, contra, ac pręceperāt eis patres

Sp. Seruilius prim⁹ diuortiū fecit,

De liberis erga parētes.

Potestas patrię in filios.

tres. quēadmodū de Mālio Torquato, pluribus'q; alijs accepimus: de quibus suo loco dicam. ☙ Neque intra hunc terminum patrię potestatis cōcessæ in filios, stetit romanorū legū cōditor: sed vēdere quoq; ꝑmisit patri filiū, nihil eo mot⁹, si quis hanc permissionem crudelem, grauiorem'que suspicetur: quàm ex domestica misericordia: & (quod maxime omniū mirari posset aliquis) græcis moribus ijs, qui relicti sunt innutritus: quā accerbū, & tyrānicū hāc etiā patri cōcesserit, vsq; ad tertiam auctionē de filio pecuniā quęrere: maiore data patri in filium potestate, quā domino in seruū. Nam seruorū qui semel est vēditus, postea libertatē inueniēs, sui deinceps est iuris. Verū eñ verò vēditus à patre filius, si liber fiat, in potestatē iterū redit patris. ideque si secūdo fieret, manumissus'que esset, seruus tamē erat patris, vt prius. Post tertiā aūt auctionē liber erat à patre. Hāc quidē reges à principio legē seruauere, scriptā, an nō scriptā, certum non habeo: legum omniū opinor optimā. Post dissolutionem autem regni, quū primū visū est Romanis leges oēs patrias'que, & accersitas in foro esse ponēdas ciuib⁹ oībus expositas, ne cū pricipū dñatibus ius etiam publicū caderet: ij, qui à populo potestatem acceperant aduectionis, & descriptionis legū, decemuiri hanc simul cum alijs conscripsere: est'que in quarta earum, quę in foro positę, duodecim tabulæ appellantur. Quod non autem hi viri decē tercentis post annis ad descriptionē legum creati, primi ipsi Romanis hanc legem introduxerint: sed multò ante latā accipientes, non ausi sint tollere, ex multis quidem alijs concipio. Pręcipue autē ex Numæ legibus secūdi regis, in quibus est lex scripta huiusmodi. Si pater filio permiserit vxorem ducere, sacrorū'que, & pecuniarū sociam legibus futuram: non amplius potestatem esse vendendi filium patri. Quod nō vti'que scripsisset, nisi priorib⁹ legib⁹ filios oēs vendere patri licuisset. Sed de his satis. Volo āt summatim etiā aliud institutū percensere, quo priuatorū vitas Romul⁹ excoluit. Vidēs ei quod ad hoc ipsum, vt temperāter oēs viuāt, & iusta potius, quā lucrosa eligant, tum ad tollerantiā laborum meditandam, nullam'que pecuniam preciosiorē virtute estimādam, parū profici doctrina solet in ciuili multitudine (quia multum sit in ea ad persuadendum difficultatis) sed officiorū potius opus est cōsuetudine ad virtutem ducentium, ad quàm multi magis necessario, quā ex proposito accedunt: & si nihil aliud prohibeat: ad ingenium relabuntur: sedentarias quidem, & sordidas, cupiditatū'que turpium adductrices artes, tanquàm corrūpentes, delentes'que corpus & animum exercētium, seruis, & aduenis tractādas exhibuit, durauit'que diutissime probro habita esse apud Romanos hęc opera: neque ea cui'quam Roma oriundo exercita. Duo vero tantum studia reliquit liberis, agriculturam, & belli artes. quippe videns quòd & ventris hac vita homines temperatiores fiant, atq; veneris illegittimis minus capiantur, cupiditatē'q; sequantur, non eam, qua ciues inter se lædunt, sed eam, quæ emolumenta per bellum acquirat. Imperfectam quoque putans vtranque vitam, alteram ab altera separatam, non alteris quidem humum exercendam dedit, alteris belli munera, vt lex habuit Lacedæmoniorum: sed eosdem militarem simul, & rusticam vitā viuere instituit: operi omnes, si pacem agerent, vacare rustico asuefaciens: nisi quum aliquo indigerent. Tunc enim in vrbem conuenientes mercari ipsos per-

☙ Id est non satis fuit illi siue satis nō habuit quòd tantā ꝑmisisset patri in filiū potestatē.

Quādo fili⁹ à patre erat liber.

Lex Numę de filijs.

Leges priuatorum.

Nota.

Agriculturę & militiæ laudes.

Dies nouus ad mercādū.

mittebat: diem nouum mercatui destinans, sin aūt bellū eos occuparet, militare docens: neque aliis concedere neque laborū quippiam neque emolumentorum. Diuidebat enim eis agrū ęquabiliter, quantūcunque hostibus ademisset, seruos qúe, & pecunias: pręparabat'que ad militiam auide suscipiendā. Iniuriarum aūt inter eos non diuturna iudicia, sed subitanea faciebat: quędam ipse dijudicans: alia aliis permittens, pro'que delicti magnitudine pœnā statuens. Metū quo'q; posse pręcipue animaduertens à malis operibus homines auertere, in eam rem & ipse multa cōparauit: locum ipsum, in quo dānabat, in spectatissima fori parte & terribiles aspectu milites, qui trecenti numero eum sequebantur: faces etiam & secures, quas duodecim ferebāt viri, quibus quidem eos, qui verberibus digna, egissent, virgis cędebat in foro: eorum verò, qui maxima delicta perpetrassent, colla palam securibus decidebat. Ac talis quidē ornatus quidā erat dispositę à Romulo reipublicę. Sufficit enim ex istis etiā de aliis cōiecturā facere. Aliæ verò eius viri vrbanęqúe, & bellicę actiones, quarum vti'que habēda est ratio, in scriptione historiæ tales quædam tradūtur. Multis enim circunstātibus vrbem gentibus magnisqúe, & bellicosissimis, quarū nulla quidē Romanis amica erat, eas sibi per cōnubia conciliandas existimauit. Qui mos sane visus est priscis coniungendarum amicitiarum firmissimus. Cæterum cogitans, quòd nō vtique volētes conuenirent ipsis ciuitates (vt pote colonis nouis, neq; diuitiis valētibus, neq; rerum gestārum gloria excellentibus) vim verò illatam ferrent æquiore animo (si præsertim nulla fieret in necessitate contumelia) consilium tandem capit, cui etiam Numitor maternus auus accessit, vt per raptum virginum promiscuum, affinitates iungerent. Hoc constituto, primū quidem deo archanarum consultationum duci, si dolus sibi ex sententia eueniret, sacrificiū quotannis, & ferias agēdas vouit: postea verò senatui rem aperiens, vbi ipsis etiā consiliū illud placuit, diem festum, & ludos indicens Neptūno agendos, circūmisit in vrbes proximas, euocans quicū'que vellent & certaminū, & mercatus esse participes, & eīn cuiusqúe generis certamina acturus erat, equorum, & hominum. Cōuenientibus itaqúe ad ludos hospitibus multis cū vxoribus, & filiis, vbi sacra Neptunno peregit, & certamina, die vltimo, quo nūdias dissoluturus erat, iuuentuti edicit, vt cum signum extulisset, virgines quique raperent quascum'que cōtingeret, seruarēt'q; ipsas omnes eam noctē castas, die'que postero adse ducerent. Diuisi igitur per cōpita iuuenes vt elatum videre signum, ad raptus virginum repente discurrunt: ingensqúe statim secuta est perturbatio, fuga'que hospitū malū aliquod maius suspicantium. Productis autem sequenti die virginibus, ignominiam earū consolans Romulus, quòd non ad cōtumeliā, sed ad nuptias raptę essent, græcū'que eis morem priscum enarrens: at'que modū vnū ex omnibus, quibus viri mulieribus coniungūtur, maxime illustrem, ęquum esse censebat, vt datos eis viros à fortuna diligerent. Dinumeratis'que postea puellis, sexentis & octoginta tribus numero inuentis, viros cęlibes totidem delegit, quibus puellas ipsas secundum leges patrias vniuscuius'que earum, cōsuetudines'que collocauit. in cōmunionē panis & aquę connubia ipsa concilians. sicut etiam hucus'que faciunt. Hęc autē scribunt quidem primo fuisse anno imperii Romuli. Gneus verò gellius fuisse

Nota de metu.

Ludi.

Raptus mulierū.

Numer⁹ raptarum

vult

vult anno quarto,ꝙ est verisimilius. Nouũ ei conditę vrbis ducẽ ante constitutionem Reip. tantã esse aggressum, nullã habet prorsus rationẽ. Raptus aũt ipsiꝰ causam quidã referunt in penuriam mulierũ, alij in occasionẽ belli, alij ꝓbabiliora scribentes (quibus ego quoq; accedo) in hoc ipsum, vt finitimas vrbes necessaria affinitate cõiungeret. Sacratã aũt illam solẽnitatem nunc etiã Romani perficiunt, Consualia vocantes: in qua etiã ara subterranea constructa iuxta circũ maximũ circũfossa terra, sacrificijs'q;, & igneis solẽnitatibus colitur: cursus'q; equorum agitur iunctorũ, & non iunctorũ: vocatur aũt is Deus, cui hęc perficiuntur, Consus à Roma. quẽ quidẽ interptantes in linguam Gręcã ποσιδῶνα καὶ σεισίχθονα esse dicunt. Ac propterea subterranea coli ara eum dicunt, ꝙ hic deus terram habeat. Ego vero alterũ quoq; sermonem audiui, ꝙ hi quidẽ dies festi Neptũno agãtur, quodq; rursus, & equites etiã huic deo fiant: ara verò postea genio cuidam arcano constructa fuerit occultorum consiliorũ duci, atq; custodi. Neptũno enim incerto nõ domitori terræ neq; à Gręcis, neq; à Barbaris ara vsq̃ erigit. Veritas autẽ vbi lateat, difficile est dicere. Vbi verò de raptu virginum, de'q; cõnubijs in vrbes proximas rumore vulgatum est, aliàs quidẽ id factum in irã vertit. Aliæ verò quo affectu id factũ esset, & quẽ ad finem redijsset, considerantes, moderate rem tulerunt. Recidit igitur res ipsa post tp̃s aliquod in bella, alia quidẽ facilia. vnum verò cum Sabinis magnũ, & difficile, quorum tñ oĩm exitus fœlix fuit. sicut ei prædixerant oracula, anteq̃ operi accingeretur: labores, quidẽ & pericula magna significantia, verum exitus bonos fore. Erant aũt vrbes primę, quę bellum incœperunt, Cenina, & Antemnę, & Crustumiũ, prætendentes quidem verbis raptum virginũ, & esse pœnas de Roma. sumendas: re autem vera constitutionem ipsam, & augmentũ vrbis magnæ breui factę spacio grauiter ferẽtes, neq́ue esse negligendum, putantes malum id cõe vicinis oĩbus nascens. Mittentes itaq; ad Sabinorum gentem legatos, postulabant ab eis, vti primas belli partes susciperent: vires ipsi habentes maxĩas, & magnis opibus prę cęteris florẽtes: & q̃ etiam ĩperare finitimis sese, æquũ censerent esse. Deinde haud minimis ipsi q̃q; affecti iniurijs. Nam raptarum plurimæ ex Sabinis erant. Vbi verò nihil perfecerunt, annitentibus in contrariũ Romuli legationibus verbis'q; & rebus eã gentem placantibus, ægre ferentes hę vrbes tarditatẽ occasionis, conctantibꝰ semper sabinis, & in longa tp̃a cõsilium de bello reijcientibus, bellũ ipsę Romanis inferre per se cogitarunt: satis sibi esse putantes vires domesticas: si tres eę simul essent ad vnam vrbẽ euertendã non magnam. Et hęc quidẽ ita illi decreuerũt, sed non in una oẽs conuenerunt castra, properantibus Ceninensibus, qui bellũ maxime excitare uidebantur. Ex euntibus aũt istis, regionem'q; populãtibus, educẽs copias Romulus incautos aggreditur, extructum'q; ab eis nuperrime uallũ capiens, fugientes eas etiam in urbẽ persequitur: nondum'q; audita intus calamitate exercitus, incustoditos muros, & apertas portas inueniens: primo impetu urbẽ capit: obuium'q; ei regẽ cum firmissima cohorte pugnans ipse manu sua obtruncat, armis'q; spoliat. Hoc modo capta urbe, arma tradi iussit: acceptisq́ue pueris obsidibus, quos uoluit, in Antẽnates uertitur, pallãtesq́ue eos, dispersosq́ue ad p̃dam inopinato superuentu capit. Eodeq́ue mõ de his, quo de prioribus, decernẽs

Consualia

Consus q̃ ara subterranea colitur.

Vrbes Romanis bella mouentes.

Atron cadit & Romulus.

Spolia opima meret

exercitum domū reduxit,spolia etiā adducēs bello capta,deis'que prædę primitias consecrans,ac multa simul faciens. Vltimus aūt ipse post pompam ibat purpurea veste amictus,comam'que lauro coronatus:&,vt dignitatē regiam seruaret,curru quadrijugo inuectus.aliæ vero equestres,pedestresq́ue copiæ sequebātur instructæ egregie,deos laudantes patrijs carminibus,ac ducem suum extemporalibus poematijs exollentes.ex vrbe vero cuncti eis obuiā prodiere cū vxoribus,& liberis ex vtra'que viæ parte,simul ex victoria gaudentes,& omnē præ se ferentes comitatem. Vtq; vrbem inierunt, crateribus occurrunt vino plenis, mensisq́ue omnium generum cibis refertis expositis ipsis apud illustres familias vt paratæ essent volentibus. Victorialis igitur,& Tropheophora pompa,& immolatio,quàm Romani triumphum vocant,prima à Romulo instituta talis fuit. Aetate autem nostra sumptosissima,& insolens,& ad ostentationem potius diuitiarum,quàm ad virtutis estimationem decantata, omnem prorsus formam exuit priscæ utilitatis. Post pompā autē & sacrificiū:Romulus extructo tēplo ī uertice Capitolini collis Ioui,quē feretriū Romani uocant:nec magno ipso (Ibi eṁ seruatur adhuc uestigiū uetus)cum minora quinū pedum latera habeat maiora denū:Ceninensiū in eo regis,sua manu interfecti spolia consecrauit. Hūc autem Iouem feretriū,cui arma Romulus consecrauit:siue quis uelit tropeuchō uocare:siue,ut quidā censent,scylophorō:siue quia oēs excellit,oēm'que in circuitu cōprę̄hendit naturā rerum:& motū,hyperpheretē,non aberrabit a uero. Vt autem reposuit rex idem gratas dijs uictimas,& primicias,priusq̄ aliud quicq̄ ageret,de captis urbibus cōsilium habuit,quo pacto illis uti oporteret,prim⁹ ipse sententiam aperiens:quā quidem putabat optimā. Postea uero q̄ oībus,qui in cōsilio aderant,consiliorū ducis securitas,claritas'que placuit,atque alia, q̄cunque ex istis urbi utilia seq̄rentur:non in pręsens modo,sed in futurum etiā tp̄s oē collaudarunt,uenire ad se iussit fœminas,quęcūque essent Antēnatium,& Ceninensiū generis,raptę ipsę antea cum alijs:q̄ ubi oēs conuenerunt,plorantes, inuoluentes q́ue se,& patrię suæ uicem unaq̄que deflentes:flęt⁹ cōpescere,& silere eis iussit.

Triūphus

Oratio Romuli.

Vestri,inquit,patres fratresque,& ciuitates totę grauia oīa pati meruerunt: quia bellum nō necessarium,nec honestum, potiusq̄ amicitiā nostrā elegerunt. Nos autem reꝝ multarum gratia moderata in eos sn̄ia uti constituimus:cum deoꝝ ultionem uidentes superbis oībus īminentem,& hoīm inuidiam ueriti : tum uero m̄iam in cōibus malis non paruā stipem,collationemq́ue esse existimātes(sicut & nos ope q̄nque alioꝝ indiguimus)ac uobis q̄que culpa uacantibus,uiris'que uestris morigeris non paruum fore hunc honorē,& gratiā consyderantes. Remittimus igitur hoc delictum ipsis impunitum,neque libertatē,neque possessiones, neque aliud bonum ullum ciuibus uestris auferimus : ꝓmittimus'que & manere illic cupientibus:& transferre habitationē huc uolentib⁹,tutam'que,& minime pœnitendā optionem:sed ne amplius tn̄ peccent istę ciuitates,neque cā inueniatur,quę dissoluere eas faciat amicitiā nostram. Medicamentū putamus optimū & ad ueram gloriā,& ad securitatē utrisq́ue utile,si colonias Romanoꝝ eas urbes ipsas faciamus:eosq́ue nos cohabitatorum,quantum satis sit,mittamus. Abite igitur bono aīo:uiros'que uestros duplum plus cōplectimini:& ī honore habete,

te,quàm prius:à quibus quidem parentes vestri seruati sunt,& fratres: & per q̃s patriæ vestrę libere dimittuntur. His auditis mulieres lætę,atque lachrymas p̃ gaudio non continentes,abierunt è foro. Romulus autem colonos deligens trecentos in singulas vrbes misit:quibus ipsę ciuitates tertiam dederunt partem foetuum sortiendam. Ceninensium'que,& Antemnatium quicunque sedem transferre Romam voluere,cum coniugibus,& liberis traduxit:sortem omnes suam habentes,& pecunias ferentes secum,quascunque habuerunt. eos'que rex statim in tribus,curias'que descripsit:tribus millibus haud pauciores:ita vt tunc, simul omnes sex peditum milia ex descriptione Romanis fierent. Cenina itaque & Antemne vrbes non ignobiles græci generis (Aborigines enim eas ademptas Siculis obtinuerunt,Oenotrorum pars ipsi eorum,qui ex Arcadia venerunt, vt dictum est à me superius,):post hoc bellum coloniæ factæ sunt romanorũ. His peractis Romulus in Crustumios exercitum ducit,præparatos melius,quàm superiores. quos tamen pręlio,& oppugnatione murorum in ditionem redactos, viros strenuos in certamine,nihil vltra pati mali voluit:sed hãc quoq; Vrbẽ coloniam, sicut priores,censuit fieri romanorum. Erat autem Crustumium Albanorum colonia multo antè romam deducta. Nuntiante autem fama multis vrbibus generositatem ducis in bellis, & in victos clementiam, se illi homines multi,boníque applicabant, vires haud contennendas adducentes,quorum à duce quodam ex etruria adueniente,cui nomen erat Cælius,vnus collium vrbis, in quo ad ijs ædificatum fuit,adhuc Cęlius vocatur. Vrbes'q; totæ etiam se ipsę ei tradidere à medulia facto initio:Sunt'que eæ omnes coloniæ romanorum factæ. Cernentes autem hęc sabini,rem ferebant egerrime,accusabant'que se inuicem,quòd non anteà inhibuissent incipientem romanorum principatum:sed in magnum procedentẽ eum ipsi quoq; cum alijs laturi essent. Visum est itaq; priorem inscitiam esse corrigendam. Immisso tandẽ digno eo bello exercitu, ac conuentu deinde omnium habito in vrbe maxima,plurimæq́ue inter eam gentẽ autoritatis,cui nomen erat Cures,bellum decreuere,creato duce exercitus Tito cognomine Tatio,Curensium rege. Sabini itaq; his decretis, per vebes sparsi se ad bellum pręparabant,tanquam primo quoque tempore magna manu romam inuasuri. Contra'que Romulus,vtpote cum viris certaturus bello optimis,oportuna interim ei rei apparabat. primum quidem pallantei muros,quo is inclusi tutiores essent,celsioribus propugnaculis erigens,adiacentes'que ei colles Auentinum, & qui nunc Capitolinus dicitur:fossa,vallo'que firmissimo complectens:in quibus quidem armenta,& agrestes homines nocte commorari statuit,idoneo munitos pręsidio:& si quis alius eis locus securitatem præbiturus esset:fossa circundans,& vallo,custodiam'que adhibens. Aduenit autem ducens ei Etruscorũ auxilia non exigua,ex vrbe Solonio vir alacer,& bello clarus, Lucumo noĩe: haud multo ante ei amicus factus. Venere etiam ex albanis viri complures:quos auus misit:milites'que,& ministri,& opifices bellicorum operum,frumentum'que,& arma,& quæcunq́ue vsui bello forent. Vbi vero vtris'que parata sunt,quæ ad certamen pertinebant: ineunte vere educturi copias Sabini, legatiouem prius ad hostes mittere decreuerunt: qua mulieres repeterent: & ab eis quo'que

Quæ ciuitates primo coloniam tradu xere romã

Crustumium.

Cælius

Sabini Cures.

pœnas raptus exposcerent, vt bellũ quidẽ necessario suscepisse viderent, si non iusta impetrassent: miserunt'q; super his præcones. Censente aũt Romulo mulieres, postq̃ non inuitis ipsis cum viris suis vita erat, maritis permittẽdas, & si alicuius rei alius ipsi indigerent, tanq̃ ab amicis caperent: neutri horum assentiẽtes sabini exercitũ eduxerunt, peditũ quidẽ habẽtes quinq;, & viginti milia, equites aũt paulò minus mille. Erant etiã romanorũ vires haud multo inferiores, viginti peditum milia, equites octingẽti: consederuntque pro mœnibus bifariã diuisi: pars vna collẽ Esquilinum occupãs, cui Romulus ipse prẹerat, altera quirinalem nondum eam appellationẽ habẽtem, cuius dux erat Etruscus Lucumo. Apparatu aũt eorum cognito, Tatius rex sabinorum nocte exurgens, exercitum per regionem duxit, nullum inferens in agris detrimentum. Atq; ante occasum solis inter Quirinalem, & Capitolinũ castra in campo posuit. Videns aũt firmo præsidio occupata ab hostibus omnia, neq; locum tutum sibi relictum vllum: in multam incidit anxietatem, non inueniẽs queadmodũ posset ibi esse diutius. Nesciẽti autem quid ageret, inopinata affuit fœlicitas, tradito ei loco vno munitionum optimo per huiusmodi occasionẽ. Prẹtergradiẽtes eñ Capitolij radices sabinos ad explorandũ, si qua pars collis inueniret, quẹ furto capi, aut vi posset. Virgo eos quædam ab excelso speculata cõspexit, viri ipsa clari filia, cui loci ipsius custodia mandata erat, Tarpeia nomine, quã vt Fabius, & Cincius scribunt, cupido cœpit armillarum, quas sinistris brachijs ferebant sabini, & annulorũ. Erant eñ eo tẽpore sabini auriferi: atque Etruscis nihil minus lauti. Vt autem Lucius Piso Censorius vir narrat, honestæ rei desiderium animum eius subijt, vt protegentib⁹ armis nudatos hostes ciuibus suis traderet. Vtrum autem sit verius, licet ex ijs, quẹ posteà secuta sunt, coniectare. Missa igitur famularum quadã per portulam, quã nemo apertam sciebat, regem ipsum sabinorum in colloquium euocat segregatum ab alijs. de re enim transacturam se ait necessaria, & magna. Accipiente autem hunc sermonem Tatio in spem proditionis, & cõueniente in commostratũ locum, procedens virgo exisse ait noctu ex statione patrem choreæ cuiusdam causa, seque claues portarum seruare: tradituram'que se eis arcem nocte aduenientibus, si proditionis prẹcium acciperet sabinorum gestamina, quæ in sinistris brachijs habebant omnes. Approbante vero rem Tatio, & accepta, data'que per iusiurandum fide, ne inanes essent pactiones, loco'que constituto, quem capere sabinos oportebat, omnium munitissimo, hora'que in obseruatissima, reuersa est puella suos omnes latens. Ac hucusque scriptores omnes romanorũ cõueniunt. In ijs vero, quẹ posterius dicuntur, minime conueniunt. Piso ei Censorius, cuius supra etiam feci mentionem: missum esse ab arce ait nocte nuntiũ a Tarpeia patefacturum Romulo eas conuentiones: ꝙ petitura esset à Sabinis, protegentia arma: vt per pactiones ipsas eos deciperet: postulabat'que præsidio manum alteram: quæ cum eo adesset, nudatos armis hostes deprẹhensuram: nuntium'q; eundem ait ad Sabinorum ducem transfugientem Tarpeiæ consilia detexisse. Fabius autem, & Cintius nihil tale factum dicunt: sed seruasse puellam pacta proditionis affirmant. Quẹ vero sequuntur, oẽs item pariter scribunt. Aiunt ei ꝙ cũ affuisset Tatius cũ optima parte exercit⁹ Sabinorũ, pacta seruans Tarpeia constitutam

Tarpeia.

stitutam portam aperuit: excitatisque stati loci custodibus, seruare se ipsos iussit per portam alteram ignoti hostibus exitus, tanquam obtinentibus iam locum sabinis, hisque fugientibus sabinos apertas portas inuenientes occupasse arcem à custodibus desertam: Tarpeiam autem (quandoquidem quę pollicita fuisset, ipsa exhibuerat) petijsse aiunt, vt proditionis quo'que mercede ex iure iurando potiretur. Piso autem iterum sic ait. Sabinis quidem puellæ aurum offerentibus, quod in sinistris brachijs gestabant, non ornatum quidem Tarpeiam, sed scuta petijsse, tum'que indignatum ob fraudem Tatium, rationem tamen pactorum habuisse, ne ea transgrederetur. visum ita'que ei esse, vt arma quidem traderent, sicut petebat puella, facerent autem, vt acceptis ijsdem, nihil vteretur: ac subito intendentem dicunt, quanta vi potuit, scutum in puellam abiecisse: hortatum'que esse cæteros, vt idem facerent: atque ita impetitam Tarpeiam vndique vi, & multitudine ictuum cecidisse, scutisque eam cumulatam interisse. Fabius autem sabinis hanc fraudem ascribit. Nam cum oporteret eos ex pacto, sicut Tarpeia petebat, aurum tradere, ægre ferentes ait illos pretij magnitudinem, gestamina ipsa statim in puellam iecisse. Quando quidem ex pacto ea tradituros se iurauerant. Videntur autem quę secuta sunt postea, Pisonis opinionē reddere veriorem. Sepulcro nam'que, vbi cecidit, dignata est, vrbis ea quidem collem sacratissimum tenens, parentalia'que ei quotannis à Romanis perficiuntur. Dico autem quę Piso scribit, quorum neutro verisimile est eam, si patriā prodens obijsset, neq; per ꝓditos, neq; ꝑ īterfectores fuisse potiturā: sed si quę corporis eius reliquię superfuisset, postea effossas obijci oportuisse ad exterrēdos, auertendosque cæteros, qui viderentur talia deinceps molituri. Verum de his, vt volet: quisque iudicet. Tatius autem, & sabini munitę arcis facti domini, atque plurimo romanorum apparatu sine labore capto, iam ex tuto bellum inferebāt: multique conatus, congressionesque inuicem, per quascun'que occasiones fiebant: vt pote castris breui inter se spacio distantibus: haud magnorum tamen ista in alterutram patrem successuum, aut detrimentorum, verum maxime ex acie pugnæ duæ totis viribus, & cædes fuit vtrorum'que magna. Etei procedente tempore vtrique sentētiam eandem habuere, vt omnibus copijs prælio decernerent. Prodeūt'que igitur in locū inter castra mediū, duces ipsi bello optimi, & milites multis certaminibus assueti, ęgregia ædere facinora: inuadētes sese mutuo, & suscipientes, & alternis conuersionib⁹ in æquo rursus ꝑliū restituentes. Qui ꝟo in munitionibus restiterant, ęqui certaminis, & vtro'q; vicissim inclinantis spectatores, vincentibus quidē suis adhortatione, & plausu multū animi adijciebant. laborantibus autem, & oppressis preces fundētes, & vlutatus, ad ignauiā penitus conuerti eos prohibebāt. At'que ita vtriq; supra vires grauia substinere cogebantur. Ea igitur die ita perferentes ęquo matre pugnā, cum iam aduesperasceret, in suum vtrique vallum lęti rediere: sequentibus autem diebus sepulturę mandantes mortuos, & saucios curantes, viresque parantes alias: postq̄ visum est eis, vt alteram rursus inirent pugnam, in eundem locum congredientes, in noctem vsque dimicarunt. In ea autem pugna vincentibus ab vtro'que cornu Romanis (dextro enim Romulus, sinistro Lucumo Etruscus præerat) media acie neutra

Piso.

Tatius.

in parte adhuc inclinata, ne omnino vincerentur sabini, vir vnus prohibuit, prælium'que restituit, Metius curtius nomine, viribus corporis pollens, & manu strenuus, tum vero maxime nesciendo metu, & periculis despiciendis conspicuus. Hic igitur mediæ aciei præfectus, cohortes oppositas fudit. Volens autem etiam cornua sabinorum laborantia iam, & pulsa, restituere: cohortatus cæteros fugientes hostes, dissipatosq́ue persequitur, donec eos ad portas vsq́ue propelleret: ita vt cogeretur Romulus imperfectam victoriam relinquens conuerti, & ad vincentem hostium partem retundendam trahi. Cornu igitur sabinorum amota ea manu, quæ cum Romulo discesserat, iam ex æquo pugnabat. periculū autem circa Curtium, & qui cum eo vincebant: omne versabatur. Hoc ita'que modo tempus quoddam sustinentes sabini Romanos egregie decertarunt. Verùm deinde multis in eos coeuntibus, cessere, & in vallum se recepere: multam quidem præstante eis, ne perturbatos ipsos hostis persequeretur, sed abire sineret Curtio securitatem. Is enim pugnans constitit, inuadentem'que sustinuit Romulum. Fuit'que ibi occurrentibus sibi inuicem ducibus certamen magnum, & pulchrum. Verum exanguis, & saucius cum esset iam Curtius (sicut erat necessarium) cessit. recepit'que se in lacum profundum, quem nec circumire poterat circunfusis vndique hostibus, neque tuto pertrāsire, propter cæni magnitudinē circum ripas: propter'que aquæ altitudinem in medio. Huic itaque proximus factus se in vndas cum armis iecit. Romulus autem tanq̄ viro eo statim absorbendo in lacu, quem ne persequi quidem poterat, ad sabinos alios conuertitur. Verùm Curtius aliquanto post lassatus admodum, arma tenens, tamèn seruatur, & in vallum deducitur. Est hic quidem locus iam repletus. Vocatur autem ab illo casu lacus Curtius in medio maxime Romani fori. Romulus vero alios persequens Capitolio proximus factus, multam'que spem habens præsidij capiendi, cum alijs multis debilitatus vulneribus, tum vasto ictu secundum tempus lapidis ex superiore loco demissi stratus, à circunstantibus tollitur semimortuus, & intra muros fertur. Romanos autem ducem suum nusquàm cernentes inuadit timor, dextrum'que statim cornu in fugam vertitur. Qui vero in sinistro collocati erant cum Lucumone, interī resistebant, confirmante eos illo duce clarissimo, & qui plurima egregia facinora eo bello ediderat. Verùm vbi ille quoq́ue per latera transfixus, sabinorum viribus iam deficientibus, cecidit: ne hoc cornu quidem amplius perstitit: sed in fugam est versum: confirmatiq́ue tum sabini persecuti sunt eos vsq́ue ad vrbem. Cæterum propinquantes iam portis, tamen sunt repulsi, exeuntes valida iuuentute, quàm rex muros seruare permiserat, ac Romulo ipso, quàm celerrime opem suis afferēte. Iam em̄ recreat⁹ erat ex caligatione illa, se'que melius habebat ex vulnere. est'que eius item certaminis fortuna conuersa magnā habens vtrobiq́ue mutationem. Nam hi quidem fugientes, vt viderunt ducem suum de improuiso apparentem, recipientes seipsi ex priori formidine, in ordines redibant: neque amplius differebant congregati in hostem ferri. Illi vero eousq́ue vrgentes hostes, nec vllius iā putantes negotij vrbem capere, postquàm subitam, & inopinatam rerum mutationem vident, saluti suæ prospiciunt. Erat tamen eis non facilis in vallem reditus ab excelso

Metius Curtius.

Lacus curtius.

loco

loco, & per viam cauam repulsis: fuitq́ue magna eorum ipsa in fuga cædes. Ea igitur die ita ancipiti prælio dimicantes, & in casibus inopinatis vtri'q; constituti, occidente iam sole sunt segregati. Sequentibus autem diebus consultarũt sabini, vtrum copias domum reportarent, agrum hostium quantum possent maxime populantes, an exercitum alterum accerserent: permanerent'que reficiẽtes sese, donec adderent firmissimam huic bello manum. Vtrun'q; enim malum eis esse videbatur, & abire cum pudore infecti negotij: & manere diuitius, rebus sibi ex sententia non succedentibus. Colloquio autem, ad reconciliationem cum hostibus, quæ sola esse honesta belli dissolutio videbatur, non illi sibi magisq̃ Romanis opus esse suspicabantur. Romani verò nihilominus ipsi, immo vero plusq̃ sabini in multã inciderant dubitationem, quẽadmodũ pręsenti fortuna vterentur. Nam reddendę ne essent mulieres, an tenendę, haùd facile dijudicabant. ex altero quidẽ victoriæ cõcesse hostib⁹ cõfessionẽ sequi existimãtes, & necessitatem futurã perpetiendi, quodcũq; aliud hostes imperassent, ex altero aũt multaq́ue, & grauia metuenda animaduertentes, cum agrorum populationem, tum iuuentutis optimę perditionem: sic'que de amicitia agerent cum Sabinis, haùd æquis conditionibus potituros se esse arbitrabantur, cum ob multa alia, tũ quod ob elationem & ferociam non sit moderatio erga cedentem aduersarium, & ad colendum hostem conuersum, sed potius grauatio. Dum hęc igitur vtri'que animo voluentes, neque pugnam incipere audentes, neque de amicitia agentes tempus extrahunt, Romanorum vxores Sabini generis, quarum causa bellum erat: conuenientes sine viris in quendàm locum, & consilia conferentes, in ea fuere sententia, vt verba ipsę de reconciliatione apùd vtrosq́ue inciperent. Quę verò consilium mulieribus hoc intulit, Hersilia vocabatur, generis non obscuri in Sabinis. Hanc autem quidam fuisse dicunt iam nuptam: sed raptam tamen cum alijs, vt virginem. Sed qui probabiliora scripsere, vltrò eam permansisse dicunt cum filia. Raptam enim tunc eius quo'que filiam fuisse vnicam. Hac itaq́ue probata sententia, mulieres in senatum veniunt, facta'que dicendi potestate, longas preces intenderunt, cum mandatum postularent exitus ad cognatos, multum'que habere se spei dicerent, componendi eas gentes, ac iungendę inter ipsas amicitiæ. Vt hæc autem audiuerunt ij qui regi assidebant, mirati admodum simul'que læti, solam esse in dubijs, difficilimis'que rebus hanc viam putantes, mulieribus obsequuntur. Fit'que senatusconsultum huiusmodi. Quibuscun'que sabinorum gentis mulieribus filios habentibus potestatem fieri legationis obeundæ ad gentiles suos, relictis tamen apud viros filijs, quęcun'que verò plurium liberorum matres essent, ijs eorum partem aliquam licere educere, atq; agere, vt in amicitiam eas gẽtes inducerẽt. Exiuere'q; de hinc fœminę vestes indutæ lugubres, & infantes earum quædam secum adducentes. Vt autem vallum ingressæ sunt sabinorum, flentes, ac suis quæ'que etiam parentibus occurrentes, in maximam commiserationem spectantes omnes adduxere: neque vllus omnino lachrimas poterat cohibere. Condolente ita'que eorum casum consiliariorũ collegio, iubẽteq́ue rege, qua de causa venissẽt, exponere, ea, quæ cõsilij initiũ fuerat, erat'q; legatiõis princeps, Hersilia lõga, & miserabili orõ

Sabini.

Romani.

Sabinæ ra ptę pacem tractant.

Hersilia.

ne, precibus'que postulauit, vti viris suis pacem ipsi largirent, eis ipsis precantibus, præcipue ob quas bellum se intulisse assererent: quibus vero æquis conditionibus bellum dissoluerent, coeuntes principes decernerent, communem spectantes vtilitatem. & ijs dictis, procubuerunt omnes ad regis simul cum filijs, permanserunt'que humi prostratæ, donec eas astantes erigerent moderata omnia pro viribus se facturos polliciti. summotis'que eis extra concessum suum, cōsultantes ipsi inter se reconciliationem inter partes faciendam decreuerunt. Sunt'q; factę primum induciæ: postea'q; cōgredientibus regibus, pactiones etiam reliquę de amicitia. Erant autē, quę conuenerant iureiurādo, huiusmodi. Reges quidem Romanorum esse æqua potestate, paribus'que fruētes honoribus Romulū, & Tatium: vocarique vrbem à conditore, primum nomē seruantem, Romam: atque vnumquēque ciuium (sicut prius) romanum. Qui vero ex Tatij patria essent, cōmuni omnes appellatione cōprehensos quirites dici, habitaréque Romæ sabinos iure pari posse quicun'que vellent, sacrorū ipsos participes, & in tribus, curias'que additos. Hæc iurati, arisq́ue simul cum iuramēto erectis, secundum mediā ferè sacram viam vocatam permixti sunt simul, atque alij quidem duces sabinorum copias cum suscepissent domum reduxere. Tatius vero rex, & cum eo tres viri ex illustribus familijs Romæ permāserunt, honoribus traditis, quibus adhuc fruitur eorū genus: valerius volosus, & Talus cognomine Tyrannus, & vltimus Metius curtius is, qui armatus lacum nando transmisit: quibus cum & socij permanserunt, & cognati, & clientes gentiles numero haud pauciores centum. Hoc statu rerum visum est regibus, vt quandoquidem magna accessio facta erat multitudinis in vrbe, duplum etiam facerent Patriciorum numerū: elegerunt'que vnà cum illustrium familiariū viris ex eis item, qui posterius vrbē incoluerāt, æquos nouos prioribus quos, patritios vocauerat, viros centum curiarū suffragijs creatos, quos veteribus senatoribus ascripserunt. Et hucusq́ue quidem Romanarum historiarum scriptores ferè conueniunt in senatu constituendo, pauci vero quidā de multitudine adiectorum senatorum differunt. cæterū de honoribus, quos fœminis reges tradidere, quia eos in securitatem ipse adduxissent, nequaquā eadem omnes historici Romanorum tradunt. Quidam enim scribunt cum multis alijs, magnis'que donatas esse à ducibus fœminas, tum vero curias ipsas triginta numero, vt diximus, cognomina à fœminis accepisse. tot enim eas fuisse volunt, quę in sabinorum castra perrexerint. Terentius aūt varro hoc eis loco nō assentitur, antiquius fuisse dicēs imposita curijs nomina à Romulo, in prima videlicet multitudinis diuisione, alia quidem à ducibus, hominibus'que sumpta, alia verò ab omnibus. mulieres vero, quę in legationem exiuerint, non triginta fuisse dicit sed quingentas, & triginta, tribus demptis: quam ob causam nequaquàm esse verisimile existimat, tot fœminarū honorem auferentes reges, paucis eum quibusdam solis tradidisse, sed de his quidem, neque nullum sermonem facere, neque plus'quam satis sit, scribere, visum est mihi. De curensium autem vrbe, ex qua erat Tatius, exigit etiam narratio, qui ipsi, & vnde, essent: ea tantum dicere, quę in Reatinorum historia accepimus. Quo eñ tempore Aborigines eam vrbem obtinuerunt, virgo quędam indigena, pręcipui generis, in templum iuit Enyalij choreas

Pactiões.

Fœdera.

Honores fœminis collati.

Quot Sabinæ legatæ.

De vrbe Curēsium

reas agens. Enyalium autem sabini,& ab eis discentes Romani, quirinũ vocant, nequaquam certum habētes ipsi, Mars ne sit ille, an alius quidàm similes cũ Marte honores habens. Alij enim de vno deo bellicorum certaminum duce vtra'q; putãt dici nomina. Alij aũt duobus ea diuis bellicis imposita. In hoc itaq; dei tẽplo saltans puella subito fit diuina: atque relinquens chorum in adytum dei currit: prægnansq́ue deinde ex deo (vt omnibus visum est) facta, filium parit Modium nomine, fabidium cognomine: qui vir factus forma quidem fuit nõ hominis, sed diui: fuit'que bello omnium clarissimus. Capit deinde eum cupido condendę vrbis: magnã'q; manum congregans vicina loca incolentium breui admodum tempore eas condidit: quæ nunc vocantur cures. hoc nomine, vt nonnulli scribunt, ex deo, cuius eum filium sermo erat, vrbi imposito. vt autem alij tradunt, à cuspidę. Quires enim Sabini cuspides vocant. & hæc quidem varro. zenodotus autem troezonius, historicus vmbricę gentis, indigenas habitasse ait circa agrũ Reatinũ vocatũ. Pulsos deinde illinc à Pelasgis in hanc terram aduenisse, vbi nunc habitant, mutantesq́ue nomen simul cum loco vocatos esse pro vmbris sabinos. Portius autem cato nomen quidem sabinorũ genti impositũ esse ait ex sabino sangi diui gentilis. Hunc autẽ sangum à quibusdã Pistium vocari, atque in prima eorum habitatione fuisse asserit vicum quẽdàm vocatum testrunam prope vrbẽ Amiternam positum, ex quo mouẽtes tunc sabinos in terram ait Reatinorum irrupisse, habitantibus simul cũ eis Aboriginibus: vrbẽ'que eorum clarissimã cotinas bello captam occupasse: atq; ex Reatino agro colonos emittentes, & alias condidisse vrbes, in quibus habitabant sine muris, & hanc ipsam quę cures dicũtur, regionem aũt obtinere eos distantẽ ab Adriatico quidem mari ducentis fermè, & octaginta stadijs. à Tyrreno verò ducentis, & quadraginta. longitudinem autẽ eius esse ait paulò minus stadiorum mille. Est & alius quidam in historijs gentilibus dictus sermo, tanquã cohabitatoribus eorũ Lacedæmonis, quo tempore fratris filiũ Eunomũ tuens lycurgus spartę leges posuit. Aiunt enim grauatos illos ob duriciem legum, dissidentes'que ab alijs vrbe omnino excessisse, postea'que multum mari delatos eos vouisse deis, desiderio quodam ipsis incidente, in quãcun'que primum terram venissẽt, sędes in ea ponere: aduectos autẽ circa campos Pomentinos vocatos locũ, in quo primũ cõstiterãt, Feroniam ab æquorea latione denominasse: fanũ'q; cõstruxisse deæ feronię, cui vota nũcuparant: quã quidem vnius nunc litteræ detractione Feronam vocãt. Inde autem profectos quosdam eorum esse cohabitatores sabinis factos: ac propterea multa esse sabinorum iura laconica. maxime autem bellica studia, tenuitas victus, & in omnibus vitæ officijs duricies. Ac de sabinorum gente hæc dicta sufficiant. ❧ Romulus autem, & Tatius vrbem statim maiorem effecerũt, duos ei colles alios adijcientes Quirinũ & cęliũ, separãtes'q; habitationẽ alter ab altero in proprijs locis vtri'que uitam agebant. Romulus quidem Pallãtiũ occupans, & montem cælium Pallantio propinquũ: Tatius verò capitolium, quod ab initio cœperat, & Quirinalem rupẽ, excisa'que natiua materia subiecti capitolio campi, ac magna ꝑte lacus repleta, qui cum esset locus cõcauus, descendentibus ex montibus aquis augebatur, forum ibi constituere, quo nunc etiam Romani

Enyalius. Mirum. Modius. Cures. zenodot⁹. De Sabinis. Sangus. Feronia

Portæ Myrones

vtuntur,conuẽtuſq́ue illic faciebant,tractantes in vulcani templo negotia,quod paulum ſuperſtat foro. Erexerunt'que templa araſq́ue dedicarunt deis,quibus vouerant eo bello.Ioui quidem ſtatore Romulus apud portas,myrones vocatas, quibus itur in pallantium ex ſacra via:quia fugientem eius exercitum iupiter votis annuens fecit conſiſtere,fortitudinis'que meminiſse. Tatius autẽ ſoli,& Lunæ,saturno'que,& Rheæ,Væſtæq;,prẹterea & Vulcano,& Dianæ,& Quirino,& diјs aliјs,quorum nomina difficile eſset lingua grẹca enuntiare. In omnibus autẽ curiјs Iuno menſalis poſita eſt,Quiritia dicta,quẹ adhuc manet. Annos igĩt quinq; regnarũt ſimul in nullo differentes,quo tp̃e in Camerenos exercitũ eduxerĩt.

Iuno menſalis.

Camereni

Nam latrocinia exercẽtes Camereni:non cõuenerant ad cãm dicendã ſẹpiꝰeuocati.quos cũ acie viciſſent(exiuerant eĩ eis obuiam) ac poſtea cũ oppugnãtes vrbem vi cœpiſsent,arma eis abſtulerunt,& tertia regionis parte mulctarunt eius, quam populati erant,intra tres dies exeuntes,& pſternentes eos,eoꝝ'q; oĩa diuiſerunt ſuis ciuibus,hoĩes aũt ipſos,quicunq; vellent Romẹ habitare,pmiſerunt. Fuerunt'q; ad quatuor milia,quos in curias diuiſerunt,vrbẽq́ue ipſam coloniam Romanorũ effecerũt.Erat eĩ priꝰ Albanoꝝ coloniã Camerea multò aũ Romã deducta,vetuſtiſsima aũt Aboriginũ habitatio p illuſtris.Anno vero ſexto in vnũ rurſus Romulũ rediјt vrbis principatus,mortuo Tatio per inſidias,quas ei ſtruxere cõicato conſilio Laurentum primores,hmõi cauſa. Amicoꝝ quidam Tatiј exercentes latrocinia in Laurentũ agro,pecunias ſẹpius rapuerant:& pecoꝝ greges abegerant,atq; auxilio accurrentiũ alios occiderant, alios vulneribus affecerant. Adueniente aũt a lẹſis legatione,iuſta'q; repetente,Romulus quidẽ cenſebat dedi ſontes oportere lẹſis abducendos. Tatius vero ambitus a ſociјs nequaq̃ ẹquũ eſſe arbitrabatur,ante iudiciũ aliquod duci ab inimicis ciues,p̃ſertim a peregrinis diſceptare'q; cum eis iubebat:qui ſe lẹſos dicerent Romã aduenientes. Hoc igĩt modo legati nihil iuſti cum inueniſsent,id ægreferentes abeunt.Secuti vero eos quidã ſabinoꝝ ob iram conſidentibus ipſis ſecundũ viam(nã nox eos dep̃henderat)dormientes inuadunt:res'q; eis oẽs adimunt,& quot in cubilibus dep̃henderunt,interimunt. Quibuscũq́ue aũt prẹſenſcio celeris inſidiarũ fuit,& fugiendi facultas,hi ſe in vrbẽ recipiunt:inde'q; aduenientes Lauinio,atq; ex aliјs vrbibus legati de iniuriјs q̃runtur,bellũ'que denuntiant,ni iuſticiẹ potiantur. Ac Romulo quidem(vt res poſcebat)viſum eſt,ſtatim ſcelus illud ĩ legatos celeris expiationis indigens,tanq̃ ſacro iure diſſoluto:nihil'q; cõtatus. vt dubitantẽ vidit Tatiũ,viros huic pollutioni obſtrictos prẹhẽdit,tradit'q; eos vinctos legatis abducendos. Tatiũ vero ſubit indignatio,ob contumeliam,qua ſe affectũ à collega his tradendis querebaĩ:ſimul & cõmiſeratio abductoꝝ(erat em̃ etiã cognatꝰ eius quidam illius pollutionis noxius,aſsumptis'q; ſtatim militibus,auxilio celerrime affuit,adipiſcenſq́ue legatos in via,deditos eis homines abſtulit. Elapſo autem multo poſt hanc rem tẽpore,cum Lauiniј eſset,vt quidam dicunt, cum Romulo Tatius ſacrificiј cauſa,quod p ſalute Vrbis diјs patriјs perficere reges oportebat,cõſpirantibus in eum ſociјs,& genere proximis interfectorum legatorum coquinariјs gladiјs,& verutis magnis percuſſus Tatius ad aras occubuit. Vt autẽ Licinius ſcribit,nõ cum Romulo aſtans,neq; ſacrorũ gratia,ſed ſolus,tanquã perſuaſurus

Mors tatiј

suasurus ijs, qui iniuria affecti erant, vt iram suam erga autores criminis remitterent, indignata tum multitudine, quod non traditi sibi essent hi viri, quemadmodum Romulus cēsuerat, senatus'que decreuerat, atq; interfectorum proximis cū multitudine impetū in eum facientibus, cum effugere nō posset, lapidibus obrutus ab eis moritur. Sicq; Tatius hoc fati genere vita excessit, bello tribus quidē annis cum Romulo gesto, quinq; verò cum eo functus imperio. Sepultus autem honorifico est funere, perlatus romam, parentalia'que ei quotannis ciuitas publico sumptu perficit. Romulus aūt solus in imperiū secundo constitutus, polutionem expiauit, quæ circa legatos fuerat, eis omnibus, qui scelus illud perpetrarant, aqua, & igni interdici iubens. & enim fugerant ex vrbe oēs Tatio mortuo, & eos etiā qui ex Laurentibus in Tatiū cōspirarant: à ciuitate deditos: iudicio subijciēs: quos quidem ipsos vbi visi sunt iustiora dicere: violenta violentis vlciscentę crimine liberauit. His peractis in fidenatiū vrbem exercitū duxit quadraginta stadijs roma distantē: atque magnā tunc quidē, & populo frequentem. Nam cū adducerentur cōmeatus Romam scaphis fluuialibus, quos Crustumij oppressis peste romanis mittebant, impetu in scaphas facto magna manu Fidenates cōmeatus rapuerāt: atque opem ferentes homines quosdā interfecerant, postulatiq; ad causam dicendam non paruerant. Quamobrē indignatus Romulus in agrum eorum magno agmine excursionē fecit, & ingenti pręda onustus abducere parabat exercitum. Cæterum exeuntibus Fidenatibus, cōmissum est pręliū: re'que atrociter gesta, ac multis vtrinque cadētibus, superati Fidenates vertunt in fugā. Ille autem è vestigio eos persequēs, simul cum fugientibus, velut vno agmine, intra muros irrupit: sicq; capta ex incursione vrbe, paucis'que eorū poena affectis, dimissa'q; vrbi trecentorum hominū custodia, parte'que agri adempta, quam suis diuisit Romanoꝝ coloniam hanc etiā vrbē fecit. Fuerat eñ prius Albanorū eodē tpe deducta, quo & Nomentina, & Crustumeria, tribus fratribus coloniarū haꝝ deductoribus: quoꝝ quidem æuo maximus Fidenas cōdidit. Post hoc bellū duxit dehinc in Camerenos exercitū, cū missos a se colonos ipsi aggressi essent eo tpe, quo Roma peste laborabat. Nam elati Camereni extinctū iri funditꝰ existimantes hac calamitate Romanū genus, colonoꝝ alios occiderant, alios eiecerant: quos vlciscens Romulus, vbi vrbē secundo cœpit, sumpto de autoribꝰ defectionis supplicio, cætera diripienda exercitui tradidit, & adēpta eis agri parte media, vltra partem datam prius colonis, & p̄sidio, quod visum est satis, relicto, ne res nouas oppidani amplius moliri possent: exercitū abduxit: ex hacq; expeditione secundū triumphū duxit, currum'q; æreū Vulcano obtulit: posuit'q; eū propè effigiē suā, litteris inscribens grecis res suas gestas. Tertiū aūt ei bellū extitit cum vrbe Etrusci generis validissima: q̄ veij vocabant. Abest aūt cētū fermè stadijs Roma: ea quidē in excelso iugo posita abscissæ rupis, habens'q; magnitudinē quantā Athenę habent. Prętendebant aūt Veientes belli causam Fidenatum captiuitatē, missa'q; legatione iubebant Roma. inde pręsidia deducere, & quē retinebant agrū Fidenatibus ademptū prioribus dñis reddere. quę vbi non impetrarunt, magno educto exercitu, ꝓxime Fidenas ĩ loco abdito vallū iaciūt: pręsentiens aūt egressum eoꝝ Romulus, & ipse egreditur manū optimā secū ha

Vim vi, repellere licet.

Fidenæ

Secundus Romuli triumphus.

Veij.

bens:aderat'que in vrbe ipsa Fidenatium instructus:atq; vbi parata sunt eis,quæ ad certamẽ pertinebant,procedẽtes vtrique in æquum,prælium cõmiserunt:perstiterunt'que multas horas ferociter vtrique dimicãtes, quoad eos nox diremit, & pugnantes quidẽ ex æquo. Postero aũt die magno cõmisso prelio vicerũt Romani ducis prouidẽtia,monte quodã nocte capto haud multũ distante ab exercitu hostiũ,disposita'que in eo robustissima manu equitũ,ac peditũ ,qui post eũ Roma aduenerant. Nam cõgressis ipsis in planitiẽ,& eodem quo prius more pugnantibus,vbi his,qui in monte erant,Romulus signũ dedit,atque clamorẽ tollẽtes hæ turmę in Veientes à tergo procurrũt,incidẽtes infessos integri,breui eos in fugã vertũt. Ac pauci quidẽ in pugna occubuere,maior verò ps eorũ i Tiberi. Et ei iusta Fidenas proijciẽtes se ipsi,tanq̃ flumen transnaturi, multi obruebant̃, alij vulneribus graues,& transnare nequeũtes,alijque nandi imperitia,sed ob periculum improuidi,perturbatique in vorticibus perdebant̃. Et si quidẽ tunc fortunæ ignouissent Veientes,malo antè capti consilio,quieuissent'que posteà,nulla essent affecti amplius plaga grauiore:sed dum lapsus se priores sarcituros sperant,&,si maiori irruant apparatu,se bello facile victuros putant,magno iterum exercitu conscripto cum vrbano,tum ex cõfœderatis gẽtibus eis adueniẽte imperium in Romanos faciunt. Fitque item pugna atrox prope Fidenas ipsas,qua vicere iterũ Romani,multos quidem occidentes Veientium, pluresqúe adhuc captos adducentes. Captũ'que est eorum vallum pecunijs, armisqúe, & seruis plenum:capta'q; etiam nauigia fluuialia comeatibus multis referta,in quibus quidẽ ducta est Romam per flumẽ ipsum turba captiuorum. Hic'q; tertius ductus est à Romulo triumphus, longe prioribus magnificentior. Atque non multo post missa à Veientibus ad dissoluendum bellum legatione,veniam delictorum cũ postularent, pœnã eis imponit Romulus huiusmodi agrum vti Romanis traderent Tiberi adherentem, septempanos vocatum, alijsqúe abstinerẽt, quę secundum hostium essent fluminis, resqúe nouas non amplius moliendi fidẽ facerent quinquaginta obsidibus datis. Hęc cũ omnia recepissent Veientes, datis eis in centum annos indutijs, fœdera basibus inscripsit: captiuos autẽ quicũque abire voluerunt,sine prętio om̃es dimisit: qui vero ibi permanere elegerunt,multo plures ipsos quidẽ, ciues factos in curias distribuit: diuisit'que eis agri portionẽ. Et hęc gesta sunt à Romulo bella memoria,narratione'q; digna. Ne vero amplius proximarum gentium subigeret,mors subita ei accidens adhuc robusto ad bella gerenda, fuisse visa est causa:de qua quidem sermones multi traduntur,ijdẽ'que varij. Nam qui quidem fabulosiora tradiderunt, aiunt eũ contionẽ habentẽ in exercitu cadente, interim caligine sereno cœlo, & tẽpestate magna cũ fragore cohorta, non amplius apparuisse: raptũ'que eũ credũt à patre Marte. Qui vero probabiliora scribunt, à ciuibus interfectũ asserunt. Causam autem cędis afferunt redditionem obsidum quos à Veientibus acceperat, sine sententia publica præter consuetum, & quod nõ amplius eodem more se haberet cum vetustissimis ciuibus,& cum eis, qui ascripti erant. Sed hos quidem maiore in honore haberet:ascitos autem despiceret,atque etiam crudelitatem eius in supplicijs delinquentium, & arrogantiã nõ parũ aiunt causę attulisse. Nã ex Romanis quosdã latrocinij

Veientes.

Terti⁹ romuli triũphus

Mors romuli.

latrocinij in locis proximis accusatos,nec obscuros homines, nec paucos de rupe iussit precipitari celsa solus ipse id iudicium exercens. Verùm enim verò causa ista precipua,quod iam grauis,& arrogans esse videbatur,ac iam imperiũ non regie, sed tyrãnice. Ob has igitur causas dicunt patricios de morte eius cœpisse cõsilium: gestam autẽ rem fuisse in senatu,diuiso'que corpore eius in frustra,ne cadauer appareret, exisse eos occulentes sub amictu, quã quisq́ue habuit partem, clàm que humi eam mandantes. Alij autem contionantem eũ dicũt à nouis ciuibus esse interfectum. Aggressos autem esse eos rem ipsam eo tẽpore,quo iam erant tenebre, dispersa quidem congregatione populi, neque assistẽte ei custodia regia. Ac propterea dicunt,eã diem in qua casus ille accidit,consternationis multitudinis cognomen habuisse. Et hucusq́ue etiam fuga turbæ dicitur. Videntur autem non paruam prebere facultatem ijs,qui ex mortalibus deos faciunt, atq; virorum animas illustriũ in cœlum ferunt,ea que diuinitus in cõceptione huius viri, & in morte acciderunt. Nam cũ vim passa est mater,siue ab homine, siue à deo illatam,defecisse solem dicunt totum, tenebrasq́ue terram penitus,tanquã nocte, occupasse. In morte autem ipsius accidisse casum etiam eundem ferunt. Qui igitur ROMAM condidit, primusq́ue in ea rex creatus est ROMULUS, tali nece perijsse dicitur,nullam ex se progeniem relinquens,annos septem & triginta dominatus, quintum ãnum & quinquagesimũ vite agens. Nam iuuenis admodũ potitus est regno. Decem enim & octo annos natum fatẽtur omẽs, qui de eo historias scripsere. Anno autem sequenti rex nullus creatus est ROMANORUM, magistratus vero quidam, quẽ Interregnum vocant, reipublice gerebat curã, Institutus hoc modo. Patricij in senatũ cõscripti à ROMULO ducenti numero cum essent (vt diximus) diuisi sunt in decurias,posteàque ĩmissa sorte,illi, quorũ sors prima exibat vrbi presidebant imperatorium agentes magistratum, non simul omnes,sed ex successione quinos dies singuli:in quibus fasces habebãt,& reliqua regiæ potestatis insignia. Tradebat autẽ functus imperio prim⁹, secundo principatum:Ille'que item tertio, atque ita vsq́ue ad vltimũ. Elapso autẽ primis interregibus quinquaginta dierum spatio,alij decuriatum accipiebãt,& ab alijs rursus alij. Posteà visum est populo mutationes potestatis grauiter ferẽti, finiendũ esse decurialem illum principatum: quia neq; pares habebant electiones omnes nec naturas hominũ similes. Sicq́ue igitur cõgregantes multitudinẽ senatores, secundũ tribus & curias de forma ipsos reipublicæ cõsiderare permiserunt: siue regi vellent permittere,siue annuis magistratibus,rem publicã: neque tamẽ per se populus ipse electionem fecit,sed eam reddidit senatui cognitionẽ,tanq̃ eã accepturus,quã is probasset administrãdi formã. Visum'que tandã est omibus cõstituendã esse regiam potestatẽ. De futuro vero rege dissentio incidit, vtrò crearetur ex ordine. Nam hi quidem ex veteribus senatoribus creari regẽ oportere arbitrabantur, illi vero ex receptis,quos nouitios appellabant. Protracta autẽ in longum contentione,postremo in ius æquum huiusmodi conuenere: vt alterum fieret de duobus,aut quod regem senatores veteres,preterq̃ sui corporis,crearẽt. Quecun'que maxime idoneũ existimarẽt,aut hoc ipsum nouitij facerent. Accipiunt conditionẽ seniores,multũ'que inter se cõsultãtes ista excogitarũt vt quã

Indigetes.

Quotãnis

Romulus moritur

Intregnũ

Conuẽtio

do ipsi ex pactionibus principatu excludebantur, ne insidiantium quidē cuiquā imperij decus apponerēt, sed accersitū aliquē virū extrinsecus, neutrisq́ue adhęrentē, vt tolleretur seditio, regē facerent. Hac'que approbata sententia suffragijs vnum prętulere virum sabini generis, Pōpilij Pomponis illustris viri filiū, Numā nomine (oportet autē secundā syllabam extendētes accētu graui signare) prudētissimę ætatis. Nam ab anno quadragesimo non multū aberat. Necnon dignitas formę regia ei viro aderat. Erat autem sapientiæ eius opinio non apud Curēses tantum, sed apud omnes etiā finitimos, & nomen maximum. Hoc verò facto populū in contionem aduocāt, ac procedēs qui tum interrex erat, dixit: quod cū visum esset communiter senatoribus omnibus constituendā esse regiam potestatem, huius ipse cognitionis dominus, quisnam esset suscepturus imperiū, regē vrbis eligebat Numā Pōpilium. creatisq́ue deinde legatis ex patritijs eos statim emisit virū ipsum euocaturos ad imperiū anno tertio sextę decimę olympiadis, qua vicit in certamine Diacoras Lacon. Ac hucusq́ue nihil habeo, in quo illis cōtradicam, qui historiam de hoc viro ædiderunt. In sequentibus aūt dubito, quid tandē dici oporteat. Multi enim fuisse Numā Phythagorę discipulum scribunt: ac quo tēpore creatus est rex à Romanis, philosophātem eū Crotonæ mansionē habuisse. Tempus aūt ætatis Pythagorę huic sermoni repugnat. Nō em̄ paucis annis, sed quatuor ætatibus integris Pythagoras Numa posterior fuit, vt ex publicis accepim⁹ historijs. Nā hic quidē sexta decima olympiade media Roma. suscepit imperiū. Pythagoras aūt post quinquagesimā olympiadē in Italia māsionem habuit. Possum autē coniecturam aliā maiorem afferre, quod non congruant tēpora traditis de eo viro historijs, quòd quū euocatus est Numa à Romanis in regnum, nōdū erat vrbs Croto. Quatuor enim annis integris, postquam Numa Romanis imperauit, eam vrbem Mistelus condidit, anno tertio decimę septimę olympiadis. Atque ita nec cum Pythagora samio post ætates quatuor florēti philosophatum esse Numā possibile est, nec Crotonæ mansionē habuisse tūc eum, quū euocatus est in regnum, vrbe ipsa nondū condita. Sed videntur sanè mihi qui de eo scripserūt (si dicendum est quod sentio) hęc duo cōuenientia assumentes Pythagorę samij mansionē in Italia, & Numæ sapientiā (fatentur enim omnes hunc virū fuisse sapientē) ea cōiunxisse: sic'que eos fecisse Numā Pythagoræ discipulum: vitas quidē illi eorū non vlterius discutientes, an eisdem temporibus vter'que viguerit, quod ego nunc feci, nisi quis forsan Pythagoram alterum subijciat ante samiū pręceptorem sapiētię, quo cum vixerit Numa. Quod quidem nescio queadmodū possit ostēdere, nullo prorsus alio Pythagora mētione digno, neque Romanorū, neq; græcorū, (quantū ego scio) in historia tradito. Sed de his satis. Numa autem aduenientibus ad eum, qui ad principatum euocabant, primū quidem cōtradixit: mansit'que diu sentētia, repugnans ne susciperet imperium. Vbi vero cohortantes fratres, atque postremo pater haùd ęquū cēsebāt, tantū honorē vltro oblatū repellere, vt rex fieret, cōsensit. Romanis autē à legatis hęc audientibus, antequam visus esset, magnū incessit eius viri desideriū, haùd paruā esse sapientię cōiecturā ducētibus, si, alijs supra modū modestiā'que regnū ęstimātib⁹, vitā'q; in eo beatā reponētib⁹, hic sol⁹ vt rē vanā quādā, neq; studio

Numa.
Interrex.
Pythagoras.
Croto.
Numa.

studio vllo dignam, despiceret. Aduenienti itaque ei obuiam prodiere, cum adhuc esset in via, & cum laude magna, & salutationibus, alijsque honoribus prosecuti sunt in vrbem. Aduocata deinde contione, suffragia de eo tulerunt tribus, & curię, rata facientibus patricijs, quę visa essent plæbi. Postremo'que etiam auspicibus signa fausta apparuisse asserentibus, suscepit imperium. Hunc Romani expeditionem nullam prorsus attigisse ferunt: dei verò cultorem ipsum, & iustum tempus omne imperij in pace peregisse, & administratam quàm optime ciuitatem præstitisse, sermonesque de eo multos, admirabilesque habent, referentes humanam sapientiam in deorum admonitiones. Nympham enim quandam fabulantur Egeriam adisse eum assidue docentem sapientiam regiam. Alij non nympham ipsam, sed musarum vnā: atque hoc dicunt fuisse omnibus manifestum. Nā minime credentibus, vt videtur, à principio hominibus, fingique existimantibus sermonem de dea, ferunt volentem eum indicium aliquod clarum cōfabulationis suę cū dea incredulis ostēdere, se'q; ab ea doctum, fecisse hoc modo. Vocatis enim Romanis multisq; & bonis in eam domū, in qua vitā agebat, & ostensis, cū aduenissent, quę intus erant, cū cęteri ea quidem apparatu tenuiter instructa, tum verò cibis ad illius turbæ epulū congruis indigentia, tunc abire iussisse eos, vocasse verò vesperi ad cœnam: astātibus autē eis hora præstituta, ostendisse eis dicunt stragula preciosissima, & mensas poculis multisque, & pulchris refertas: atq; epulas cuiusque generis inuitatis ipsis apposuisse, quę de multo quidem tempore cuiquàm hominū ætatis illius fuisset parare facile, tum'que romanos aiunt & stuporem inuasisse ex vnoquo'que visorum, & illius temporis opinionem firmā pręstitisse, cōuersari cum eo profecto deam aliquā. Qui verò fabulosa omnia ex historia amputant, cōfictū dicunt à Numa esse sermonem de dea, quo facilius ipsum attenderent, qui diuina verebātur: impositasque ab eo leges prompte ijdem susciperant, tanq̄ a dijs latas. Sumpsisse autem hanc eū imitationem asserūt ex exēplis gręcis. Minois quidē ipsum cretensis sapientię emulū, & lyguri Lacedæmonij, quorum alter quidem collocutorē esse se dicēs Iouis, pergensque in Dictæū mōtem, in quo Iouē nuper æditum, à Curetis nutritum cretēses fabulātur, descēdebat in specū sacrā, vbi leges cōponēs, quas se à Ioue accipere affirmabat, ferebat ad populū. Lycurgus verò Delphos profectus, doctū se esse dixit ab Apolline legū constitutionē. Cæterū de fabulosis historijs, & præcipue de his, quę in deos referūtur, lōga quidē indigere oratione rē videns, differere prætermittā. Quæ verò bona ex illius principatu sumpsisse Romani videntur, sicut didici ex historijs gentilibus, enarrabo: præfatus quidē quibus in turbationibus ciuitas ante eius aduentū esset. Post mortē Romuli fact⁹ senatus, vt diximus, reipublicę dominus, tēpusque annuū principatū obtinēs, differre inter se cœpit, & de pluri, ęquo'que cōtēdere. Quāta em̄ pars eius erat ex Albanis ijs, qui simul cū Romulo colloniā deduxerāt, & sentētię dicendæ principes æquū cēsebāt se esse, & ex honoribus se maxios accipere, coliq; ab aduētitijs, oportere. At qui ex aduenis in patricios cōscripti erāt, nullo proi s⁹ ab honore se abigēdos existimabāt: Ac ne minoris quidē, q̄ alios se fieri oportere: ijq; p̄cipue, q à sabinis oriundi erāt ex fœderibus inter Romulū, & Tatiū æquo iure in ciuitatem à ve-

Egeria.

Minos.
Lycurg⁹.

teribus colonis assumpti. Simul autem cũ senatu dissidente clientiũ multitudo bifariam diuisa, ipsa quo'que se alterutri factioni applicabat. Præterea popularis sortis non pauci, qui in rem publicam nuper venerant, & quia nullo in bello Romulo operam nauassent, neglecti erãt, neq; agri partem aliquam, neque alterius emolumenti acceperant, hi quidem sine laribus pauperes, & errabũdi, inimici necessario erant potentioribus, & ad res nouas semper paratissimi. In tali itaque fluctuatione iactatas res accipiẽs Numa, primum quidẽ plæbeios pauperes suscepit, diuidens eis ex agro, quem Romulus possederat, & ex publico partem quandam exiguam: deinde patricijs prioribus nihil quidem adimens eorum, quę illi condentes vrbem inuenerant, aduẽticijs autem alios quosdam honores tradens, dissidentes composuit, disposito'que congrue populo, tanquam instrumẽto quodam, ad vnicam publicę vtilitatis rationem, adaucto'que vrbis ambitu quirinali colle addito (eousque enim muris sæptus haud fuerat) reliquas deinde administrationes attigit, duo quidem hæc tractãs, docẽs'q; homines, quibus ornatam ciuitatem putabat fieri fœlicem, & magnam, cultum primum diuinorum, quia dij essent bonorum omnium mortali naturæ largitores, & custodes. deinde etiã iustitiam, per quam data à dijs bona honestos ferre possessoribus fructus asserebant. Quibus autem legibus, & administrationibus vtrique horum magnam accessionem attulerit, haud scribẽda omnia censeo longitudinem orationis intuẽs, neque græcis historijs scriptionẽ eorum esse necessariam. Ipsa autem principalissima, & quæ notum facere cõsilium eius viri possint, summatim dicã ab exornatione incipiens diuinorũ. Quę igitur à Romulo legibus, vel consuetudine statuta accepit, optime omnia decreta existimãs, loco stare ea suo permisit: & quæ relicta ab illo videbãtur, addidit: multa quidẽ designãs fana, nõdũ potitis Romæ honorũ deis: multas aras, multa'q; templa extruẽs, ac dies festos vnicuiq; impartiẽs, curatoresq; ue eorũ sacerdotes instituẽs, cęrimonias, expiationesque, & alios cult⁹, & honores multos admodũ lege statuẽs, tot illos quidẽ, quot nec gręca, nec barbara vrbs habet vlla, nec si aliqua se pręcipue diuinorũ cultu extulerit. Ipsũ quo'q; Romulũ, vt naturã supantẽ mortalem, tẽpli adornatiõe, & anniuersarijs sacrificijs Quirinũ vocatũ, statuit honorari. Adhuc em̃ ignorãtib⁹ interitũ eius Romanis, siue numinis prouidẽtia, siue fraudibus humanis fuerit, pcedẽs quidã in forũ Iulius noĩe ex Ascanij progenie, vir agriculturę deditus, vitę'q; irrepræhensibilis, quibus reb⁹ nihil eũ mẽtiri pprij lucri causa cõsentaneũ erat. Romulum, inquit, ego ex agro adueniens vidi abeuntẽ ex vrbe armatũ, qui vbi proximus mihi fuit, ita eũ dicere audiui, nuntia romanis Iuli hęc dicta mea, quod me quidẽ sortitus ab initio vitę genius in cęlũ ducit mortali explecto sęculo. sum autem Quirinus. Assumpta itaque omni diuini cultus institutione, atque cõscripta in octo diuisit partes, quot erant etiã sacrorũ ordines. Tradidit aũt vnam sacrorum ministeriorum cõstitutionẽ triginta curionibus, quos dixi hostias immolare publicas pro curijs. Secũdã verò ijs qui vocant̃ à Gręcis stephephori: à Romanis verò flamines, quos à gestatione pileorum, & infularum quas adhuc ferunt flama vocantes, hoc nomine appellant. Tertiam autem cęlerum ducibus, quos iam dixi pedestres, equestresq; ue militare custodes regnum. Et enim isti statutas quo'que

Clemẽtia Numę.

Religio. Iustitia.

Quirinũ.

Numę instituta.

Curiones.

Flamines.

Celeres.

quo'que quasdam immolationes perficiebant. Quartam autem interprętātibus signa à dijs missa, & distinguentibus quarum essent rerū indicia priuata'que, & publica: quosquidem ab vna specie speculationū artis Romani augures vocant. Nos autem dicere possemus οἰωνοπόλους omnis apud eos diuinationis peritos cę lestium'que, & sublimium, & terrestriū. Quintum autem dedit seruātibus sacrū ignem virginibus, quas illi vocant à dea, quam colūt, vestales. Primus ipse templum extruens Romanis, Vęstę, virginesq́ue ei creans sacrificulas, de quibus pauca, ea'que ipsa exigente materia, necessarium est dicere. Sunt enim digna inquisitione vis etiam apud multos Romanorum scriptorum hoc loco: de quibus hi qui diligenter causas non inuestigarunt: inaniores intulerunt opiniones. Cōstructionem enim templi Romulo quidem ascribunt, consentaneum esse existimantes, Vrbe condita à viro diuinationis perito, constructam esse primum Vęstam cōmunem vrbis, conditore eius pręsertim Albę nutrito, in qua vetus huius deæ, ex quo vrbs fuit, templum erectum erat: ac matre quo'que eius deæ antistite. Diuidentes ita'que bifariam sacra, altera quidem communia, & publica: altera verò priuata, & cognata: propter hæc duo dicunt magnam hanc necessitatē fuisse Romulo huius colendę deæ. Neque enim magis necessariū esse hominibus dicunt colere deam aliquam, quā Vestam communem: neque Romulo ex successione generis quicq̄ antiquius esse debuisse ex maioribus quidem nato, qui eius deę sacra ex Ilio transtulerant, matre verò etiam sacerdote. Videntur autē isti ex his constructionem templi Romulo potius, quā Numę ascribentes, cōmuniter recte dicere: quod dū vrbs conderetur, vęstam primū collocatā oportuit, atq; hoc præsertim à viro diuinorum sapiētię nō imꝑito: sed de cōstitutione tēpli, quod nūc extat, & de virginibus deā colētibus videtur ignorasse. neq; eñ locū illū, in quo nunc sacer custoditur ignis Romulus dedicauit deę, cuius rei magnū argumētū est, quod is extra eā est, quę quadrata dicta est Roma, quā Romulus muro cinxit. Communis autem Vęstę templū omnes in optimo vrbis loco erigunt, extra verò nemo. Neque etiam per virgines cultū deæ constituit Romulus, memor puto casus matris, cui deam colenti contigit virginitatē amittere: nec ipse quidē satis idoneus futurus, si quam sacerdotū corruptam inuenisset, ex patrijs legibus supplicio afficere, ob domesticarum calamitatū recordationem: ac propterea neq; cōmune templum Vęstę cōstituit, neque sacras illi deæ virgines. Vnicuiq; eñ triginta curiarum Væsta collocata, vbi sacrificabant curiæ, sacrificulos earum fecit curiarū duces, græcā imitatus cōsuetudinē, quę adhuc apud antiquissimas vrbes seruantur, & eñ quę vocātur prytanea, apud illa sunt sacra, colūtur'q; ab ijs, qui maximam habent in vrbibus potestatem. Numa verò suscepto imperio proprias nequaquàm mouit curiarum Vęstas. communē autē cōstituit omniū in medio Capitolij, & Pallantij loco, cōpræhēsis collibus iam vtrisque vnis mœnibus, & stāte in medio eorū foro, in quo extructū est templū: custodiam quo'q; sacrorū ex lege patria Latinorū per virgines fieri instituit. Habet aūt dubitationis aliquid etiā custoditū ignē in templo quid sit, & quā ob cām virginib⁹ comittatᷣ. Quidā eñ dicūt nihil esse q̄d seruetᷣ, pręter ignē illū manifestū: custodiā autē eius virginib⁹, potius q̄ viris attributā faciunt ratione quadā ꝓbabili: ꝙ ignis

Augures.

Vęstales.

Sacrificulus.

Instituta vestalium ap̄ virgīes

Cur ignis vestalibus cōmittatᷣ.

quidem res est immaculata, virginitas aũt incorrupta: castissimo autẽ diuinorũ purissimũ mortaliũ amicũ est. Vestę aũt apponi ignẽ existimãt, quod & tellus existens ea dea, & medium mũdi locum obtinens, inflammationes excelsi facit ex se ipsa. Sunt & qui dicant etiam præter ignẽ arcana esse quędam in templo deę sacra, quorum neque pontifices cognitionem habẽt, neque virgines, cõiectu ram huic sermoni adhibentes non paruã, templi incensi casum bello punico primo, quod Romanis de sicilia cum Carthaginẽsibus fuit. Incenso eñ tẽplo, fugiẽtibusque ex igne virginibus, pontifex quidã Lucius Cęcilius Metellus vocatus, vir cõsularis, is qui memorabilẽ illũ è sicilia de Carthaginẽsibus triũphũ duxit, centũ triginta octo elephantorum, proprię securitatis negligens, publicę vtilitatis causa, summo suo periculo in ardentia irrupit, ac relicta à virginibus sacra rapiens, ex igne seruauit, quã ob causam magnos à ciuitate honores tulit, sicut simulachri eius in Capitolio positi inscriptio testatur. Hoc itaque concesso sumpto imaginationes quasdam proprias adiungunt. Hi quidem ex eis, quę in samo thratia erant sacra, partem quandam esse dicentes hic custoditam, trãsportante ea primum Dardano in cõditam à se vrbem ex insula, deinde Aenea, vbi fugit ex Troade, hæc quoque cum alijs in Italiam portãte. Alij verò à Ioue datum Palladium hoc esse asserunt, quod apud Ilienses fuit, tanquàm Aenea quidem portãte ipsum per peritiam, Achinis autẽ exemplum eius furto surripientibus. De quo plurima dicta sunt & à poëtis, & ab historicis verba. Ego verò esse quædam alia multis ignorata sacra custodita à virginibus, neque ignem solũ, ex plurimis concipio. Quęnam verò ea sint neq; mihi ipsi, neque alij cuiquàm erga deos pia seruare volenti valde curãdum censeo. Quę vero deam colebant, virgines quatuor à principio erant, eligentibus eas regibus ad ea, quę Numa constituerat legitima. Posterius autem, propter multitudinem sacrorũ ministeriorum, quę perficiunt, sex factę vsque ad hæc tempora permanent apud deam vitã agentes: quoquidẽ ingredi volẽtiũ interdiu nemo prohibetur: nocte autẽ mari nemini ĩmorari fas est. Triginta verò ãnos necesse est manere eas innuptas, & castas sacrificulantesque, & alias cærimonias peragẽtes ex lege, quo in tẽpore opus est eas decẽ annis discere, decẽ sacra perficere, decẽ vltimis alias edocere. Explecto aũt anno trigesimo nihil prohiberet eas, quę velint, nubere, vitas quidẽ deponẽtes, & reliqua sacerdotij insignia quã rem tamẽ facere paucissime, quibus etiã inoptabiles acciderunt vitę fines, nec fuerunt multum fortunatę, ita vt earum calamitates in infaustũ omen capiẽtes reliquę virgines vsque ad mortẽ maneãt apud deam. Eo tamen casu alia in deficiẽtis locum à pontificibus substituitur. His autẽ honores multi, & pulchri à ciuitate reddũtur, propter quos neq; filiorũ eis neq; nuptiarũ est desideriũ. Pœnę aũt delinquẽtib⁹ impositę sunt magnę earũ'q; inquisitores, & punitores sunt ex lege põtifices, eas q̃dẽ in minorib⁹ delictis verberib⁹ afficiẽtes, corruptas vero turpissime, lõge'q; miserabili tradẽtes morti. Viuę eñ emittuntur super lecticã latæ more mortuorũ, deflentibus eas, pręeũtibusq; amicis, & cognatis, ac perlate vsque ad portam collinam intra muros, in monumento sub terra præparato cum sepulcrali apparatu deponuntur, ac neque instituto, neque alia lustratione vlla cõsueta potiũtur. Multa q̃dẽ cũ alia indicia videtur esse non sanctę

L. Metellus pont.

Palladiũ.

Quod primo vestales.

Pęna vestaliũ deliquẽtium.

non sanctę administrantis sacra, tum pręcipue ignis extinctio, quam super grauia omnia Romani timent, interitus vrbis signum ad assumētes quacūque accidat causa, multisque ipsum procurationibus, multisque placantes cultibus adducunt iterum in tēplum. de quibus suo loco dicam. Dignissimū autē hoc loco est manifestum deæ numē historię mādare, quod insimulatis iniustę virginibus apparuit. Credūtur enim hęc à Romanis, & si fidē excedūt, multū'que de his sermonē habuerūt historici. Nam quicū'q; non diuinam exercent philosophiam, (si quidem philosophias eas appellare oportet, quę omnē detractant deorum illustrationē, quę apud Græcos, siue barbaros fiat) hi in multū quoque risū ducunt has historias, iactationibus humanis eas ascribētes, quasi nulli sit deo cura vllius hominis. Quicunq; vero cura hominū non absoluūt deos, sed esse eos propitios bonis putant, & infestos malis, in multa ipsi versati historia, ne hæc quidem deorum miracula incredibilia esse opinantur. Dicitur ita'que deficiente aliquando negligentia quadam igne, custode tunc eius Emilia aliæ'que virgini nuper electarum, & tunc discentium tradente eius curam, perturbationem fuisse tota in vrbe multam, & inquisitionem per pontifices, ne polutio aliqua circa ignem sacerdotis extitisset. Tunc autem Emiliam ferunt insontem quidem, sed dubitabundam ex huiusmodi casu, præsentibus sacerdotibus, & alijs virginibus manus super aram tendentem, ita dixisse. Vesta vrbis Romanæ custos, si quidem pie, & iuste sacra tibi perfeci annis paulominus triginta, & animum purum habens, & corpus castum demonstra mihi, sisque auxilio, neque paruipendas sacerdotem tuā morte mori miserrima. Si verò impium aliquod gestum est à me, meo ipsius supplicio vrbis polutionem expia. Hæc dicentem, & scindentem à carbasea veste, qua tunc amicta erat, fasciam, post preces factas iecisse eam super aram dicunt, ac ex frigido multo ante, nullam'que seruante scintillam cinere, flāmam emicuisse multam per carbasum, ita vt nec ciuitati lustratione, ne'que nouo opus esset igne. Hoc etiam admirabilius, & fabulę similius est quod dicam. Accusasse enim iniuste quendam ferunt vnam ex virginibus sacris, Tuciam nomine, ignis quidem interitum obijcere nequiens: verum aliàs quasdam verisimiles cōiecturas, testimoniorumque ostentationes afferens, non veras: iussam deinde respondere virginem, hoc solū dixisse, dissoluturam se esse non verbis, sed rebus calūnias: quę cū dixisset, inuocasset'que deam viæ ducē fieri, progressā esse ad Tyberim, permittētibus pontificibus, comitāte'q; per vrbem turba, proxime'q; flumē factā, id quod prouerbio dicitur, ausum impossibilem subisse. Haustam enim ex flumine cribro nouo, & ad forum vsque delatā ante pedes pontificum aquā effudisse. Accusatorē'q; eius post hęc dicunt multa inquisitione facta, neq; viuū vsq̄, neq; mortuū inuentum. Sed de miraculis deę multa adhuc cū habeā quę possem dicere, satis esse hęc puto. Sexta autē pars institutionis circa diuina his distributa est, qui vocantur à Romanis salij, quos Numa ipse ex patricijs creauit, iuuenes duodecim spectatissimos deligens, quorum sacra manent in palatio, vocantur'que ipsi Palatini, hi quidem agonales; à quibusdam vero collini vocati salij: quorum quidem sacrarium in Collino est monte post Numam conditum ab Hostilio rege ex voto, quod idē bello sabino nūcuparat. Hi aūt salij oēs

Miraculum.

Salij palatini.

saltatores quidem sunt,& laudatores armatorum deorũ. Solẽnitas aũt eorũ est circiter panathenæa mense,martio vocato,quæ sumptu agitur publico multos dies,quibus ducunt choreas per vrbem,& in forum,& in Capitolium,& in multos alios priuatos'q;,& publicos locos,tunicas versicolores ęneis succinti balteis, togas'q; annectentes fibulis circũ distinctas purpura sub tegmine puniceo, quas trabeas vocant. (est enim gentilis ea vestis Romanis valde honorifica) & quos apices vocant,capitibus imponentes,pileos altos in speciem coni eductos, quas Græci κυρβασίας appellant. Accincti autem sunt omnes gladio,ac dextra lanceã, aut virgam tenent,aut aliquid tale:leua'que peltam thraciam, ea autem est scuti cuneati specie arctiora habentis latera,qualia dicunt ferre eos, qui apud Græcos Curetum sacra perficiunt: sunt'que salij (mea quidem sententia) græco nomine interpretati Curetes, illi quidẽ à nobis ex ętate denominati à curibus,id est iuuenibus,à Romanis vero à continuo motu salij. Nam ἐξάλλεσθαι & πηδᾶν apud eos salire dicitur:& ob eandem causam omnes quoq; alios orchestas. (Quando quidem & his multum inest saltatus,& gestus) ducto à salijs nomine,saltatores vocant. Si vero non recte concœpi, hãc eis tribuens appellationẽ, ex eis,quæ faciũt qui vult consideret. Mouentur enim ad tibiã ex modulo enoplijs motibus: quãdoque simul,ac vicissim,quando'q; patria quædam canentes carmina cum tripudijs,solennique saltatu simul cum choreis. Choream autem,& armigerũ motũ, & in scutis factum per gladios strepitũ,si coniectari licet ex sermonibus veterũ, curetes primi instituere. Fabulã verò de ipsis haùd opus est,scientibus propè omnibus,scribere. In peltis aũt,siue ancillibus,quę salij,& quę ministri eorum quidã ferunt,connexa ex ordine valde multa,vnum inesse dicunt,cœlo demissũ. Inuẽtum autem id esse aiunt in regia Numæ domo, nemine importãte, nec visa antè apud italos tali forma. Ex quibus vtrisque suspicari Romanos volunt,à deo missum esse id armaturæ genus,volentéq; illud Numa in honore haberi, ab optimis iuuenibus in diebus sacris per vrbem latum,& sacrificijs anniuersarijs potiri, simulqúe insidias veritum ab inimicis, & furtiuã eius ablationem ancillia parasse dicunt multa cœlesti illi similia, simul cum Mamurio quodam opifice id opus suscipiente,ita vt incerta insidiaturis, & indiscreta fieret diuini illius natura, nec internosci posset, ob expressam penitus humano opere diuini ipsius exemplaris effigiem. Gentilem autem Romanis, & honoratissimum curitiasmum cum ex multis alijs conijcio,tum vel pręcipue ex ijs,quę circa pompas in circo fiunt. Tunicas enim induti isti decentissimas, & habentes ijdem galeas, parmasqúe, & gladios ordinatim incedunt: sunt'que duces hi pompæ, ab disciplina, quæ videtur inuenta à Lydis vocati Lydiones. Imagines (vt mihi videtur) saliorum, quãdoquidem à curetum nemine,sicut à salijs agitur, neque in carminibus,neque in saltatione. Oportet autem hos esse liberos, & indigenas neutro orbos parente. Illi autem fortunę cuiusuis sunt homines. Sed quid de his opus est plura nũc scribere? Septimam partem sacræ constitutionis collegio apposuit eorum, qui feciales vocantur. Hi quidem essent græco sermone εἰρηνοδίκοι. Sunt autẽ ex optimis domibus viri electi, per omne ipsi vitę tempus sacrati, Numa rege primum hoc etiã Romanis sacrũ vetustũ constituente. Vtrũ aũt ab ipsis eciclis vocatis

Trabea.

Curetes.

Orcheste Saltatores

Chorea.

Ancille.

Dydiones

Feciales.

exemplum

exemplum sumpserit (vt quidam putant) an ab Ardeatum vrbe (vt scribit legi⁹) haud satis scio. Sufficit autem mihi id solum dicere, quod ante Numę imperium nondum erat fecialium collegium. Cōstituit aūt ipsum Numa, cum indicturus esset bellū Fidenatibus, latrociniis ab eis, & excursionibus in agrū Romanorū factis, scire'q; prius vellet, vtrum secum illi conuenire sine bello vellent: quodquidem ipsi constituti in eam necessitatem fecere. puto enī (quandoquidē nō est gētilis Gręcis fecialiū vetustas) necesse mihi esse disserere quot, & quātarū rerū dominū sit id collegium, ne ignorantibus aliquibus Romanorū erga deos pietatē, quam tunc exercebant hi viri, admirādum esse videatur, bella om̄ia ipsis finem optimū habuisse. Omniū enim illorū principia, & causę valde pię fuisse inueniētur, ac propterea deos ipsos in periculis habuisse propitios. Omnia igitur fecialibus apposita percensere, propter rerum multitudinē, nequaq̄ facile est. Summaria verò subscriptione sunt talia. Custodire eos ne Romani vllum bellum alicui cōfœderatę vrbi iniustum inferant. Incipientibus aūt transgredi fœdera aduersus eos aliis se legatos ire, & iusta primū ratione repetere, sic'q; nō pareant postulatis qui lęserint, tunc bellum decernere. Similiter autē si lęsos se esse à Romanis cōfœderati aliqui dicētes æqua postulēt, ea cognoscere: sic'que aliquid perpessi sint, præter fœdera, videantur'que vera obiicere, comprehensos sontes eos læsis dedititios tradere. Iniurias autem circa legatos iudicare, & quæ pia sunt in fœderibus custodire: pacem facere, atque factā, si non ex legibus sacris facta videatur irritam facere: imperatorum iniquitates quęcunque circa iusiurandum, & sponsiones fiunt, cognoscētes ipsos expiare. De quib⁹ quidē locis propriis disseram. Quę vero circa caduceatoria officia ab ipsis fiant, cum ab vrbe, quę iniuste egisse visa sit, pœnā petunt (dignum est enim hæc quo'q; nō ignorare) multa quidem cum cura pii, iurisq́ue facta talia accepi: vnus quidem fecialiū, quē reliqui suffragiis pertulerint ornatus veste, & gestaminibus sacris, vt inter alios conspicuus, manifestusq́ue sit, ad eorum vrbem, qui lęserint, proficiscitur, & attingens fines Iouē, deosq́ue alios inuocat, testans quid ad petendas pœnas pro vrbe Romana proficiscit̄: posteà iuratus quod ad vrbē vadit, quę prius iniuste egerit, & execrationes maximas sibi ipsi imprecatus, ac Romę, si mentiatur, intra fines pergit. Deinde cuicū'que primum occurrit, hūc obtestatus, siue ciuis is fuerit, siue rusticanus, easdemq́ue imprecationes apponēs ad Vrbem vadit. Deinde ante quā vrbem ineat, ianitorē ipsum, siue alium, quem primo obuiū in porta habuerit, eodē modo testatus in forum progreditur, illic'que astans, qua causa venerit cum primoribus disserit, iusiurandum vt prius, & imprecationes apponens. Si igitur iudicium illi subeant, tradentes sontes, vrbe digreditur, eos viros abducēs amicus iam ab amicis: si vero tēpus illi ad consultandū petant, decē eis dierū cū dederit, iterū reddit, atq; iterū, quousq́ue petitionē eorū recipit. elapsis verò triginta diebus, si iusta ciuitas nō exibeat, diis cęlestibus, manibusq́ue inuocatis abit, hoc tantum dicto, quid de eis consultabit per otiū Romana ciuitas. Pronūtiat deinde in senatu cum aliis astans fecialibus, per actum esse ab ipsis quantum fuerit ex legibus sacris piū, & si decernere bellum velint, nihil esse quo prohibeantur à deis: quod si nihil horū fieret, neq; senatus, neq; populus erat dominus belli decernēdi.

De fecialibus itaque hæc accepimus. Vltima fuit diuisio Numæ constitutiōis de sacris, quæ sortiti sunt hi, qui magnum apud Romanos sacerdotium, & potestatē habent: qui quidem lingua eorum ab vno opere, quod faciunt, pontem ligneum

Pontifices

reficientes, pontifices appellantur. Sunt autem rerum maximarum domini. Etenim dijudicant sacras omnes causas, priuatisq́ue, & magistratibus, & ministris deorum, ac lege statuūt quæcunque sunt sacrorum non scripta, & incognita, iudicantes ipsi quęcunque opportuna, & conuenientia esse appareant legibus, & consuetudini: magistratusq́ue isti omnes, quibus aliquod sacrificium, siue cultus deorum aliquis est attributus: ac sacerdotes etiam ipsi omnes recensent, atq; eorum famulos, & ministros, quibus vtuntur ad sacra, obseruāt: ijdē ne quis peccet in sacris legibus, tum priuatis hominib⁹, quicun'q; deo, aut Geniorū cultiones nesciūt, isti enarratores fiūt, & ꝓphetę: & si quos sentiūt iussis suis minime parētes mulctant, ad vnū quod'q; negotiū respiciētes. Sūt aūt ipsi nulli causę dicēdę, aut mulctę obnoxij, neq; senatui rationē, neque populo reddētes. Hos aūt si quis

Hierophātes.

velit ἱεροδιδασκάλους, siue ἱερονόμους siue ἱεροφύλακας, siue (vt nos cēsem⁹) ἱεροφάντας dicere, non aberrabit à vero. Defuncto aūt eorum aliquo, alius in demortui locū substituitur, non à populo electus, sed ab eis ipsis, quicunq; maxime idoneus ex ciuibus videatur: isq́ue ita sacerdotiū probatus accipit, si bonarū eidem auiū auguria eueniāt. Quę igitur in diuinis cōstituta à Numa distributa secūdū electos ordines sacrorum, ex quibus religiosiorem fieri ciuitatē cōtigit, maxima, & clarissima hęc sunt. Quę verò in parsimoniam, atq; modestiā agunt vniuscuiusq; vitam, & in desiderium sistunt iustitię ciuitatem in concordia custodientis, ea sunt plurima: alia scriptis legibus cōpręhensa, alia nō scripta: sed in affectionem, & diuturnas actiones adducta, de quibus omnibus longum esset dicere. sufficiāt autem hæc duo maxime memorabilia ad coniecturam etiam de cęteris faciendam. Ac primum quidem, vt suo quisq́ue contentus esset, nec aliena appeteret,

De terminis pulchre.

de diffinitionibus possessionum cōstitutio. Iusso enim vnoquo'que circum scribere fundos suos, sacrosq́ue finibus lapides apponere, lapides ipsos sacrauit Ioui terminali, statuit'que eis sacra quotannis omnes die constituta facere super locū ipsum coeuntes. Esto etiam die constituto valde honorifico finientium deorū,

Terminalia.

hoc romani terminalia à Termonibus vocant, finesq́ue ipsos vnius literę mutatione à nostra lingua proferentes terminos appellāt: quos si quis occuluisset, aut transtulisset sacrum eum esse dei lege statuit, ita vt volenti eum occidere, tanq̄ sacrilegum, & securitas adesset, & purgatio pollutionis: est'que ius hoc non in priuatis modo possesionibus, sed in publicis quoq́ue constitutum. Illas etiam suis finibus compręhendens, vt Romanum quo'que agrum dij Termini à finitimis diuiderent, & à priuato publicum. Hęc Romani hucusq́ue seruant monumenta temporis huius, ipsius pietatis causa. Deos enim putant Terminos, sacrificātq́ue adhuc eis nō animatum aliquod (neque enim pium est cruētare lapides) sed pultes, & liba, atque alias quasdā fructuū primitias. Oporteret autē rē ipsam adhuc aminaduertere, cuius gratia Terminos putarunt deos vocādos, atque contentos quidem possesionibus suis homines, neque alienarū quicq̄ sibi vendicantes, neq; vi, neque dolo. Nunc aūt nō erat meli⁹, neque vt maiores tradidere, determināt

quidem

quidem propria ab alienis, sed est eis limes possessionum,non lex,sed omniũ appetitio, res ea quidem sanè non honesta. Verùm de his sermonem in aliud tempus differemus. Numa ita'que in parsimoniam, & temperantiam constituit his legibus ciuitatem: in iustitiam verò contractuum adduxit, rem inueniens ignoratam ab omnibus rerum publicarum elegantium scriptoribus. Videns enim quod contractuum eos quidem, qui palàm, & præsentibus testibus conficiuntur custodit verecundia astantium: rariq́ue sunt in his decipientes: qui verò sine testibus fiunt,multo plures cum sint vnam habent contrahentium fidem in hãc ipsam præcipue,& super omnia intentum se esse oportere existimauit, diuinisq; eam cultibus dignam facere. Ius enim,& fas & talionem, & quę vocantur à Græcis & erines, omnia his similia à superioribus quidem abunde diuina facta,& sacrata existimauit. Fidem verò, qua nihil est in hominibus maius, neque magis sacrum, nondũ cultu potita esse, neq; in publicis ciuitatũ rebus,neque etiã in priuatis,hoc intellecto,primus ipse omnium templũ Fidei publice erexit,sacrificiaq́ue ei statuit sumptu publico,sicut dijs alijs. Factura enim erat cum tempore cõsuetudo ciuitatis fida, & stabilis apud eos tales etiam priuatorum mores. Sic igitur venerabile, quiddàm,& immaculatum putabatur fidelitas, vt iusiurandum maximum esset,& testimonium validissimum sua cuiusq́ue fides. Et quotiens de contractu sine testibus dubium aliquod incideret,alteri cum altero ea,quę litẽ dirimebat neque contentiones progredi vlterius sinebat, fides erat alterutrius litigantium. Magistratus quo'que, & disceptatores plurimas litium iureiurando ex fide dijudicabant. Et hæc igitur in temperantiam adhortantia, & in iustitiam cogentia à Numa tunc inuenta ciuitatem romanam quauis domo optime administrata ornatiorem effecerunt. Quę verò dicturus nunc sum, diligentem eã ad necessaria,atque bonorum operatricem reddiderunt. Considerans enim vir idẽ, quod quę iusta dilectura esset, permansura'que in vita temperãti, ciuitatem necessaria affluentia abundare oportebat:agrum omnem diuisit in eos,qui pagi vocantur: pręfecit'que pagis singulis singulos magistratus: inspectores,& custodes suę quosque partis. Hi enim circumeuntes assidue,bonosq;, & malos describentes agricultores regi deferebant, isq; laudibus prosequens diligentes agricolas, & comitate complectens: segnes autem, & ignauos opprobrijs, mulcta'que insectans, ad colendos agros melius quen'que inuitabat. Atq; ita liberati bellis,& vrbanis negotijs multum otij nacti, tum ignauię,segnitieique pœnas etiam cũ pudore dantes, coloni omnes fiebant, diuitias'que ex terra diuitiarum omnium iustissimas,militari copia nihil firmi habente, dulciores arbitrabãtur. Numę verò ex his cum amari contingebat à suis,& à finitimis optari,tũ verò à posteris memoriam eius coli, per quem virum nec intestina seditio ciuium concordiam dissoluit,neque bellum externum vllum ex optimis, & admirandis studijs ciuitatẽ mouit. Tantum enim aberant vicinę gentes,vt imbellem Romanorum quietẽ inferendi belli occasionem haberent: vt etiam, si quod eis inter se bellum incidisset, reconciliatores suos pars quę'q; Romanos facerent, Numę'que iudicio inimicitias dissoluere postularent. Hunc ego virum nequaq̃ erubescerem inter primos eorũ qui fama beatissimi circũferũtur, annumerare. Genere eñ,& forma potiꝰ

pulcherrima de fide

Nota.


Ager in pagos diuiditur.

est regia, eruditione haud intẽtus circa verba inutili, sed ex qua pie agere didiscit, atque aliàs affectare virtutes, ad imperium Romanorum suscipiendum dignus visus est, adhuc iuuenis euocatus in regnum, ob virtutis gloriam. Vitã quoque peregit oẽm optemperantibus vtẽs ciuibus, & in tẽpus ætatis maximum processit integer, nihil idem à fortuna cõflictatus, facillima'que morte obijt, senectute dissolutus, permanente ei eodem, quem à principio sortitus erat, genio, quoad ex hominibus migrauit, Annos viuens supra octoginta, quadragintatres regnans, prolem quidem relinquẽs, vt plures scribunt, filios quatuor, filiam'que vnicam, quorum adhuc superest genus. Vt aũt tradidit Gneus Gellius solã filiam, ex qua natus est Ancus Martius rex ab eo tertius Romanorum. Moriente autem eo luctus fuit in vrbe maximus, funusque ei duxit ciuitas nobilissimum. Iacet autem in ianiculo trans Tyberim. Et hæc tanta quidem de Numa Pompilio accepimus.

Numę mors.



DIONYSII. HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM LIBER TERTIVS.



NVma Pompilio mortuo, factus iterum senatus reipublicæ dominus, in eodem genere regiminis, nec inuito populo, permanendum censuit: cõstituit'que interim ex senioribus in pręfinitũ quendam dierũ numerum præfuturos vrbi interreges, à quibus deinde is, quem populus omnis prætulit, Tullus Hostilius rex dictus est. Eius aũt genus hoc fuit ex vrbe Medullia, quam ab Albanis conditam Romulus fœdere suscipiẽs, Romanorum coloniam fecerat, vir generosus, & opibus polens, Hostili⁹ nomine. Romam commigrans vxorem duxit ex genere Sabinorum, seruili filiam, eã ipsam, quę gentilibus suis fœminis bello Sabino consuluerat legationẽ suscipiendã pro viris ad patres, quęque etiam visa erat conciliandorum ducũ causa fuisse pręcipua. Hic vir igitur multis in bellis sub Romulo militans claris editis facinoribus bello sabino iterit, filium relinquens vnicum, sepelitur'q; à regibus in optimo fori loco, virtutẽ eius testãtis tituli inscriptione dignatus. Ex hoc autem filio viro facto, & illustrem ducente fœminã, Tullus Hostilius est genitus, vir prõptus, & alacer, qui rex deinde creatus est, cum suffragijs ciuilibus de eo latis ex legę, tum vero numine secũdis augurijs firmante, quę populo visa erant. Annus aũt, quo is imperium suscepit, secundus erat septimę, & vicessimę olympiadis, qua vicit certamine Eurubates, imperante Athenis Leostrato. Hic autem in ipsa imperij susceptione opus edidit omnium magnificentissimum. Quicquid erat in vrbe populi mercẽnarij egenique sibi peculiare faciens. Hoc modo regionem extra sortem multam'q; & bonã superiores reges habuerãt cuius fructib⁹ & in rẽ diuinã, & in domesticũ victum copiosi eis sumptus exhibebãtur, eam Romulus bello quęsierat, quo sine

Tullus hostilius.

filijs mortuo, succedens ei Numa possederat. Erat enim possessio nondũ publica, sed regum sortis. Hanc igitur Tullus ijs, qui nullam sortem haberent, diuidi viritim iussit, satis esse dicens sibi rem paternam ad sacrorũ simul, domusq́ue impẽdia: ea'q; liberalitate cõplexus ciues pauperes, ab operis eos in alieno vẽdicauit: ac ne item esset ædium vllus expers, eũ collem, qui Cęlius dicitur, muro cõmuniẽs vrbi addidit vbi quidẽ quicunq; erãt sine laribus Romani ex eo loco sortiti quod satis esset, sibi ædes construerent, ipso quo'que in eodem colle habitante. Ac ciuilia quidem eius hæc opera memoratu digna. Actiones verò bellicę tradũtur multę, quas nũc prosequor, ab Albano bello facturus initiũ. Cõmittendarũ enim ciuitatũ dissoluendęq; cognationis causa vir albanus fuit Cętius, siue Cęlius nomine, maximo apud eos magistratu dignat⁹. Hic vir aũt res secũdas romanoꝶ ferẽs egerrime, nec inuidiã cohibere valens, natura idẽ arrogãs, & stolidior bellũ inter ciuitates excitare cogitauit. Cęterum non videns queadmodũ persuadere posset Albanis, vt in Romanos ducendum exercitũ sibi permitterent, neq; iustas nuque necessarias habenti causas, dolũ est machinatus huiusmodi. Egentissimis Albanorum, & ferocissimis latrocinia agere permisit in Romanorum agro, impunitatẽ pollicitus, cõparauitque statim multos sequẽtes lucra periculo vacua, quibus illi absistere nullo metu prohibiti latronũ bello finitima impleturi erant. Hoc autem fecit coniectura vsus verisimili, vt res ipsa testimonio fuit. Romanos enim suspicatus est non passuros esse hos raptus, sed ad arma vẽturos, sibiq; potestatem fore accusandi eos apud populũ, tanq̃ bellum incipiẽtes, opinatusq́ue est plurimos colonis suis inuidentes fœlicitatem tantam, criminationes ipsas iucunde suscepturos, decreturosq́ue bellum, quod quidem euenit. Agẽtibus enim prędas inuicem ex vtra'q; vrbe latronibus, & exercitu quando'q; romano in Albanum agrũ impetũ faciente, à quo multi latronũ alij interfecti, alij capti erãt aduocata multitudine in concionem, Cęlius in Romanos acriter inuectus est, & complures ostendens saucios, & affines captorum, mortuorumq́ue adducens, tũ verò plura, q̃ facta essent mentiens, vt legatio primũ ad res repetendas decerneretur effecit, quam si Romani negligerent, bellũ indiceretur. Profectis autem legatis romã suspicatus causam Tullus idẽ ipse prior facere cogitauit, trãsferre volens in Albanos culpam. erant enim fœdera vrbibus sub Romulo cõfecta cũ alia iusta, ęquaq; continentia: tum vt neutra bellum inciperet, sed quę se lęsam aliquando quęreret, ab ea quę lęsisset, iusta reciperet: quod si non contingeret, tunc necessario tãquam solutis fœderibus bellum alteri inferret. Hoc igitur cauens Tullus ne postulãtib⁹ albanis iusta Romani priores negarẽt, obnoxijque Albanis fierent, ex amicis quosdam pręcipuos, & illustres viros iussit. Albanorum legatos omni cum comitate hospitio suscipere domique eos apud se continere: ipse verò negotia simulans quędam necessaria legatorum aditum adfrustrabatur. Ac nocte proxima viros claros Romanorũ, quid opus esset facto edocens Albã legatos mittit simul cum fœcialibus ad res repetendas: hique ante solis ortum capientes iter, mane occurrunt Cęlio in pleno foro: atque enarrantes singula, in quibus lęsi ab Albanis erãt Romani, ea fieri postulabãt, quę in cõmunibus spõtiõib⁹ continebantur. Cęlius autem tanq̃ missis à se prius legatis Romam res repetitũ,

Tullij Liberalitas.

Cęlius.

Dolus.

Tullus.

ac ne responso quidem dignatis, Romanorum legatos, tanq̃ transgressos fœdera abire iubens, bellum eis indixit. discedens autem legationis princeps, hoc solum audire ab eo postulauit, fœdera ne eos transgredi fateretur, qui postulati prius fuissent, nihil'que voluissent sancti peragere. fatente verò id Cœlio, testor inquit deos quos fecimus testes fœderum, quod Romanis prioribus nõ potitis iustorũ piũ erit contra fœdifragos bellum. Nã hanc ęquitatem vos fugitis, vt res ipsa indicat. priores enim iusta repetiti nõ obtẽperastis, atq; priores bellũ nobis indixistis. Cęterũ vlciscẽtes nos armis vestras iniurias propè diẽ experiemini. Hæc cũ audisset Tullus à reuersis suis. legatos ad se Albanos adduci iubet, ac de quibus missi essent rebus exponere. nũciãtibus aũt illis quęcũq; mandarat Cælius, bellũq; minãtib⁹, si nõ iusta ĩpetrasset. Ego inquit hoc prior feci, nihil'q; inueniens eorum, quę iubent fœdera, necessarium, simul & iustũ Albanis bellum denuntio. Post has aũt excusationes parant vtriq; quę essent bello opportuna, non domesticas modo vires instruentes, sed à socijs etiam alias accersentes: vtq; parata eis ex sententia fuere omnia, prodire aduersũ vtriq; decreuere, castrísq́ue positis ad quadraginta stadia roma distantibus, Albani quidem circa fossas cęlias vocatas (seruant enim eius qui fecit nunc etiam cognomentum) Romani vero paulo interius loco castris electo cõmodissimo cõsederũt: vtq́ue inter se mutuo conspexerunt hę vires, neq; multitudine deficiẽtes, neq́ue genere armorũ viles, neq́ue vllo alio apparatu facile contẽnendę, celeri ad pugnam impetu, quẽ initio pariter vtriq; habuerant, tãquam primo incursu hostes in fugã versuri abstinuerunt: atq́ue custodię potius, quam inuasionis curam assumpserũt, vtriq; vallum celsius erigentes. Venerunt autem prudẽtissimis eorum, & ęquissimis in mentẽ recta consilia, culpabantq́ue optimates. Transeunte autem in vacuum tempore (nihil enim mentione dignum aut decursionibus ab excelso, aut cõcursionibus equitum gerebatur) is qui belli autor visus erat cęlius sessionem otiosã, & inefficacẽ dolens, educere exercitum statuit, hostesq́ue in pugnam prouocare, siq; eos non exiret, munitiones aggredi. Paratis igitur quę ad pręlium opus erant, atque ad oppugnanda etiam, si ita res posceret, castra, vbi nox venit, iacens in prętorio cęlius, assidente ei custodia solita, circiter primã lucem mortuus inuenitur: neq; cędis, neq́ue laquei, nec veneni, neq; alius violentę calamitatis in corpore signũ prorsus habens vllum. admirabili autẽ, vt ęquum erat, hoc casu omnibus apparẽte, quęsita'que causa (neq́ue enim habebant quare morbus aliquis pręcedẽs accusaretur) Alij quidem in diuinam prouidentiam fortunam omnem humanã referentes ira numinis extinctum esse eum hominem dicebãt, vt pote qui inter metropolim, & coloniam bellum sereret neque iustum, neque necessarium: alij autem quęstuosum sibi id bellum fore existimantes, seque magnis cõmoditatibus fraudatos in insidias id factũ, & in iuidiã factionis aduersę transferebãt, quosdã ipsi simulãtes occultis venenis, & indeprehẽsibilibus quęsitis hunc virũ interimisse: alij vero mœrore, & impotẽtia victum eum voluntario interitu mortuũ opinabantur, quandoquidem difficilia ei omnia, & sine exitu acciderant, neque aliquid ei cõtigerat ab initio expectatorum. Verũ eis, qui neque amicitia, neque inimicitia erga ducẽ mouebãtur iudicio optimo quod euenerat iudicãtib⁹: neque

Fossę cęlię.

Mors cælij.

diuina

diuina vltio,neq; emulorum inuidia, neque rerum desperatio,sed naturę,necessitas eum hominem extinxisse, & mors sua videbatur, quasi debitã is sibi sorte, & mortalibus omnibus fatalem vita functus impleſſet. Cęlius igitur ante facin⁹ aliquod egregiũ æditũ tali morte consumptus est. Cuius in locũ dux, & imperator creatus est in castris Metius suffeti⁹, vir hic quidẽ nec dux bello idone⁹, neq; certus, aut stabilis pacis custos, sed cum nemine Albanorũ minus prõptus à principio fuisset in discordiam ciuitatum, ex hoc ille post mortem Cęlij dignatus est imperio: quo potitus vbi cognouit omnia, quę, vt in rebus haud satis lętis erant inexplicabilia, in eisdem cõsilijs, quibus prius, nequaquã permanẽs, in dilationes, & moras rem ducendam statuit, iam nec albanos vides eandem omnes ad bellũ prõptitudinem habentes, nec auspicia, cum de pręlio consuleret, sibi egregia euenisse: sic'que tandẽ in reconciliationem prouocare hostes cogitauit, prior ipse pręcones mittens, cũ ab extraneis quoq; ue periculũ, tam Albanis, quã Romanis impendens, nisi inter se congruerant, ante cognouisset: bellũ sanè improuisum, & vires simul vtras'que euersurum. Erat autẽ id huiusmodi. Veientes, & Fidenates magnas vrbes, & populosas habentes regnãte Romulo de principatu bellum cũ Romanis gesserãt, in quo magnos amittẽtes vtriq; exercitus, & agri quo'q; parte mulctati, dicto audientes fieri victoribus coacti erãt, quibus de rebus scriptũ est superius. Regnante verò Numa Pompilio pace stabili fruẽtes, ad libertatem, & ad diuitias, omnẽq; ue aliam fœlicitatem magnũ habuerãt augumentũ. His itaque bonis elati libertatem etiam parẽ expetebant, erexerãt'que animos, ac ne parerent amplius Romanis apparabãt, occultato interim defectionis consilio, donec palã factum est hoc bello. Nam vt Romanos audierunt obuios Albanis isse, id esse tempus rati optimũ fraudi suę, arcanas faciũt per potentissimos homines coniurationes, vt qui arma ferre possent cõuenirẽt Fidenis omnes, clàm tamen, nec plures simul, ne paterent insidiæ: illic'que expectãtes eos iussum erat id tempus capere, cum Romanorũ, & Albanorũ copiæ relictis castris ꝓdissent in aciẽ. Hoc autẽ clarũ facturi erant eis per signa speculatores ad obseruandũ in mõtib⁹ collocati, quę vbi signa elata essent, opus erat arreptis armis ipsos propere in hostes ferri. Erat enim via nequaquàm multa Fidenis ferens ad vtra'que castra: sed duarum, aut ad summũ trium horarum iter. Superuenientes itaque certamini, vt consentaneum erat, iam finẽ habenti, instituerant nihil amicũ ducere. Verũ siue Albani siue Romani vincerant, victores interficere. Hęc em̃ erãt pręsidẽtibus ciuitatum constituta, quòd si Romanis viribus despectis, Albani ferocius in certamen irruissent vna'que pugna decernere de rerum summa properassent, nihil erat, quod prohiberet fructum in eos dolum vtros'que latuisse, profligatos'que amborum exercitus. Mora autem, præter spem omnium, prælij, tempus'que ipsum diu, dum apparantur, extractum diffudit insidiantium consilia. Extra em̃ coniurationem quidam, siue lucri priuati causa, siue primoribus ciuitatum, huiusq; ue facinoris introductoribus inuidentes, siue indicia ipsi etiã aliorũ veriti, quod in multorũ hominũ, mora longioribus'que cõiurationibus male pati pleris'que acciderit, siue etiam argumento moti sententię minime cõsentiẽtis, opus impiũ, infortunatũ finẽ euadere, indices ipsi fiunt hostibus huius doli. Quo cognito ma

gis adhuc ad reconciliationē suffetius festinauit, quasi nihil eis iam pręter cōcordiam inter se relinqueretur, neque amplius in deliberationē res hęc venire posset. Factum est etiam ab amicis in Fidenis romano huius cōiurationis indiciū, ita vt nec ipse vlterius differendas putaret suffetij prouocationes. Vbi vero conuenere in medio inter castra spatio, consiliarios vtriq;, & prudentes, & idoneos adducentes, salutantes inter se primum, vt antea consueuerant, amicasque, & cognatas obseruātias cōmemorantes, de bello postea dissoluendo differuere. Incepit autem

Oratio. Albanus prior hęc dicens. Necessarium videtur Tulli, me primū causas ostendere, quibus motus prior ego colloquium de dissolutione belli postulaui neq; pugna victus à vobis, neq; cōmeatu prohibitus, neq; in aliam inclusus necessitatem omnino vllam, ne me forte suspicemini viriū mearū imbecillitatē, vim'que vestrā vix superabilem existimantem decētem aliquam quęrere discessionem à bello. Intollerabiles enim essetis pre grauitate, si quid de vobis tale crederetis: nec quicquā facere moderate velletis: quasi ipsi quidem visi bello iam victores. Ne igitur huius mei consilij causas falsas admittatis, ob quas bellum dissoluēdum censeam audite veras. Ego dux creatus à patria, idem'que Imperator, dū imperium suscipio sum equidem speculatus quænā essent, quę cōturbarēt ciuitates nostras, causæ pręcipuę. Videns autē paruas eas, & neque satis validas ad tātam amicitiam cognationem'que dissoluendam nequaquā sane putaui optima neque Albanos, neq; vos decreuisse, magis adhuc hoc cognoscens, multam'que dānans nostram vtrorū'que insaniam, vbi rebus magis intēdi: sum'que scrutatus vniuscuiusque voluntatem. neque enim in priuatis, neq; in publicis colloquijs idem sentientes de bello omnes Albanos vidi: & (quod est iampridem oīm, quę humanis cōsilijs percipiūtur, grauissimū) diuina signa quotiēs pugnaturus imolaui, tristiora facta multū mihi mœrorem, multā'que dubitationem attulere. Hoc'que igitur anio versans pugnę impetum cōpescui, interponens dilationes, & moras aliquas semper belli. Vosque priores existimās de amicitia sermonē incepturos. At'que ita Tulli oportuit vos facere, qui coloni nostri sitis: neque ipsos expectare donec Metropolis inciperet. Quanto enim honore ęquū esse aiunt potiri patres à filijs, tanto etiā à colōis suis cōditores vrbiū putāt oportere. Dū nos aūt ipsi cūctamur, expectamusque alteri alteros vtri recta, fideliaque colloquia incipiant, alia quędam necessitas omni cōsilio hūano maior nos versans agit: quā ego cū audierim vos adhuc latentē, nō oportere putaui de decore inter nos, aut de honore recōciliationis deliberare. Grauia em̄ Tulli machinamēta aduersus nos struuntur, & ineuitabilis in vtros'que nullo negotio, nullóue cōsultus est dolus, qui labore res nostras oēs obtriturus, atq; proligaturus fuit. Ignis in morē vel torrētis irruēdo. Impiorū aūt cōsiliorū architecti sunt potētissimi Fidenatiū, atq; Veientiū ciues vna cōueniētes. Qui verò fuerit insidiarū eorū mod⁹, & vnde ad me peruenerit arcanorū cōsiliorū cognitio, nūc audiatis. Hisque dictis vni ex astantibus legēdas dat literas ab hospitibus suis quibusdā Fidenatib⁹ acceptas, missum'que ad se etiam nuntiū introduxit. Lectis aūt literis, & audito nūtio, stupefactis'que omnibus haud secus, q̄ par erat, tanto pręter expectatū periculo, paulū cōmoratus suf

Suffetius. fetius rursus ita cępit. Audistis cās Romani, ob quas ego plurimū distulerim: sed nūc etiam

etiã prior ego de amicitia v̄ba facere institui, vosq́ue deinde considerabitis, vtrũ opus esse putetis de vitulorum raptu, aut ouium aduersus conditores, patresq́ue vestros bellũ nefandũ gerere, quo siue victi siue vincẽtes, tñ perdendi sitis: an dimissis inimicitijs erga cognatos nos vtrosq́ue in cõmunes hostes verti, qui non tantũ à vobis deficere, sed insurgere ipsi in vos quo'que cogitarunt, neq; graue aliquod perpessi, neque se à vobis perpessuros veriti: ac ne illi quidem palàm (vt lex belli communis postulat) sed occulte inuadere cogitantes, ne quis omnino suspicari, aut cauere possit eorum insidias: sed quod nobis sit omnibus dimissis inter nos odijs, summo studio aduersum impios homines eundum. Esset enim insaniæ cõtrarium eligere. Haùd opus est vobis, tanq̃ sciẽtibus, ac facturis, plura dicere, vel vlterius adhoratri. Quẽadmodum autẽ recõciliationes honestæ, & vtiles ciuitatibus nostris fiant (nã hoc forsan audire cupitis) conabor equidẽ iam dicere. Ego enim p̄claras, decentissimasq́ue cognatis, & amicis inter se recõciliationes existimo esse eas, in quibus nihil est cuipiam reliquũ neq; odij, neque offẽsarum memoriæ, remissione omnium, quæ quisq́ue egerit, aut pertulerit facta sine dolo. Minus autẽ his decoras eas esse, in quibus crimina diluũtur: vel vbi qui alteros læserint coguntur subire iudicia ratione, lege'que cõdemnãdi. Harũ ita'q; recõciliationũ decentiores, easq́ue magnanimas oportere eligere nos vtrosq́ue censeo, in'que animũ inducere neutris nostrũ alteros succensere. Tu aũt Tulli, si res transigi hoc pacto nolis, sed ratões inuicẽ ab ijs, qui insimulantur reddi, & exigi postules, hoc quoq; facere dimissis odijs parati sunt Albãi. Sin aũt aliàs præter has, habes honestiores cõditiones, vel iustiores, nõ vtiq; nos præuenies in exequẽdo si dixeris: magnã'q; tibi gr̃am habebim⁹. ❧ His à suffetio dictis, rex rõan⁹ ita respõdit. Et nos item suffeti grauẽ suspicabamur accepturos nos esse calamitatem, si cum sanguine, & cædibus coacti essemus bellum cognatum gerere, per auspicia nos quo'que, quotiens de bello sacrificium fecimus, pugnam incipere p̄hibiti, tum occultas Fidenatium, & Veientiũ cõiurationes, quas in nos illi vtrosq́ue intendebant, paulò ante cognouimus ab hospitibus quibusdam vrbium ipsarum ad nos quo'que delatas: nec incauti iam ad eos sumus, quin, vt nihil nos ab eis detrimẽti accipiamus, dentq́ue illi pœnas perfidiæ meritas, apparamur, ne'q; minus quã tu hoc bellum conditionibus dissolui, ac non armis optauimus. Priores verò de pace legationẽ nos mittere haùd dignũ esse cẽsuimus. quãdoquidem nec priores bellũ ipsi incœpimus, sed incepto repugnam⁹, deponẽtib⁹ aũt vobis nũc arma p̄uocatiões vestras de pace iocũde suscipimus: neq; de pactiõib⁹ ipsis aliquid scrupulosius disputam⁹: sed illustres, magnificẽtissimasq́ue capimus iniurias, simul & delicta omnia ciuitatis Albanorũ vltro remittentes, si quidẽ etiam publica dici oportet ciuitatis delicta ea, quorũ dux vester Cælius autor fuit, qui de nobis tamen vtrisq́ue non immeritas dijs pœnas dedit. Seponatur ita'que siue priuate, siue publice expostulationis p̄textus oĩs: nec vlla deinceps sit malorum præteritorum memoria (vt tibi quo'que visum est) suffeti. Sed nõ id satis est considerare nos tãtum quo pacto præsens odium finiamus: sed ne bellũ amplius geram⁹ etiam p̄uidere. Ne'que eñ maloꝵ dilationẽ: sed liberationẽ quæsituri cõuenimus. Quæ igitur futura sit firma belli dissolutio, & quid agẽdo vtriq; &

Nota.

Oratio Tulli.

nunc,& in omne tempus amici simus,tu suffeti præterijsti. Ego verò hoc etiam conabor addere:si quidem Albani desinant inuidere Romanis bona,quę possident magnis ea periculis,& laboribus quęsita. Etenim nulla in re à nobis neq; magna, neque parua lęsi propterea nos odistis, quod videmur melius, ac fœlicius, quàm vos agere. Tam & Romani desinant suspectos Albanos ducere, & insidiātes vos semper eis,tanq̃ inimicos,cauere. Non enim fieri amicus quisquam potest male uolenti firmus. Sed qua igitur ratione horū vtrū'q; fiet? non si hęc ipsa scripserimus in sponsionibus, nō si iurabimus vtrique per sacra. Paruę enim sunt hæc custodię, nec satis firmę: sed si cōmunes putauerim⁹ nostras vtrorūlibet fortunas. Hoc enim vnū suffeti solum est doloris humani de alienis bonis remediū vt qui inuident nō amplius aliena ducant eorum, quibus inuident bona. Vt hoc igitur fiat, Romanos oportere arbitror cōmunia Albanis ponere quęcunqúe habent, aut habituri sunt bona. Albanos vero iocunde data accipientes fieri omnes,quod esset optimum,aut si minus, plurimos vestrum, & optimos vrbis Romę habitatores. Neqúe enim si sabinis & Etruscis pulchrum fuit, vrbes ipsos suas relinquētes ad nos commigrare: vobis quidem coniunctissimis hoc ipsum futurum non est pulcherrimum. quod si vrbem hanc nostram magnam iam, & futurā adhuc maiorem non habitandam censeatis, sed amplectamini paternos lares, illud saltem faciatis, concilium vnum designantes, vbi de commodis deliberetur vtriusqúe ciuitatis, vni principatum tradite, & ei quidem potentiori, & quę minorem augere maioribns beneficijs possit. Hęc igitur ego censeo, quę si fiant tū nos certos, & stabiles fore amicos puto. Duas autē vrbes qui incolant ęque, vt nūc, eminentes nunq̃ ego inter se satis esse consensuros reor. His auditis, suffetius tēpus ad consultandum petijt: segregatusqúe à colloquio cum assidētibus sibi Albanis deliberabat, vtrum oporteret, an non, oblata recipere. Sententijs autem omnium cognitis, reuersus iterum in colloquiū, ita respōdit. Nobis quidē nō videtur Tulli, patriā relinquere, nec paterna oportere nos sacra, & cōmunē Vęstā, arasq; ꝓpauitas deserere, ac locū ipsum, quē paulo min⁹ ānis quīgētis patres nostri obtinuerunt: atq; hoc, neq; bello nos vrgēte, neq; alia nobis vlla à deo missa calamitate. Vnum aūt constitui cōsilium, vnā'que esse imperaturā alteri ciuitatē nō displicet. Scribat̃ aūt in fœderibus hęc pars quoqúe, si placet: absidatur'q; iam omnis belli excusatio. Ac de his quidem inter eos facile cōueniebat: sed de susceptura principatum vrbe differebant, sunt'q; multa in vtrā'q; partē dicta ab ambobus, dignum censente vtro'que, ciuitatem suam alteri imperare. Sic'que igitur Albanus pro se ista adducebat. Nos quidē Tulli etiam reliquę Italię principatu digni sumus, gentē ipsi græcā, & maximā incolentiū hanc terrā gentium exibentes. Latini verò generis principatum obtinere nos item nihilominus, quā aliarū gentiū iustū ducimus: nec id quidē sine causa, sed communi lege hominū, quā natura tradidit, nepotibus oībus imperare ꝓgenitores. Ante verò reliquas colonias, quibus nihil hucus'q; obijcimus, vestrę vrbi nos putam⁹ impare oportere, non multis q̃dē āte seculis, vt ob scurū esse possit vetustate gen⁹, sed tertia āte hāc ętate missis à nobis in eā colōis. Si verò hūanā ęquitatē cōuertēs natura statuat, vt iuuenes seniorib⁹ imperēt, & ꝓgenitoribus post geniti: tūc nos quo'q; matrē vrbem

Marginal notes: Respōsio Albanorū. — Oratio suffetij

bem sub imperio coloniæ esse permittemus. Ante eñ minime cogitamus, huic iuri obtemperando spõte vobis imperio nos cedere. Est & aliud, propterea quod vos non ad exprobationem, aut calumniam vestram accipiatis, sed necessario putetis dictum, quod Albanorum quidem genus quale fuit sub condentibus eam vrbem, tale etiam ad hoc tempus manet, nec ostendere posset aliquis apud nos gentem aliam, quam græci generis, & latinorum, quam quidẽ nostrę fecerimus reipublicę participem. Vos aut cautionem eius, quod penes vos fuit, regiminis corupistis, cum Etruscos susceperitis, & sabinos, & alios sine laribus quosdã, & errabundos barbaros q̃ plurimos: ita vt sit iam perpaucũ id quod à vobis descẽderit genus vestrum legitimum. Sit verò plurimũ introductũ, & varium, & alienigenum. Quòd si nos vobis imperio cęderemus, esset plane legitimo imꝑaturum nothum, & gręco barbarum, aduentitiũ'q; indigenis. Ac ne illud quidem dicere poteritis, quod aduentitiam istã turbã nullius esse permittatis iuris publici dominã: sed ĩperetis vos vrbi, cõsulatisq́ue, indigenę. Nã reges etiã creatis externos, atque senatus pars maxima vobis est ex aduenis, quorũ neutrũ potestis dicere vos volẽtes tolerare. Nam quis melior vltro subit deterioris imperium? Magna igitur esset stulticia, ne'que minor nequitia quę vos ipsi necessario ferre diceretis ea nos vltro suscipere. Postremo mihi hęc quo'que est ratio, quod vrbis nostræ nulla adhuc pars est regiminis mota decimam, & octauã ætatem iam habitatæ, & tamen ad omnia ornatę consueta, patria'que perficientis. Vestra autem inornata est adhuc, & inordinata, vt nuper condita, & ex multis coalescẽs nationibꝰ, multi adhuc temporis indigens, & multorũ laborũ, vt reformari possit, & quiescere perturbata ea, vt nunc vobis est, atque seditiosa. Et quis enim oportere non dicat cõstituta perturbatis, inexpertis probata, atque sanà lãguẽtibus dominari? quorum ipsi contraria postulantes, haud recte facitis. Hæc cũ dixisset sufetius siluit: atque respondens Tullius. Quicquid, inquit, ex natura ducitur, & progenitorum virtute, æquũ est suffeti, & nos Albani vobis, nobisq́ue esse comune. Idẽ enim vtriq; iactamus genus, ita vt nihil huius gratia plus, aut minus alteri alteris habeamus. Imperare autem oportere colonijs matres vrbes, quasi iure quodam naturali, & necessario, nec est verùm, neque iuste postulatur à vobis. Multę eñ sunt nationes, apud quas matres vrbes non imꝑant, sed colonis suis parent: cuius rei maximum, & clarissimum exemplũ est spartana ciuitas, non ipsa gręcis tantum alijs, sed dorico etiam generi, vnde ea deducta est, imperare postulans. Sed quid opus est de alijs dicere? Vos eñ Lauiniensiũ, q̃ vrbẽ vestrã cõdiderũt coloni estis. Si aũt lex est naturę, vt imꝑet mater vrbs colõię, an nõ pręstabũt nobis, vobisq; Lauiniẽses iusta statuẽtes? Ac ad primũ hoc ius vestrũ, & magnã quidẽ habẽs apparentiã, hęc dicta sufficiat. Quod verò ꝑscrutari inuicẽ vitã nr̃am vtrorũ'q; aggressꝰ es, generositatẽ asserẽs Albanorum eãdẽ semꝑ ꝑmãsisse, nostrã aũt alienigenarũ ꝑmixtiõibꝰ corruptã, neque dignũ esse nothos imꝑare legitimis, aut ĩdigenis aduẽtitios, disce te etiã hoc iure maxĩe aberrare. Nos eñ tãtũ absumꝰ, vt comunẽ fecisse volẽtibꝰ ciuitatẽ nr̃am erubescamꝰ, vt nos ĩpĩ p̃cipue veneremur hoc ope nõ nos huiꝰ ãte alios studij prĩcipes, sed à ciuitate Atheniẽsiũ, cuiꝰ maxĩa est in grẹcis gloria, sũpto hoc exẽplo, atque ideo genus nobis

Tulli responsio.

Sparte.

Athene.

hoc regiminis,& res ipsa multorum nobis bonorum causa.neq; reprehẽsionem, neq; pœnitentiã,quasi peccauerimus,vllam affert. Imperat aũt & cõsulit,alijsq; honoribus apud nos fruitur,non qui multas possidet pecunias, nec qui multos potest progenitores gẽtiles ostẽdere,sed quisquis potius est his honoribus dign⁹. Non enim vlla in re alia, quam in virtute nobilitatẽ cuiusuis esse existimamus. Turba vero alia corpus est ciuitatis, vires habens, & ad exequenda ea,quę prudẽtissimis visa fuerint,facultatem exibens:sic'q; magna facta est ex parua,atque terribilis finitimis ex cõtẽpta, hac comitate,vrbs nostra:sic'q; initiũ pricipatus, de quo nullus iã Latinoꝝ nobiscũ cõtẽdit,hoc nobis gen⁹ attulit reipublicę quod tu accusas suffeti. Nam in viribus quidem posita est militaribus vrbiũ potẽtia. Ex multis autẽ corporibus vires fiunt. Paruarum autem & infrequentium, & ob hoc inualidarum vrbium ne sibi quidem,nedum alijs,est imperare. Ad summam autẽ ego licere opinor,aliorũ vituperare gubernãdi morẽ,& propriũ extollere,quum põt aliquis Vrbem suã ijs studijs,quæ laudãt,fœlicẽ magnã'q; ostendere:& eas,quas improbat,quia similia nõ elegerint,infœlices,& paruas. Verum enimuero nõ sic res nostræ habẽt:sed ab alto vrbs vestra incipiẽs,& multarũ facultatum potita,in paruã quandam cõtracta est domũ. At nos contra ex paruis initijs breui admodũ tẽpore frequentissimã,& maximã finitimarũ vrbium omnium Romã fecimus,& his ipsi quidẽ institutis,quæ tu improbas,vtentes. Seditiones aũt nostræ(quando quidẽ tu hoc quoque vituperas)non ad euersionẽ, aut diminutionẽ rei nostræ publicæ: sed ad salutẽ,& augumentum fiunt. Certamus enim iuniores,cum senioribus,peregrini cum indigenis,vtri nostrum Reipub. plus cõferãt(& vt breuiter dicamus)cum ijs qui imperaturi sunt alijs. Hæc duo adesse conuenit,in gerendo bello vires,& consulendo prudentiã:quę sunt vtraq; in nobis.ac ne vana sit iactatio,res ipsa nobis ratiõe omni maior est testimonio. Tanta eñ magnitudine,& viribus vrbs fieri quæ'nam potuit tertia ætate post constitutionẽ,nisi in ea fortitudo abunde,& sapiens cõsilium extitisset? Sint aũt satis ad coniecturã faciẽdam de potẽtia eius vrbes latini generis multæ à vobis conditæ,quæ vestrã despicientes vrbem,nobis adhæserunt,& à Romanis poti⁹, q̃ ab Albanis gubernari se postulãt:tanq̃ nobis vtraque valẽtibus,bene amicis facere,& inimicis male,vobis verò horum neutrũ. Multa igitur adhuc habens,& fortissima,quæ possem ad argumentationes tuas dicere,cũ superfluum hũc sermonẽ videam,ac multa quoq; ex æquo rõibus tuis forsan refutanda,nõ iam amplius aduersus cõpetitores vos,eosdẽ'que iudices dicam. Vnum aũt opinor optimum,& ad dijudicandas cõtentiones nostras superesse solũ modum, quo multi olim Barbarique,& Græci magnis odijs,siue de principatu,siue de finibus contẽdentes,sunt vsi:quẽ cum dixero,finem faciam. Certa quadã exercituũ nostrorũ parte vtrique decertemus,in paucissimũ hominum numerũ cogẽtes fortunam belli,& ex vtra vrbe victores superatis hostibus extiterint, concedamus ei ipsi imperium in alteram. Quæcunque enim colloquendo non discernuntur, armis dijudicanť. Et quæ quidẽ de principatu vrbiũ allegata sunt ab vtrisq; ducibus, hæc fuere. Postremo aũt decretũ est sicut proposuerat Romanus. Nã qui in colloquio aderant Albaniq;, & Romani celerem dicessionem à bello fieri querentes

Pulchre.

Nota.

Nota.

Finis.

statuerunt

ſtatuerunt armis contentionē dirimere: quod cum inter eos conueniſſet, de numero quoq́ue quęſitum eſt eorũ, qui pugnaturi eſſent, cum non eundem ſenſum dux vter'q; oſtenderet. Pauciſſimis enim corporibus volebat Tullius belli iudicium fieri, vno Albanorum illuſtriſſimo cum altero Romanorum optimo decertante: erat'que ipſe paratiſſimus pugnare pro patria in eandem quo'que ambitionem ducem Albanum prouocans, decora'que aſſerens exercituũ ductoribus de principatu certamina: nec ſi viciſſent modo viros ſtrenuos, ſed ſi victi quo'que eſſent à ſtrenuis: Poſtremo'que etiam imperatores enarrens, qui ſuas animas potius, q̃ rēpublicam periculo expoſuiſſent: cum indignum arbitrarētur, plus honōrum eſſe ſibi, bellorum minus. Cęterum Albanus paucis quidem corporibus periclitari vrbes recte dictũ putabat. De pugna verò vnius cum altero differebat, hæc dicens, quod ductoribus exercituũ, quũ potentiam ſuam parant, honeſtum eſt, & neceſſarium, de imperio inter ſe certamen. Verum ipſis ciuitatibus (quãdo quidem de eminentia inter ſe differunt) non modo lubricum, ſed turpe quo'que eſſe per duo corpora periculum, ſiue melior fortuna euenerit, ſiue etiã deterior. Ternos autem ex vtra'que vrbe electos viros conſulebat in cōſpectu omniũ Albanorum'que, & romanorum inter ſe dicertare. Eſſe enim conuenientiſsimum in omni diſceptatione hunc numerum, principium, & medium, & finem in ſe cōtinentem. Huic autem ſententię accedentibus Romanis, & Albanis, diſſoluto colloquio ad ſuas vtriq; munitiones abeunt: aduocatiſq́ue deinde militibus ab vtroq́ue duce in contionem, enarrent ijdē & quęcũ'que in colloquio diſputata eſſent & in quibus tandem conditionibus vtriq; conueniſſent. Sanctientibus autem decreta ducum multo conſenſu exercitibus, mirabilis poſt hæc ãbitio militum, centurionũ'q; animos inuaſit, expetentibus vtrin'q; q̃ plurimis huius pugnæ laudē ferre, neq; verbo tm̃ annitētibus, ſed ambitionis ipſius ſigna multa oſtēdētib⁹, ita vt difficilis eſſet ducib⁹ in ea copia optimorũ electio. Quiſquis em̃ aut maiorũ claritate illuſtris, aut corporis viribus præualēs, aut manu ſtrenuus, aut alia fortuna aliqua, vel audacia inſignis is ſe primũ cōſtitui poſtulabat in trib⁹, donec tandē hãc æmulationē duos exercitus diutius detinētē dux Albanus cōpeſcuit: cum veniſſet ei in mentem, diuinam prouidentiam futuri certaminis his ciuitatibus multo ante p̄ſciam eos qui pro ipſis periclitaturi eſſent, parare voluiſſe, cum ex domibus non obſcuris bello'que bonos, & aſpectu inſignes, tum potitos eos genitura minime cum multis communi: ſed rara quidem, & mirabili propter nouitatem: Horatio enim cuidã Romano, & curiatio Albano filias geminas eodem tempore deſponderat seduinius Albanus: hiſq́ue ambobus hę fœminę vno tēpore prægnantes primis partubus trigeminos enituntur mares, quos parentes in augurium proſperũ ſibique, & vrbi ſuę accipienes, educant omnes: dat'q; eis (vt dictum) deus formam, & vires: atque nobilitate animi nemine eorum, qui optime informati ſunt, eſſe deterioribus. His igitur cogitarat ſuffetius certamen ipſum de principatu committere. Ac ſic vocato in colloquium Romanorũ rege, Deus, inquit, aliquis Tulli ciuitatibus noſtris proſpiciens cum in multis alijs, tum in hoc quo'que certamine, manifeſtam eis videtur beniuolentiã oſtendiſſe. Nam inuētos eſſe pugnatores ꝓ oib⁹ claros genere, bello ſtrenuos, & aſpectu pulcherrimos,

Tullius. Horatius. Curatius. Trigemini.

tum ex patribus singulis, singulisq́ue matrib⁹, &, quod maxime mirum est, eadē die eos ternos editos. apud vos Horatios, apud nos Curiatios. Admirāda quędā, & diuina videtur omnino benignitas. Cur nō itaq; oblata nobis a Deo tanta opportunitate vtimur, adhortamur'que ad certamē de imperio trigēios. Nā cum alia, quęcūq; hominibus inesse vellemus optime dimicaturis, in his sunt: tum vero illud, ne progressos socios laborātes deserant. Vis inest ipsis, fratres qui sint, plusq̄ in alijs siue Romanorum, siue Albanorum vllis: deinde etiā aliorū iuuenū ambitio aliter cōpesci difficilis, celerē habebit exitū. Puto enī apud vos quo'que aliquā oportere, sicut apud Albanos, multorū de virtute contētionē: quos si docuerimus diuinā fortunā quādam humana studia preuenisse, cū ex ęquo dimicaturos pro sua quosq́ue prima hos viros nobis obtulerit, facile eos ab incœpto remouebimus. Neque em̄ superari a trigeminis virtute reliqui videbunť: sed certe egregia sorte naturę, atque cōditionis cuiusdā ad cōgressū pari cōgruitate. His a suffetio dictis, at'que om̄ibus sentētiam eius approbātibus (nam et Romanoꝝ, & Albanorum optimos ambobus ducibus adesse contigerat) paululū cūctatus Tullius. Cętera, inquit, suffeti recte mihi vidētur dici. mirabilis enī quędam est fortuna, genituram similem in vtraque vrbe, &, quod alias nunquam cōtigerit, nostra ętate afferens. Sed vnum mihi ignorare videris, quod afferet magnum adolescentibus momentū, si eos velimus ferro inter se decernere. Nostrorū em̄ Horatiorum mater soror est matris vestrorū Curiatiorum: sunt'que educati hi omnes pariter in finibus ambarum mulierū, cōplectuntur'que se inuicē, amāt'q; non minus, quàm vlli vnquā inter se fratres. Vide itaque ne sit impiū, his arma inducere, vocare'que eos in cædē mutuā fratres quidē, simul'que educatos. Consanguinea enim polutio si ad homicidia isti mutua coacti fuerint, in nos redibit ipsos, qui cogimus. Tum'que suffetius. Nec me latuit, inquit, Tulli adolescentiū cognatio, nec vt cogens consobrinos, nisi sponte illi certamē subeāt, dimicare volui: sed vbi mihi hoc consilium in mentē venit, accersitis quāprimū Curiatijs, tentaui prius, an eis volentibus hoc certamen futurū esset. suscipientibus verò ipsis sermonē admirāda quadā, & incredibili alacritate, tunc aperire hoc cōsiliū, & in medium ferre cōstitui: idem quoq́ue tibi facere ꝑmittēs, trigeminis vestris vocatis, sententiam eorum exquirere: vt, si ipsi quòque corpora sua velint exponere pro patria, gratiā habeas: sin refugiant, nullā eis afferas necessitatē. Diuino tamē, sicuti de nostris fuit, sic etiam de istis fore si sūt quidem hi quales audio ꝑ paucorum hominū, egregię indolis, ac bello strenui. Nam virtutis eorū ad nos fama quòque peruenit. Accipit admonitionē Tulli⁹: pactis'que inducijs in decē dies, quibus cōsultaret, & sentētia adolescētiū cognita, responderet, in vrbem redijt, vbi cū primoribus deliberās (postq̄ plurimis visū est accipiēdas esse suffetij prouocationes, euocatos ad se trigeminos his verbis alloquitur. Viri Horatij suffetius Albanus mecum in colloquium veniēs postremo in exercitu cōgressu nostro dixit: diuina nobis prouidentia paratos ternos viros strenuos periclitaturos pro vtraque vrbe, quibus neque generosiores alios, neq̀ue magis idoneos inuenire possemus, Albanorum curiatios, & vos Romanorum, quo animaduerso, quęsisse se ait, primū an vellēt consobrini vestri donare sua' corpora reipublicę:

Tullus.

verba tullij.

ijsq́ue

iisque prompte admodum certamẽ pro communi salute in se omne suscipientibus, confisum tandem se rem proposuisse, ac me quoque à nobis quęrere ęquum censet: velitis ne vos pariter aduersum Curiatios dimicãtes pro patria vestra periclitari? an hac ipsi forsan aliis ambitione cedere? Ego vero ob virtutem vestrã, manuum'que promptitudinẽ, qua haud obscura supra cæteros eminetis, gloriosissimum vos periculũ adituros minime dubitaui. Cæterũ veritus, ne cognatio tam arcta cum trigeminis Albanis impedimẽto vestræ alacritati esset, factis decem dierum induciis, tempus ad respondendũ petii: vt'que huc veni, senatu habito, rem ipsam cõsultandam in mediũ protuli: visum'que est pluribus, vt si sponte vos certamẽ hoc pulcherrimũ, vobisque cõueniens suscipiatis, quod ego quidem paratus fui solus subire pro oĩbus, laudemus & nos, habeamus'que gratiã: sin aũt vos cognationis inquinamentũ veriti (non eñ oportet timidi animi indicium apparere) alios potius extra genus vestrũ vocandos cẽseatis, neque nos vllam vobis pugnæ necessitatẽ afferamus. Ista quidem senatus decreuit, neque iracunde accepturus, si hoc opus onerosum ducatis: neq; parum vobis gratię habiturus, si vos recte decernẽtes pluris patriã, quàm cognationẽ estimare contigerit.

Hęc cum audissent iuuenes, secedẽtes parumper, atque pauca inter se disputãtes, statim redeunt: dixit'que fratrum maximus verbis omnium eorũ talia. Si nobis liberis, ac sentẽtiæ nostræ dominis potestatẽ fecisses Tulle cõsultandi, de hoc certamine aduersus consobrinos nostros, nõ protrahentes rem amplius aperire tibi, potuissemus nostra cõsilia: sed cum nobis supersit pater, sine quo ne minima quidem dicere, aut facere æquum censemus, paululum à te temporis petimus ad respondendum, donec conueniamus patrem. Laudante aũt pietatem eorum Tullo atque ita vt facerent iubente, vadunt ad patrẽ, de prouocatione suffetii, Tulliique oratione eum edocentes, responsum'que suum vltimũ ei exponẽtes, simul'q; eũ orantes, vt quàm haberet ipse sententiam exprimeret. Quibus ille respondens. Pium inquit opus facitis filii patri vestro viuentes, neque aliquid sine mea agentes sententia. tempus autẽ iam est vos etiam de vobis in talibus nõ inconsultos videri. ponentes itaq; vitam meam finẽ habere, facite me certiorẽ, quid vos prius agere decreueritis de rebus vestris ipsi sine patre cõsultantes. Tum fratrum primus. Recepimus inquit pater de principatu certamẽ, confirmati ad patiendum quicquid videbitur numini. Mori enim mallemus, q̃ viuere te indigni facti, atq; progenitoribus nostris. Quod autem ad propinquitatẽ consobrinorũ attinet, nos nõ eam priores soluimus, sed vt dissolutam ipsam à fortuna cõplectimur. Nam si honesto minor cognatio à Curiatiis iudicatur: neque idem genus Horatiis virtute esse preciosius apparebit. Pater autem vt quis esset sensus iuuenũ agnouit, ingenti euectus lætitia, manusque in cœlum tendens magnas se diis ait gratias habere, quod sibi esse dedissent filios honestos, & strenuos: deinde eorum vnumquemque cõplectens, atq; suauissimas eis amplexuum, & osculorum comitates reddens. Habete, inquit, sententiam meam filii egregii: reuersique ad Tullum date ei responsum & honestum, & pium. Illi patris adhortatione læti, regem adeunt, suscipiunt'que certamẽ: dehincque Tullus vocato senatu, & sodalibus iuuenũ plerisque dispositis, mittit ad Albanum legatos, qui nuntient Romanos conditionem

Orationũ responsio.

Verba patris.

accipere: Exhibiturosq; esse Horatios, qui de imperio dimicent. Exigente autem materia & pugnę modum diligenter perscribere, & qui post pugnam secuti sunt casus theatricis simillimi, conabor ego quo'que ista nō ĩcuriose persequi, & eorū vnumquodq; pro viribus explicare. Postq̄ itaque tempus venit, quo oportebat spontiones finem accipere, vires exeunt omnes romanorū: exeūtq; iuuenes dijs patrijs adoratis precedētes cum rege Laudati ab ōnibus, aspersiq; floribus capita (Iam enim exercitus Albanorum exierat) ijsdemq; locis, quibus prius positis ab vtris'que castris, interuallo'q; dimisso, & posito termio, qui Romanos diuideret

Pacta.

ab Albanis. Primū quidē peractis sacris iurauerūt vtriq; super igneis, se fortunā amplexuros quæcun'que esset ex hac pugna consobrinorum suis vrbibus allata, seruaturos'que esse fœdera, nullum eis dolum adhibentes, neque ipsos, ne'q; progeniem suam. Atq; vbi perfecta sunt, quę debuerant erga deos, pia depositis vtriq; armis ante castra constitere futuri tāti certaminis spectatores: trium'que ferme, quatuor've stadiorum spatium pugnaturis in medio relinquētes. Ne'que multo'post aderant Curiatios adducens Albanorum imperator, & Horatios rex Romanus armatos optime, & ornatū reliquū habētes, qualem homines assumūt certaturi ad mortē. Ac vbi alteri alteris proximi astitere terni iuuenes, traditis armigeris gladijs, occurrere sibi inuicem flentes, & suauissimis nominibus alteri alteros appellātes: ita vt in lachrymas etiā cęteri cogerētur: multāq; suā simul, & ductorum impietatē oēs incusarēt, quod, cum alijs possent corporibus cōtentionem vrbium dirimere, in cognata vulnera, & consanguineam polutionem id certamen concluserant. Verum vbi ab amplexibus iuuenes quieuere, digressi ijdem gladios rursus capiunt, at'que redeuntes se ipsi secundum ætatem statuunt, & aduersum congrediuntur, ac eò vsque quies, & silentium exercitus vtrosq; continuit. Postea vero & clamores mixti ab vtroq; exercitu, & adhortationes pugnantibus sunt vtrinque adhibitæ: sicque vota, & gemitus, omnium'que aliorum effectuum bellicorum voces continuę: alię quidem ad ea, quæ gerebantur ab vtrisque, & videbantur: aliæ vero ad futura, & opinata, erantque plura veris ea, quæ putabantur, habebat'que aspectus ex multa distātia magnam incertitudinē: atque sua cuius'que erga propugnatores affectio quæ agenda essent ad consilium suum redigebat: incursus quoque continui, & retrocessus, & in aduersum rursus obsistentiæ, multæ'que hinc inde conuersiones certā spectantibus sententiam auferebant. Hæc'que per multum facta sunt tempus. Et enim par robur corporis, neque impar animi nobilitas vtrisque contigerat: armisque præterea tecti ipsi optimis nullam partem corporis nudam reliquebant, quæ quidem saucia mortem celerē deberet afferre: ita vt Albanorum, & Romanorum multos ex æmulatione, & misericordia suorum lateret, se quoque esse huius casus periclitantium participes: se'que esse mallent pugiles, q̄ eorū, quę gerebant spectatores. Tandē vero trigeminorū Albanorū maximus opposito sibi Romano arctius implicatur alia super alia & inferens, & accipiēs vulnera: Cōtigit'que ei inguen Romani ense traijcere. Ille aūt cum alijs vulneribus iam grauis, tum vero vltimo lætifero accepto deficientibus membris corruens statim morit̄, quod cum spectassent exercitus simul omnes exclamarunt, vt victores Albani, Romanique

Pugnę initium. Mors romani primi.

nique,vt victi. Suos enim duos reliquos ab Albanis tribus facile conficiendos suspicabantur. Interea vero succenturiatus cadēti fratri Romanus, eo quidē successu videns lętabundū Albanū, celerrime in eum vertitur, multisq; illatis vulneribus, multis acceptis forte euenit, vt in iugulū hostis gladiū intigeret, ipsūq; conficeret. Mutāte verò breui tēpore fortuna gesta pugilū spectantiūq; affectus: ac Romanis iam se recipientibus ex priori mœstitia, & adepto Albanis gaudio, alia rursus cōtra flans aura, lętisq; rebus Romanorū repugnās spes eorum depressit hostiumq; erexit spiritus: quòd cadēte Albano frater is qui proximam stationē, habuerat, percussorem eius aggreditur: Acciditq;, vt eodē tempore vterq; alteri immania infligeret vulnera: Albanus quidē Romano per interscapulū vs'que ad viscera gladiū adigēs: Romanus autem, cū transgressū hostis subisset, poplitem alterū succidēs: at'que ita lętali statim vulnere alter moritur: Alter autē poplite saucio non amplius stare certo gradu pōt: Vacillans verò & clipeo innisus se'que firmās adhuc tamē cōtra hostem stabat, & cum relicto sibi fratre in sustinētem Romanū vertitur: Circūuenerant'que vnum duo: hic a fronte, ille a tergo adueniens. Romano aūt verito, ne circūsessus ab eis fieret superatu facilis cum duob⁹ vnus pugnans: atque iisdem vtrinque superuenientibus, In mentem venit (erat enim adhuc integer) vt segregaret hostes, & separatim cum vtroque pugnaret. Facillime aūt se disiungere eos posse ratus est, si fugæ eis opinionem prębuisset, non se enim ab ambobus persequendum sed ab vno esse, vidente fratrem nō amplius firmo pede. Hæc vt illi decreta constitere, fugam arripit, contigit'que, vt spes eum minime frustraretur. Nam fratrum alter nullum vulnus habens lętalē fugientem romanum expedite persequitur: alter vero incedere nequiēs, plusquā oportuisset, differt. Interea vero Albanis suos adhortantibus Romanis cōtra suū pugilem probris omnibus incessentibus: & alteris quidem ouantibus, & coronatis, tanquàm pulchre procedente certamine: Alteris vero gementibus, quasi eos nunq̄ posset fortuna erigere, obseruato tempore Romanus propere se vertit, & antequā sibi Albanus cauere posset, eum præuenit, ense brachium vulnerans, cedens'que vertibulum. Delapsa aūt ad terram manu simul cum ense, vulnus alterum lætale ingeminans Albanum interficit, ac post eum in vltimū irruens seminecem, & remissum mactat, spoliatisq́ue consobrinis in vrbem proficiscit̄ victoriam suam volens primus ipse patri nuntiare. Oportuit autem hunc quoq́ue cum homo esset, nō in omnibus fœlicem esse: sed inuidi ipsum numinis aliquid experiri, quòd breui eum tempore ex paruo magnum faciens, & in illustrationē mirabilem, inopinatam'que efferens, eodem deiecit die, sororicidā ipsum deferēs in tristissimam calamitatē. Nam vt portis propinquus cum aliam turbā multiplicem ex vrbe effusam, tum currentē sororem vidit, ad primum eius perturbatus est aspectum, quòd à tutela matris progressa ea longius se turbæ ignotæ virgo iam matura commisisset: id'que factum in suspitionem trahēs ad extremum in demētes, & inhumanas cogitationes inclinauit. quod salutare quàm primum optās seruatum fratrem, & discere ab eo volens virtutes mortuorum fratrū, modestiores interim mores neglexisset muliebre quiddam patiens. At illa quidem minime desyderans fratres, ausa erat insolitas vias carpere: sed amore victa vni=

Mors primi albani.

Mors secundi romani.

Cōsilium tertij Ro.

Finis pugnæ.

us cōsobrinorū,cui fuerat a patre despōsata affectum tamē suū ipsa tātisp tegēs, donec, quodam nūtiāte ei q̄ gesta erāt in pugna,audiuit. Post quod q dem non vlterius se cōtinēs:sed ędes linquēs ferebatur ad portas & menades,reuocāte,eā, consequēte'que nutrice nihil mota: vrbe verò egressa, vt obuium fratrē habuit lętabundum, triumphales'q; indutū coronas, quibus eum cinxerat imperator, sodales'que eius vidit ferētes mortuorum Albanorū spolia, in quibus etiam paludamentum erat versicolor,quod à se,& à matre textū in futuras nuptias dono miserat sponso. Mos est enim versicoloribus paludamētis īdui eos qui Latinorū ambiunt sponsas. Hoc itaque paludamētum vt vidit cruore cōspersum, Vestē sibi discindēs,& ambabus manibus pectus percutiēs,lugebat,vocabat'q; cōsobrinum,ita vt astantes omnes multus subiret stupor. Ea verò assidue proci mortē deflens,& immotis oculis fratrem spectans. Tu,inquit, gaudes homo dirissime cōsobrinis interfectis,me'que sorore miserrima priuata viro. ò infœlix non te subit misericordia cognatorū interfectorū, quos fratres vocabas. Immo verò, tanquā aliquid boni egeris: sensu cares prę gaudio,& coronis pro his malis indueris, ferę animū gerens. Immo,inquit ille,ciuis amantijs patriā,& eos,qui ei male optent,vlciscētis,siue alienos,siue domesticos, in quibus quòque te pono, quę & bonorum maxima,& malorū, quę nobis vno tēpore euenere, cognoscens patrię victoriam,quàm ego frater tuus adueho,fratrū'que mortē,ne'q; publica fœlicitate gaudes scelestissima, ne'que domesticis calamitatibus doles, sed fratres ipsa tuos negligens procū luges,ac ne clā quidem, sed in oculis peccans omniū,mihi quòque virtutem exprobrans, & coronas virgo improba, perosa fratres, atqúe nostris progenitoribus indigna. Sed quādoquidem nō tu de fratribus mœsta es, sed de cōsobrinis,inter viuos corpus habens, interq; mortuos animū, abi ad illū, quē vocas,nec patrem amplius,nec fratres poluens. His'que dictis non satis egit in odio moris improbi virū moderatum: sed ut ira tulit gladiū per latera puellæ trāsigens: interfecta'q; sic sorore ad patrem abijt. Adeò enim odio improbatis flagrabant,& austeri erāt Romanorū mores,ac cēsus,& si quis eos velit p̄sētibus atq; huic vitę cōferre,crudeles,& duri, neq; multum a ferina natura distātes: vt hoc casu audito patre tā graui rem non modo nō egre tulerit, sed pulchre quidē, & cōuenienter se habere existimari, inq; domū suā inferri corpus filię vetuerit, ac nec in paternis poni monumētis ipsā permiserit ne'que eam exequiarum, aut comitatus,ne'que aliorum legitimorum esse participem voluerit. Cęterum qui aderāt eo ipso,in quo erat occisa,loco superiacētes lapides, ac terrā,& vt cadauer desertū curātes,proiectam sepelierunt. Hæc quidem eius viri dura, nec ea min⁹ quę sum nūc dicturus. Tāquam enim pro bonis, & fortunatis rebus eadem die ex more quas vouerat victimas immolauit: magnifice'q; epulū cognatis dedit, & eos(vt in maximis cōsuetum est solēnitatibus)excepit,calamitates is domus proprias bono patrię publico longè minores ducēs. & hoc quidem non tantum Horatius: sed & alij post eum cōplures fecisse Romani viri illustres traduntur. dico enim sacrificare,& coronas ferre, & triūphos ducere mortuis tūc filijs,quū bene à se gesta esset respublica, de quibus adhuc suo loco dicā. Post pugnā verò trigeminorum Romani,qui tūc in exercitū erāt,sepulchris extructis magnificis

pugilibus

pugilibus suis ijs in locis, in quibus ceciderant, & consecratis dijs immortalibus tropheis in iucunditatibus erant. Albani verò ferentes egerrime quę acciderant incusantesque ducem, vt gubernatorem malum, multi sine cibo, aliave cura corporis quod reliquũ erat diei consumpserũt. Postero autem die rex Romanus vocatis eis in contionem, multũ'que consolatus, tanq̃ ipse nihil turpe, aut difficile, & quod cognatio non permitteret, imperaturus: sed eodem sensu ciuitatibus vtrisque optima, & vtilissima prospecturus rex cum esset, Constituto in imperio duce eorum suffetio, neque ciuili vlla eorum cõstitutione mutata. Deduxit inde exercitum, domũ'que redijt. Ducentem aũt eum decretum à senatu triũphũ, & ciuilia agere aggressum viri illustres adeunt, in ius Horatiam adducẽtes vt polutum cognato sanguine per sororis cędem: Longã'que habuerunt orationem leges proferentes, quę necari indẽnatum aliquem vetarent, deorũque omniũ iras enarrentes aduersum eas ciuitates, quę non in polutos vindicassent. Defendebat autem pater adolescẽtem accusans filiã, & pœnã illam non cędẽ fuisse asserens se'que iudicẽ domesticorũ malorũ esse ęquũ cẽsens patrẽ vtriusque multis tãdã vltro, citro'que dictis magna regẽ tenebat incertitudo, quẽ demũ finẽ liti impositurus esset. Neq; eñ cędis crimine liberari eũ, qui sororẽ ante causę dictionem occidisse fateret: quẽ quidẽ leges occidi iuberẽt, bene habere existimabat: ne execratio, & polutio eius, qui hoc fecerat, in suã ipius verteretur domũ: neq; rursus tanq̃ homicidã eũ virũ interficere, qui pro patria periclitari voluisset, fuissetq; ei tãtę autor potentię, patre illũ ꝑsertim culpa liberãte, cui primã irã ꝓ filia & natura, & lex tribuit, grati esse animi aut honestũ putabat. Dubitãte aũt eo queadmodũ rebus vteretur, Eadẽ visum est optimũ, vt cognitionẽ hãc populo permitteret. Sic'q; tũc primũ capitalis iudicij dominus popul⁹ Romanus sentẽtiã secũdũ prẽm adolescẽtis tulit, cędisque crimine reũ absoluit. Sed nõ tamen satis esse Rex dixit ijs, q̃ vellẽt pietatẽ erga deos custodire id qđ factũ esset de reo per homines iudiciũ: sed accersitis pontificibus placari iussit deos, & genios, purgariq; hominẽ ijs piaculis, quib⁹ expiari cędes imprudẽtes lex iubet. Hique aris duab⁹ extructis, vna Iunoni, cui curre esse aiũt sorores: altera ĩdigenę cuidã deo siue genio, lingua eorũ Iano vocato, ac cognominib⁹ vocatis Curatiorũ cõsobrinorũ ab Horatio interfectoꝝ sacrificijs quibusdã super eis factis, & alijs vsi sunt piaculis. Et postremo sub iugum miserunt Horatiũ. Est aũt Romanis cõsuetum, quotiescun'que hostium arma tradentium fiunt donum duo tigilla recta defigere, atque tertium superne duobus illis transuersum imponere: deinde autem sub eo captiuos agere, transgressosque ipsos liberos ad propriã domũ dimittere. Hoc apud eos iũgũ vocatur, quo etiã qui tũc purgabãt hũc virũ, sunt vsi piaculorũ legitimorũ vltimo. Locũ autẽ, in quo hãc purgationẽ fecerũt Romani, oẽs sacrũ existimãt. Est aũt in ãgiporto ferẽte à Carina deorsum ijs qui ad cypriũ ꝑgũt angiportũ. Ibi eñ & arę manẽt tũc erectę, & tigillũ suꝑ eas extẽdit duob⁹ inter se cõtrarijs parietib⁹ fultũ: fitque exeũtib⁹ supra caput Rõana lingua vocatũ tigillũ sororiũ hoc qđ loco calamitatis ei⁹ viri monumẽtũ in vrbe custodit, auniuersarijs sacrificijs à Rõais honoratũ. Alterũ ꝟo ꝟtutis testioniũ, quã in pugna ostẽdit, petra ẽ ãgularis i foro, suꝑ qua posita sunt spolia trigemioꝝ Albanoꝝ. Sed ar

Defensor pater.

ma quidem colapsa sunt vetustate. Petra verò appellationem seruat, pila dicta horatia. Est lex etiã apud eos propter illũ casum lata, qua ad meã vsque ætatẽ romani vtuntur, honorem, & gloriam immortalem illis viris apponens. Iubet enĩ iis, quibus trigemini sint filij, alimenta puerorum de publico vsque ad pubertatẽ dari. Hæc igitur circa horatiorum domũ gesta mirabiles, & inopinatos euentus habentia hunc exitum habuere. Rex romanus autem annuũ tempus sumẽs, in quo pararet omnia, quę ad bellum conuenirẽt, educere exercitum contra fidenates instituit, causa belli reddita, quod vocati ad excusationem insidiarum in romanos, & in albanos structarũ nõ optemperauerãt: immo statim captis armis, clausisque portis & inita cum Veientibus societate aperte defecerant: querentibusque causam defectionis legatis romanorum responderant. Nihil fuisse sibi cum romanis cõmune ex quo Romulus rex eorum obijt, cum quo fœdus inierant. Hoc igitur nomine tullus & domesticas armauit copias, & socias accersiuit: venitque metius suffetius plurima adducens, & optima ex albana vrbe auxilia, armis adeò magnifice instructa, vt reliquas vires socias lõge superaret. Tullus igitur ex hac promptitudine, & quod omni officio in bellũ pręclare functus esset, metium laudauit: fecit'que eum consiliorum omnium suorum participem. Hic vir autem in inuidiam vulgi collapsus, tanquã bello antea male gesto, atque etiam proditionis insimulatus, postq̃ tertiũ iã annũ, iubente tullo, imperatoria potestate functus erat, indignũ ducẽs se imperium habere alteri obnoxium, atq; duci se potius, quam ducere, rem quandam cogitauit impiam. Missis enim clàm nuntijs ad Romanorum hostes cunctabundos tunc, etiam, ac de defectione dubitantes, errexit eorum animos, & vt minine dubitarent effecit, cum se Romanos in prælio inuasurum polliceretur: hæc'que faciens omnes latuit. Tullus autem domesticas copias, sociasque comparauit, educens eas aduersus hostes: transgrediens'que flumen anienem haùd procul fideis castra posuit: exercitum'que ante vrbem inueniens instructum magnum fidenatium ipsorum, & sociorum, ea die suos continuit. Sequenti vero suffetium accersens albanum, & ex amicis cęteris maxime idoneos, simul cum eis qua sibi ratione belli vtendum esset consultabat: atque vbi visum est omnibus, quam celerrime prælio decernẽdum, nec cũctari oportere, locum, ordinem'que pręducẽs, quem quisq; habiturus esset, diemque pugnę destinans eam, quę sequebatur, consilium dissoluit. At albanus (erat enim apud multos etiam amicorum suorum nondum manifestus) proditionem machinans, Centuriones, ductores'que ordinum ex primoribus albanorum cõuocat, dicit'que eis talia. Sum nunc viri ad vos res magnas, inopinatas'que allaturus, quas hucus'que occultas habui: sint'que hæ præcor apud nos arcanę, ni me perditum ipsi vultis: sique illę peractę vobis conferre posse videantur, mecum eas quęso suscipite. Multa autẽ nunc dicere tempus prohibet, quod adest breue. Dicam autem maxime necessaria. Ego enim tempus oĩe, ex quo iuris romanorum fuimus ad hunc diem pudoris plenum, anxietatis'que, habens, vitam miseram duxi quãq̃ ipse honoratus ab eorum rege dictatoris magistratu, quẽ iam tertiũ annũ obtineo, siq; velim perpetuũ obtinebo. Verũ eñ vero vltimũ malorũ ducẽs, in fœlicitate publica me solũ esse fœlicẽ: Id'q; reputãs, q̃ pręter om-

ne

ne ius, pium'que ab eis principatu priuati ſimus, ſpeculabar, ſi qua ratione poſſe- mus ipſum adhuc reſumere: nullo tamen hoc tentantes magnę cladijs noſtrę pe- riculo. Multa autem varia'que iniens conſilia vnam tandem inueni viam ad rē ipſam nos ducentem facillimam minime'que periculoſam: si quod eis ex finiti- mis vrbibus bellū oriretur. In id enim conſtitutos ipſos ſuſpicabar indigere opor tere ſocijs, ac primum nobis. Poſt hoc'que non multa nobis opus fore admoni- tione, quòd & honeſtius, & iuſtius ſit nos pro noſtra ipſorum libertate, quàm de principatu Romanorum dimicare. Hæc cum cogitaſſem ſuſcitaui aduerſus Ro- manos à ſubiectis eorum bellum, Veientibus, & Fidenatibus perſuadens ad ar- ma ire, tanquam ipſo me quoque participe futuro eis huius belli: & hęc agens huc uſqúe latui Romanos omnes, ſeruans in me inuaſionis tempus, qua in re quot ſint, quę nos iuuent, ſpeculamini. Primum quidem defectionem non aperte de- cernentes, qua in re erat vtrin'que periculum, aut imperatos nos vrgeri, ſoliſqúe viribus noſtris domeſticis de ſumma rerum aleam iacere, aut parantes, contrahē teſqúe auxilia à paratis pręoccupari neutrū horum grauium experientes como da ex vtriſque accipiemus. Deinde multam, neque facile expugnabilē vim, for- tunā'que emulorum non vi aperta euertere, ſed ijs quibus cuncta inacceſſa, neq; vi deſtrui facilia piuntur. Dolo fraude'que conabimur, neq; primi incipiētes hęc nos, nec ſoli. Præter hæc autem, cum non ęquandę ſint bello vires noſtrę dome- ſticę, ita vt opponi aduerſus omnem vim Romanorum'q;, & ſociorum Fidenati- um, atque Veientiū, vires tantas, quātas videtis ſuſcepimus, & quo maxime fi- duciam firmę ſocietatis pbent alicui adiūcta auxilia, eo modo parata ſunt mihi. Neq; enim in agro noſtro cōfligentes Fidenates, ſed ſui ipſorū prius periculum facientes in eodem noſtrum cuſtodient, & quod quidē eſt omniū hominibus io- cundiſſimū, poſt homines natos contigit, id etiam nobis aderit. Beneficium enī accipiētes à ſocijs, dare eis ipi videbimur: & ſi nobis, vt ęquū eſt, ex ſentētia ſucce det opus, Fidenates & Veientes nos graui ſubiectione liberātes, tanq̄ idem p nos acceperint, ipſi nobis habebunt gratiam. Et hæc quidem ea ſunt, quę multa para ta cura videantur mihi audaciā, prōptitudineqúe ad defectionē vobis exhibere. Quo autem modo rem velim aggredi id nunc audiatis. Locum mihi delegauit Tullus eū, qui ſub monte eſt, me'que iubet cornui pręeſſe alteri. Quando igitur obuiam hoſtibus ituri erimus incipiam ſoluens ordinem ego ſuper montē ducta re: voſqúe me ſequemini inſtructos habentes ordines. Potitus autē culminibus, & in tuto cōſtitutus quò modo vtar poſt hac rebus audite. Si quidē procedentia videro mihi ex ſentētia, quę cogitaui, & audaces quidem hoſtes, tanq̄ nobis adiu toribus, humiles aūt, exterritos'que Romanos, vt à nobis proditos, ac fuge (quod eſt veriſimillimū) potius, quā fortitudini puidētes, inuadā eos, replebo'que cada ueribus cāpum ab excelſo in pronū deſcendēs, & inſtructa, fidētiq; acie in paui- dos, diſſipatos'que delatus homines. Grauis enī in bellis etiā vane incidēs prodi tionis ſociorum, aut aliorū hoſtiū inuaſionis opinio eſt: ac iā multos magnos ex- ercitus nullo alio tam terribili caſu, quā vano metu ſcimus eſſe ad internitionem perditos. At hoc noſtrū nō inanis ſermo, ſed opus erit aſpectu om̄i, experimēto qúe terribili⁹. Si verò contra, ac meę mihi ratiōes dictāt, euenire videro. Nam Pulchre.

& quę sunt pręter opiniones hominum solere dicunt occurrere: quãdoquidẽ non verisimilia multa fert vita, atque etiam contraria: ego quo'que quę prouisa sunt à me conabor exequi, ducã'que vos in hostes simul cum Romanis at'que vna cũ eis vincam. Occupationem enim culminum fecisse circumeundi hostis mihi oppositi gratia apparebo. Fidem autem sermoni meo tribuent cõsentientia verbis opera, & res à me gestę, ita vt vos in neutra parte acerborũ socij, ĩ vtra'q; meliorís fortunę participes futuri sitis. Ego igitur hęc cõperi: ꝑagã'q; dij fauẽtibus non Albanis modo ipsa sed & cęteris Latinis optima. Vos autẽ primum opus est silentium custodiẽtes, deinde ordinem seruãtes, iussis'que propere obtẽperantes alacres pugnatores esse, & sub vobis constitutos promptos exibere, cogitantes, quod nequaquàm par est nobis, alijsq́ue hominib⁹ de libertate certamẽ, quorum aliquibus consuetum est ab alijs dãnari, & quibus etiã eiusmodi rẽpublicam patres tradidere. Liberi enim ex liberis nos sumus geniti, imperare'que finitimis patres nobis relinquere quingẽtis annis, pariter hac forma reipublicæ custodita ne fraudemus nepotes nostros, neque adsit cuiquã metus, ne hęc agẽs soluat pactiones, Iusiurandũ'que transgrediatur, his adhibitum, sed id cogitet, quemadmodũ à Romanis solutas eas in primũ statum restituat: Nec has quidem nullos dignas pretio, sed eas potius, quas humana natura constituit, & quas communis omniũ græcorum'que, & barbarorũ lex firmat: Imperare, iusta'q; statuere patres filijs, ac metropoleas colonijs. Has autem cõstitutiones nunquam ex humana natura auferendas nõ nos, qui firmas eas permanere semper iudicamus, transgredimur, neque nobis deorũ quisquã, geniorũ ve irascetur, vt iniusta, impia'que agẽtibus, si nepotibus nostris seruitutem ęgre tolerauerimus: sed illis potius, qui soluentes antiqua fœdera conãtur opere nequaquã licito humanã legem diuina maiorem facere, iracundiaq́ue numinis non nobis: sed his aduersabitur, vt moris est: sicq̀ue hominum animaduersio nõ in nos, sed in istos inclinabit. Si hęc igitur vobis omnibus optima videntur fore, agamus ea deos, geniosq́ue in auxilium aduocantes. Si verò aliquis aliter cognoscit, hisq́ue contrarium duorũ alterũ, aut resumẽdam nũquã esse veterẽ dignitatem ciuitatis, aut tempus ipse aliud magis idoneũ expectãs, pręsens differt, ne cũctetur is in mediũ quę sapit ferre: & quod oĩbus videatur optimũ consilium, vtamur eo? Laudantibus autem sentẽtiã eius oĩbus qui astabãt, se'que oĩa facturos pollicẽtibus, iureiurando vnũquẽq́ue eorũ obstringẽs cõsiliũ dimisit. Postero verò die ꝓcesserãt supra vallum Fidenatiũq;, & socioꝝ copię simul cũ sole: Instruebant q́ue vt in pugnã: exierãtq́ue ecõuerso Romani, cõsistebãt'que suo ordine: Leuũ qdẽ cornu Tull⁹ ip̃e Romaniq; habebãt aduers⁹ Veiẽtes dextrũ hostiũ habẽtes cornu. In dextro verò Romanorũ cornu Metius suffeti⁹, & Albani aduers⁹ Fidenates ad latus mõtis collocati erãt. Vbi vero ꝓpinquarũt inter se acies antequã intra teli cõiectũ essẽt diuulsi, Albani à reliquo exercitu instructos ordines ducebãt in montẽ, qđ aduertẽtes Fidenates, ac credẽtes veras sibi de ꝓditiõe spõsiones Albanũ facere, iã fidentius, ferotius'que in Romanos ferebãt, atque dextrũ Romanoꝝ cornu nudatũ auxilijs scindebatur, egerrime'que sustinebat. Leuũ aũt vi sũma cõtẽdebat: Vbi Tull⁹ etiã aderat inter electos eqtes pugnãs eũ ꝓcurrẽs eques qdã ad regẽ: Laborabat, inquit, Tulle cor

Proditio albani.

nu nostrum dextrum. Albani autē deserētes aciē ad sublimia educūtur, Fidenatesq́ue, quos cōtra illi instructi erāt, vltra cornu existētes denudatum circūuenturi nos apparēt: sic'que audiētes Romanos, vidētesq́ue iter ascēdentiū Albanorū ne circūueniantur timor cępit, ita vt nec pugnare eis, nec manere sit satis certum. Ibi autem multa vsus prudētia Tullus dicitur, nihil animo perturbatus ad tantū tanq́ue inopinatū apparēs malū: qua non modo Romanorum seruauit exercitū in paratā inclinatū cladē, sed res hostiū cōtriuit, ac perdidit. Nam audito statim mutio magna voce exclamans, ita vt exaudiret hostes, Vicimus, inq̄d, viri inimici, Albani enim mōtem hūc proximū nobis occuparūt (vt cernitis) iussu meo, vt à tergo extantes hostium illis superueniant. Existimantes igit̄ quod pulchre septos inimicissimos nostros habem⁹ alij in frōte inuadētes, alij à tergo, vbi neq; eos progredi, neque regredi liceat, flumine simul, & transuerso monte clausos, ite iam in eos multo cum cōtemptu: & hęc dicens per acies omnes ibat: Incidit'que statim timor Fidenatib⁹ iterū proditionis, vt deceptis ab albano: postq̄ neque instructum contra videre eū, neque statim in Romanos (vt erat pollicitus) irruentem, ac Romanos quo'que extulit in audaciam, atque fiducia impleuit is sermo, cōclamentesque conferti alte impetū in hostes faciunt, vertuntur'que fidenates fit'que fuga vrbem versus indecora. Dirigens autem rex equū in eos territos, ac perturbatos, aliquātū'que persecut⁹ vt dispersos animaduertit, neque vllum amplius consilium consistendi capientes, neque vim habentes omissis eis fugiētibus ad consistens adhuc hostium agmē, permanens'que cōuertitur, fitque pulchrum peditum certamen, pulchriusque adhuc equitum. Neque em̄ declinauerant hi, qui ibi collocati erant Veientes Romanorum equitatu territi: sed restiterunt diu, posteà verò q̄ sinistrum cornu suū victum cognouere, Fidenatiū'que, & sociorū exercitum omnē fugere consternate, veriti ne circuirentur à conuersis, à persecutione vertuntur & ipsi solutis ordinibus, perq́ue flumen seruare sese nitebātur. Quicunque igitur robustissimi eorum erant, minime'q; vulneribus graues, neq; ad nandū inualidi, abiectis armis trāsmittēs riuū seruabantur: quibus autem ista deficerēt, hi in vorticibus fluminis absumebātur, Velox em̄ circa Fidenas, ac perplexus est fluxus Tyberis. Tullus autem parte cuidā equitū cōpulsos hostes ad flumē occidēdos mādās, ipse'q; reliquas copias ad castra Veientiū ducēs primo eo impetu cępit. Ac res quidē Romanorum inopinatę salutis potitę in hoc statu erāt. Albanus aūt vbi clare iā vincentē vidit Tullū demittēs ipe quo'q; ex iugis eq̄tatū suū in fugiētes Fidenates ibat, vt Romanis cūctis clar⁹ esset aliquid sociale faciēs: dispersorū'q; in fuga hostiū plures interficit. Cognoscēs aūt sensum ei⁹ Tullus, hācque alterā proditionē perosus, haùd tamē coargui in p̄sentia hominē, priusq̄ in sua ptāte haberet, opportere existimauit: imo verò se laudare regressum eius ad sublimia, vt cōsilio factū optimo, corā multis simulauit, missa'q; ad eū equitū per te quadā postulabat, vt supręmā prōptitudinē demōstrās eos, qui profugere nequiuissent intra muros, sed dispersos per regionē Fidenates multos ipsos perscrutans interficeret, qua re ille, tanq̄ sibi ex eis alterū, quę sperauerat perfectū esset: latuisset'q; Tullū sanè lętabat̄, & in lōgū adeq̄tās p̄ planitiē cōpręhēsos à se oēs perdidit, redijtq; sole iā merso ducēs eq̄tes à p̄secutiōe ī castra Roma

Tulli consilium.

Fidenates fugantur.

Albanus.

Tullus.

norũ, at'que ſequẽti nocte in multa erat cũ amicis iocũditate. Tullus autem in Veiẽtium vallo permanẽs ad primam vs'que vigiliam,& à pręcipuis captiuorũ exquirẽs,qui fuiſsent defectionis duces: Vbi cõperit Albanũ etiã Metiũ ſuffetiũ in cõiuratis eſse,apparuit'que res geſtas ab eo cũ verbis inditiũ captiuorum congruere,aſcẽdens equum, & aſſũptis amicorũ fidiſsimis ad vrbẽ pergit: Ac nocte media è domibus ſenatores euocãs proditionẽ Albani aperit, Teſtes eis captiuos exhibẽs,& queãdmodũ idem hoſtes, Fidenates'que deceperit enarrat. Poſtremo autẽ rebus bello pręclare geſtis, Reliqua eis ſpeculanda iam cenſebat, quonãmodo proditores puniri,modeſtiorẽ'que deinceps reddere ciuitatẽ Albanorũ oporteret: ac eſse quidẽ puniendos eos, qui moliantur impia, viſũ,eſt omnibus iuſtum'que, & neceſſarium. Quonã autem id modo fieret facillime'que, & tutiſsime multã ipſis dubitationẽ afferebat. Nam occulte,& latẽti morte occidere viros multos pręcipuos Albanorũ ex eis eſse,quę fieri omnino nequeãt,apparebat: aperte verò comprehendere, ſupplicio'que ſontes afficere ſi quis vellet, haud neglecturos id quidem Albanos: ſed ituros ſuſpicabãtur ad arma. Bellum autem vna cum fidenatibus & Etrucis, accedẽtibus quòque Albanis ad eam ſocietatẽ nolebãt gerere. Dubitãtibus vero ipſis vltimus ſententiã dixit Tullus, quam quod collaudarũt omnes: de qua paulò poſt dicã. Quadraginta autẽ ſtadijs medijs inter Fidenas, & Romã agẽs equũ Tullus pro viribus ad vallũ aderat, ac priuſquàm dies eſset clara, Marcũ Horatiũ aduocãs eũ, qui ex trigeminis reliquus erat, Danſq; ei equitum,peditũq; maxime vigẽtes viribus, iubet eos Albã duci, ingredienteq; ipſum muros, vt amicũ, Vbi ciues in poteſtate habuerit, dirruere a fundamẽtis vrbem, nulli prorſus nec priuato, nec publico parcẽtẽ ędificio, pręter quàm ſacro: Hominem autem nullũ nec occidere, nec lędere: sed ſua quen'que habere ſinere. Hoc autem miſso, ductores ordinum, cẽturioneſq; aduocat,& quę viſa eſſent senatui aperiens, cuſtodes corporis ſibi ex his conſtituit, ne'que multo poſt Albanus aderat, vt in victoria communi Hilaris, ac Tullo gratulans. At Tullus ſenſum ſuũ tegens, ipſum'que laudans, magnis eum donis dignum eſse pronuntiat, adhortatur'que ſcribentem ipſum cæterorum etiam Albanorum nomina, qui clarũ aliquid in pugna geſſerit, ad ſe ferre vt illi quòque victorię inſignium partem ferant: Is'que lętus amicorum fidiſſimos, quibus vſus erat arcanorum conſiliorum adminiſtris, in tabula ſcriptos tradit: inde'que rex Romanorum omnes armis depoſitis ad contionem euocat, quibus conuenientibus Albanorum ducẽ vna cum ductoribus ordinum, centurionibus'que aſtare ad pulpitum ſuum iuſſit: Poſt'que eum Albanos cæteros in contione eſse, ac poſt Albanos reliquam ſociorum multitudinem. Extrinſecus autem circum hos omnes agmina circũdedit Romanorum, in quibus quidem plerique erant generoſiſsimi, occultatis ſub amictu gladijs. Vt verò in tuto ſe habere inimicos exiſtimauit, exurgens ipſe hæc dixit. Viri Romani, alijque amici,& ſocij eos quidem, qui nos palàm bello auſi ſunt laceſſere Fidenates,& ſocios dijs propitijs vlti ſumus: eque duobus alterum eſt futurum, vt vel molæſti eſſe deſinant, vel dent pœnas adhuc his maiores. Poſcit autem nunc tempus, quando ad votum nobis prima euenere, vt & alios puniamus hoſtes, quicunque nomina habentes amicorum, & aſſumpti

Quãtum diſtabant Fidenę.

Tulli orõ

in hoc bellum, vt nobiscum afflicturi inimicos communes, fregere fidem atque secretas cum hostibus facientes sponsiones nos omnes perdere voluere. Multo eñ peiores isti sunt, quã qui ex professo sunt hostes: suntq; pœna maiore digni. Nã illos quidẽ & cauere facile, & insidiantibus atq; congressis eis, tanq̃ hostibus repugnare possibile est: at amicos inimicorum agẽtes opera nec cauere facile est, nec repugnare præoccupãtibus possibile. Sunt autẽ isti ab Albanorum vrbe missi nobis in dolum socij, malo quidem affecti nullo à nobis ipsi, bonis autẽ multisq́ue, & magnis. Coloni enim nos eorum, nec imperij sui quicquàm prorsus auellentes, vim nobis propriã, atque potentiam nostris bellis proprijs quæsiuimus, & aduersum gentes maximas, & bellicosissimas cingẽtes muro vrbẽ nostram multam istis securitatem ab Etruscorum, & Sabinorum bello exhibemus. Cuius aũt vrbis ꝓsperitate ipsos maxime lætari oportuit, & aduersis reb⁹ nostris nõ aliter, quam de suis mœstos esse. Isti quidem non solum nostra nobis bona, sed suam quoq́ue sibi per nos fœlicitatem inuidentes diu perseuerarunt: ac postremo, cum non amplius cohibere possent inimicitias opertas, bellũ nobis indixere. Scientes autem nos paratos pulchre esse ad certamen, vt nihil nobis obesse possent, in recõciliationẽ, amicitiã'que nos ꝓuocarũt, cõtentioneq; de principatu in ternis coporib⁹ ex vtra'q; vrbe dijudicari postularũt. Accepim⁹ cõditionẽ, atq; vincẽtes ꝓugna habem⁹ vrbẽ eorũ obnoxiã. Age iã, q̃d post hæc fecimus? Cũ liceret nobis obsides ex eis capere, præsidiumq́ue in vrbe relinquere, factionumq́ue principes alios perdere, alios expellere, reiq; eorũ publicæ mutare formã ad nostra cõmoda, regione'q; eos, & pecunijs imperandis vectigalib⁹ mulctare, & (q̃d omnium erat facillimum) arma eis adimere, quibus rebus firmiorem principatũ nobis effecissemus: nihil horum faciendum duximus plus pietati, quã securitati imperij nostri permittẽtes: & id, quod est apud oẽs decorũ, priuata nostra vtilitate melius esse opinati, suis ipsos frui omnibus concessimus. Metium autẽ suffetium, quem ipsi maximo magistratu ornarant, vt Albanorum clarissimum, administrare publica hucusque permisimus: ꝓ quibus qualẽ hi nobis gratiam retulerint eo tẽpore, quo magis amicorum, sociorũ'que beniuolentiam adesse nobis oportuit, audietis. Arcanis factis cum hostibus communibus pactionibus, tanquam essent ipsi quo'que cum eis simul in prælio nos inuasuri, vbi proximi inter nos fuimus, relinquẽtes illi aciem, in qua statuti erant, diuerterunt ad montẽ proximum cursu tuta præoccupare festinãtes: quod si igitur ex sentẽtia dolus eis ꝓcessisset: nihil erat quod prohiberet, circũuẽtos nos ab hostibus, & ab amicis omnes perdi, ac multa vrbis nostræ bella, quæ de principatu gessimus, vna esse corrupta die. Vbi verò consilium eorum decidit beniuolentia deorum duce oẽs eñ pulchras, bonasq́ue actiones ego quidẽ illis tribuo deinde etiam ducatu meo non minimã metus partem hostibus inijciẽte, nostrisq́ue fiduciæ: nam quæ ego in pugna dixi, meo iussu præoccupasse Albanum montes circumeundi hostes gratia, fictionis meæ sollertiæq; militaris fuit. Ac sic tandem euenientibus rebus ipsis, vt nobis contulit, non vtiq; putaremus viros esse nos, quales conuenit in proditores vlcisceremur, qui præter reliquã necessitudinem, quã ob cognationẽ seruare eos oportuit nobiscum fœdera iureiurando firmantes nuper, neque deos timẽ

Multo peiores occulti hostes q̃ aꝑti

Nota.

tes,quos cōuentorū testes fecerāt,neq; iustū ipsum,hominumq; animaduersionē veriti,ne'que periculi magnitudinē,nisi eis proditio ad votū cederet,cōsiderātes miserrimo modo conati sunt nos perdere colonos suos,optimeq; de eis meritos, turpissime ipsi cū inimicissimis hostibusq; sanctientes. Hęc eo dicēte vlulatus Albanorū, omnisq; generis preces adhibebātur: plębe quidē dicēte,nihil sensisse ex ijs,quę Metius machinatus esset: atq; eis,qui magistratus gerebāt, non se ante occulta audisse cōsilia, quā in pugna ipsa esset, simulātibus, vbi neq; prohibere, nec iussa agere potestatis suę esset: ac iā quibusdam in non volūtariā necessitatem negotium referentibus, ob affinitatem aliquam, aut cognationem. Hos silere rex iubens, Nec me, inquit, istorū quicquā, quę excusatis, latuit: Sed ignorare perditionem multitudinē vestram reor, Coniecturam hanc faciens, quod multis conscijs, ne minimū quidem temporis, taceri secreta innatum est hominibus. Ex ductoribus autē ordinū, & centurionibus exiguam quādam insidiētiū nobis partē fuisse puto, maximāq; deceptā esse, & in inuitā necessitatē ductam. Si verò nihil nunc sit horum: sed vos omnes Albanos, & qui nunc adestis & qui in vrbe sunt reliqui, male nobis faciendi desiderium inuasit, nec nunc primum, sed multo ante vobis id visum erat, atque cognationis gratia multa erat Romanis necessitas ferendi vestras iniurias: Ne iam aduersus, nos paruum aliquod consilium ineatis, vel a primoribus ciuitatis coacti, vel ab eisdem seducti, vna est cautio, vnaq; prouidētia, si eiusdem vrbis ciues vna omnes efficiamur, & vnā eam putemus patriā, qua siue prospera, siue aduersa afferēte obtigētē ei portionē quisq; fortunę ferat. Donec autem differētes sentētia, vt nunc, de pluri, pauciori que contēdemus vtriq;, haud profecto firma erit inter nos amicitia: si pręsertim oporteret insidiatos priores alteris aut plus habere, rebus fęliciter gestis, aut excidentes nullo potiri malo propter cognationē, & ijs in quos conatus fierent obnoxijs factis, Vltima patienda essent: sicq; euaderēt (vt nunc euenit) iniuriarū eos nihil meminisse oporteret. Scite autē hęc Romanis directa esse nocte pręterita, me senatū cogēte, & quę patribus visa esent scribēte, Vestram quidem vrbem diruere, neq; publicum vllum ędificium, ne'que priuatum erectum permanere sinere, pręterquam deorum templa: Ciues autem omnes habentes integre ea, quę nunc quo'que possident, mancipia'que, & pecudes, pecunias'que cęteras, nihilo eis prorsus adepto Romę de hic habitare, & quod nobis est agri publici ijs qui sortem nullam habeant, Albanorum diuidere, pręter tēplorum possessiones, ex quibus habentur dijs hostię, Constructionis autem ędium, inquibus traducti ipsi colocemini, & quibus hę in locis esse vrbis debeāt, me curam gerere, partam quo'que sūptus in opera pauperimis vestrum conferentem, ac cęteram quidem multitudinem vestram cum plebe nostra contribuentem in tribus, curias'que diuidere: senatus autem participes, magistratibus'que capere familias has posse, Iuliam, seruiliam, Gezaniam, Metiliam, Curiatiam, Quintiliam, Cœliam. Metiū verò, at'que eos, qui proditioni cōsenserint, pœnas dare, quas nos decernemus, de vnoquòque reo iudices, neminē fraudētes iudicio neq; causę dictione. Postq̄ autē hæc Tullus dixit, quicūq; erāt Albanorū pauperes gaudebāt: habitaturi Romę, & agri partā habituri, Atq; alta laudabāt, voce, q̄ dicebant. Illustriores verò dignatione

Tullus iterum.

Familię albanę.

dignatione,& fortunę melioris homines angebãtur: si eã vrbẽ, quę se genuisset relinquere,& auitos lares deserere eos oporteret,& in reliquum peregrinos incolere,quibus nihil dicendum esset in suprẽmã declusis necessitatem. Tullus verò vbi sensum multorum vidit, excusare se metiũ iussit, si quid vellet respondere. Non habẽs autẽ metius. quid posset alicuius momẽti dicere aduersus accusãtes, arguentes'que Albanorum consilia, persuasisse se ait sibi, cum eduxit ad bellum copias,hęc secreto peractũ iri,postulabat'que ab Albanis,vt quãdoquidẽ restituere principatum eis nitebatur,sibi essent auxilio,nec euerti patriam negligerent, neq; rapi ad supplicium ciuiũ illustrissimos. Tumultu autem in contione orto, & iam quibusdam cõfugere ad arma orsis,hi qui turbam corona cinxerant,elato quodã signo gladios eduxere, exterritisq; omnib⁹ exurgens, Tullus iterũ:Nihil inquit,licet vobis moliri nouũ,nec peccare viri Albani, nã si mouere vos audeatis, ab his,*inquit*,omnes perdemini,ostendens eos,qui gladios tenebãt. Accipite igitur quę dãtur, efficiaminiq; ex hoc tẽpore Romani ciues. necesse enĩ est alterum de duobus, aut habitare vos Romę, aut nullã aliam terram hãbere patriam. Iuit enim ante lucẽ missus à me Marcus Horatius vrbẽ vestrã fũditus euersur⁹, traducturus'que homines omnes Romam. Scientes igitur vos hęc esse iãiam peragenda,parcite morti vestrę,imperata'que facite.Metium autem suffetium insidiatum nobis occulte,ne'que nunc dubitãtem turbulentos homines, seditiosos'que vocare ad arma,supplitio afficiam, & eo quidẽ prauo animo fraudulẽto que digno.Quibus dictis per illam rixosã cõtionis exterruit. vtpote improuisa eam necessitate oppressam:suffetium autem egre ferentem adhuc, & clamantẽ solum, reuocantem'quę fœdera, quę fregisse ipse redargutus erat ac ne in malis quidem ipsis ferociam summittentem, dilacerentes ei vestimẽta iubente Tullo lictores corpus multis verberibus cedebant:& vbi satis huius cruciatus habuit, Binis admotis quadrigis, vnis earum brachia, alteri pedes illius cõnexerũt loris lõgis,Abigẽtibus'que deinde aurigis quadrigas alteras ab alteris,Laceratus humi, at'que distractus ab vtrisq; in diuersa breui tẽpore dissipatus est. Metius igitur adeò misere,ignominiose'que potitus est mortis:amicos autem eius, cõscios'que proditionis. Cõstituẽs rex iudicia quot eorũ ceperat ex lege de desertorib⁹ aciei, proditoribus'que occidit. Dum hęc fiunt Marcus Horatius cũ electis militibus missus ad euertendã Albam propere iter cõficiens,& inueniens apertas portas,& incustoditos muros facile fit vrbis dominus: cõgregãs'que multitudinẽ in contionem quę gesta erant in pugna omnia eis declarat, at'que decretum Romani senatus enuntiat. Contradicentibus autem hominibus, tempus'que petentibus ad legationem mittendam, nihil ipse more interponens ędes,murosq;, & si quid aliud extructum erat priuatum,aut publicum,diruit: homines verò cum multa cura transmittit Romam res suas ducẽtes simul,& ferentes,quos quidẽ Tullus ab exercitu profectus in tribus Romanas,curias'q; distribuit, ędesq́ue eis cõstruxit, in quibus ipsi voluerunt vrbis locis, partem'que agri publici sufficientẽ tenuiori bus,mercenarijsq́ue partiens,alijs quo'que comitatibus complexus est multitudinem. Sicq́ue vrbs Alba, quam Ascanius condidit ex Aenea Anchise genitus, & ex Creusa Priami filia,Annos durans, postquam condita est, quingentos minus

Verba Tulli.

Mors suffetij.

Albę euersio.

Quantum alba durauit.

tredecim, in quibus magnã habuit accessionem in virtutem, & opes, oēm'q; aliã fœlicitatem: & q̃ vrbes triginta Latinorũ colonias suas habuit, tēpus ipsa omne gētis eius princeps, euersa ad hoc tēpus vsq;, etiã deserta ꝑmanet. Rex aũt Tulli⁹ superueniēte intermittēs hyemē, ineũte vere exercitũ in Fidenates iterũ educit. Fidenatibus aũt publice auxiliũ ex nulla quidem sociarũ vrbiũ aduenit. mercenarij vero ex multis quidem locis confluxere, quibus fidentes illi extra vrbem ausi sunt prodire, & instructi contra multos'que amittentes in pugna intra mœnia iterum sunt compulsi. Postquàm autem circundans vallum vrbis Tullus, cingens'que fossa ad extremã perduxit clausos eos penuriã, Coacti sunt se regi dedere quibus ipse voluit cōditionibus, Eoq; modo dominus vrbis factus defectionis autoribus occisis, reliquisq; absolutis sua ipsos omnia, vt antea, posidere sinens, & quã prius habebant reipublicę formã reddēs, exercitũ dimisit, At'que profectus Romã tropheoferã pōpam, victimasq; dijs reddidit, secũdũ illũ triũphum ducēs.

Bellum in fidenates.

Post hoc autē bellũ aliud Romanis extitit ex Sabinorũ gente. Principium autē & causa eius fuit huiusmodi. Fanum est cōmuniter a Sabinisq; & Latinis honoratum, sanctum maxime inter cętera eius deę, quę Feronia vocatur quam vertentes in gręcã linguam, Alij quidem anthophorũ, alij philostephanō, Alij autē phersephonē vocant. in hoc autē fanũ cōuenerant ex finitimis vrbib⁹ ad pręstitutos dies festos, multi quidē soluentes vota, sacrificiaq; reddentes deę, multi verò lucri causa ob celebritatē negotiatoresq;, & opifices, & coloni, Erãtq; fora ibi omniũ clarissima, quę ĩ alijs locis Italię habebãtur. In hũc autē mercatũ euntes aliquãdo Romanos homines haud obscuros Sabini quidē corripiētes vinxerant, pecunias'q; abstulerant, missa'que eis legatione super his nihil ęqui facere voluerãt. Sed & corpora captorum, simulq; & pecunias retinuerãt, exprobãtes ijdem Romanis, quod Sabinorum fugitiuos ipsi quòque suscepissent, Cōstruētes asilũ sacrum, de quo dictum est superius. Ex his igitur expostulationibus bello orto magnis viribus vtriq; prodiere, cōflixerunt'que acies, donec tandē pugnãtes eos ęquo marte superueniens nox diremit incertos ipsos vtri eorũ vicisset. Postero autem die intelligentes vtriq; mortuorũ, sauciorum'que multitudinē noluerunt amplius periculũ alterius pugnę facere. Sed abiere relicto vallo, iterponentesq; annum illum.

Bellum in Sabinos.
Feronia.

Exierunt alteri in alteros maioribus paratis viribus, Cōmittitur'que pręlium apud vrbem Hereonē cētum, & septem stadijs distãtem Roma, in quo multi vtrinq; cecidere, pugnãtibus'que eis diu ancipiti marte, intendens manus in cœlũ Tullus vouit dijs, si vinceret ea die Sabinos, se Saturno Rheę'que instituturũ publico sumptu ludos, quos agunt adhuc quotannis Rōani, Cum ex agris fructus omnes perceperint: Vouit'que duplicē eorũ, quos salios vocãt, numerum. Sunt hi quidem ex parentibus generosis se mouentes enoplijs saltationibus ad tibiam cōgruis tēporibus, & deorũ canētes laudes quasdàm patrias, vt declaratum est supra. Post hoc votũ autem fiducia quędam Romanis affuit, & vt vigentes ipsi viribus in languētes delati, Dissipant eorum aciem sole iam pręcipiti, cogunt'que pręsides fugam incipere, quos persequētes ipsi vsque ad vallum & multo plures circum fossam capientes, ne si quidē sunt reuersi: sed permanētes eã noctē, & eos qui è vallo pugnabãt, reprimētes potiti sunt castris:

Secũdum prælium.
Votum.

post

post quòd opus quantacunq; voluerunt Latinorū regionem populati, tanquam nemine secū amplius de ea cōtendere, reuersi sunt domū, Duxitq; hinc triūphū tertiū:ne'que multo post, mittētibus legationē sabinis, dissoluit bellū, Captiuos quosq; ab eis recipiens,quos in pabulationibus ceperāt, & perfugas pecudū quòq; & iugariorum,aliarumq; rerum, quas illi colonis ademerant mulctā exigens eā, quam senatus Romanus statuit,iacturas ipsas estimās pecunia.Hoc autē modo dissoluentes bellū sabini,ac de côuentis cōtrascriptas bases reponētes in locis sacris, vbi bellū Romanis aduersus omnes cōmuniter Latinorum vrbes direptas astitit,haùd ipsum facile arcēdū breui(ob quas causas autē paulò post enarrabo) putātes ijdem hanc sibi occasionem optabilem,iurisiurandi illius, & spōsionum, ac si nūquam factę essent obliuiscuntur,existimātes'q; venisse tempus idoneū, in quo multo plures pecunias ijs,quas Romanis persoluerāt, ipsi ab eis reciperēt, pauci primū,& occulte exeuntes de finitimis agebant prędas. Deīde aūt cōgregati multi,& aperte, quādoquidem ex sententia priora eis euenerāt, nullo misso ad custodiam colonorum pręsidio, Despicientes iam hostes cogitabant aduersus Romā ipsam irruere, Cōgregabāt'que ex vrbibus omnibus exercitū, sermonē etiā cum Latinis de societate inferentes: quod non tamē illis contigit amicitiam cum ea gente, societatem'que belli facere. Tullus autē cōsilia eorū sentiēs, pactis cum Latinis inducijs, in hos statuit exercitū educere. Armās ipse Romanas copias duplo iā maiores, quam antea, ex quo ad se Albanos traxerāt, & à socijs alijs quanta potuit auxilia accersens. Cōtracti autē erant iam sabinis etiam exercit⁹, & vbi proximi inter se fuere ad siluam maleficam appellatam, Parum loci medij relinquentes castra posuere. sequentiqúe die cōgressi pugnarunt quidē ancipiti diu marte, donec die iam declināte in occasū sabini cedunt, vrgēte eos equitatu Romanorū magnas'que in eo strages edita est in fuga. Romani aūt mortuos spoliantes, diripientes'que castra, Ac partem optimā regionis populātes domum redeunt, hunc'q; finē habuit eueniēs Romanis,aduersus sabinos bellū regnante Tullo. Latinorū vero vrbes hinc primū à Romanis diffidebāt,haùd dignantes euersa Alba euersoribus eius Romanis principatū tradere. Annis enim quindecī post Albam deletam,Rex Romanorū legatos mittēs ad colonias, obnoxias'que Albanis trigīta vrbes, ęquitū cēsebat parere ipsas Romanorū iussis,tanquā suscipientiū:simul cum cęteris,quę Albani obtinebāt,etiam Latinorum gentis principatum quos quidem demonstrans eis possessionū modos, quib⁹ homines fiunt alienorum domini, Necessariū & vltroneum & vtro'que modo dicēs suscepisse Romanos pricipatū earū vrbiū,quas Albani habuissēt:quòd & factos inimicos eos vicissent armis, & amittētibus eis vrbem partam suę dedissent ipsi ita vt & inuitis Albanis,& volētibus côueniret subiectorū sibi imperio Romanis cedere. Latinorum autem vrbes priuatim quidē legatis nihil respōdere. Conuētu verò gentis eius cōmuni habito ferentini minime Romanis cedere principatu decreuere, Duosq; statim duces eligunt, penes quos pacis,belliq; potestas esset, Ancum Publiciū ex vrbe Cora, & Sp. Veciliū ex Lauinio ob hasq; causas euenit Romanis aduersus eiusdem gentis homines bellum procedens vsque in quintū annum, Ciuile quoddā, atque vetusto more. Neque enī ac si descendissent totis copijs in

Silua malefica.

Pugna cū sabinis tertia.

De latinis

Mōi duo.

Ancus publicius spusius Vecilius.

aciem magna clades accepta, supręma ve accidit alterutris partis deletio,neq; eo bello victa vrbs est euersa vlla,aut in seruitutē redacta,aut vlla alia intolerabili potita est calamitate:sed irrūpētes alteri in alterorū agros sub maturitatē frumēti,populantes'que regionē reducebāt domum copias, permutabāt'que captiuos.

Medulia. Vnam autem latine gētis vrbem Meduliam antiquius adhuc coloniā factam sub principatu Romuli(vt in superiore dictum est libro)reuersam rursus ad consanguineam gentem obsidione vrgens Rex romanus,persuasit ei non amplius moliri res nouas. Aliud autem quicq̃ acerborum, quæ ferunt bella, eo tēpore neutris accidit quippe faciles,nihil'q; infestum habentes ob prōptitudinē Romanorum dissensiones peractæ erant. Hęc'que igitur cum gessisset in imperio suo Tullus Hostilius, vir inter paucos memorari dignus cum audaciæ in rebus bellicis causa,tumę prudenti in difficillimis,pręter'que duo ista,quod nequaquam ad ineundum bellum velox certus quidem erat,perstans in eo emulis omnibus pręcellere.

Mors tulli hostilij. Annos duos & triginta cum regnasset,extinctus est,Incēsa domo, cum vxore,& filijs,atque alia familiari turba omni igne cōpręhēsa,succensam domū eius alij dicūt ꝑ fulmē ira dei,ob quorūdā sacrorū intermissionē. Relinquebnāt:enī in principatu eius patria quędam sacrificia,& alia, quę Romanis nō aderant,externa inducebantur.

De mātō Alia opinio. Plures autē humanis īsidijs esse factum id dicūt, opus ipsū asscribentes Martio, qui post eū regnū obtinuit. Hūc enī ex filia Mumę Pōpilij natum ferentē egerrime, quod ex genere ipse regio priuatus viueret, ac vidētem hęredes omnium subscriptos esse Tullo filios,maxime suspicatum volūt,si quid Tullo accidisset, in eos esse peruētum prīcipaturū:Hęcq; eū cogitātē multo ante stcuxisse regi insidias,habentē ipsum multorū Romanos factionis suæ: Consiliatores'que ei regni,tum amicū ipsum Tullo intimum, maxime'qne creditum obseruasse,cum appareret tēpus insidijs idoneum. Nā peracturus Tullus sacrificium, quod domi videre solos necessarios suos volebat, incidenteq; forte die ea: valde hyemali imbre multo,procelsoq;,& tenebris, Adeò,vt desertus relinqueretur locus ante domum custodię, opinatum dicunt Martium tempus illud idoneum, at'que transgredintem ianuam simul cum amicis occulte gladios sub vestimētis habentibus,interficienteq; regem, & filios, & quoscunque adesse cōtigit, in ędes ignem multis locis cōiecisse, & his quidem gestis sermones disseminasse de Fulmine. Ego verò hunc sermonem haùd recipio, nec verū puto Minime'que credibilem reor, Ac priori fidem magis adhibens, Per genium puto mortis eū istius potitum esse. Neque enim aut celatum iri hanc actionem perpetratam à multis verisimile, aut exploratum erat autori, Quod post Tulli mortē Romani se regē designaturi essent:ne'que,si hęc ei ab hominibus speranda,firmaque esset, iudicinm deorū simile ignorātibus humanis futurū erat. Nā post amicorū suffragia oportebat ei deos regnū prosperis augurijs sancire. Scelestum autem hominem, & tot cędibus cruentum impie quisnàm deorum, aut geniorum debuit aris admittere adeuntē, & per hostias initiantem, reliquos'que peragentē diuinos cultꝰ, ita vt ego propterea nō in hominū insidias, sed in voluntatē dei rem ipsā referā. Iudicet autē quis'que quod volet. Post mortem Tulli interex creatus ex patria cōsuetudine regē vrbis eligit Martiū, cognom ine Ancū, cōfirmante'que populo, quæ visa

quæ visa erant senatui, pulchre'que habentibus rebus diuinis peragens omnia ex lege Martius suscepit imperium, Anno secundo trigesimæquintæ olympiadis, qua vicit spherus Lacędemonius, quo tempore annuum magistratū obtinuit Athenis Damasia. Hic rex multa sacrificia neglecta percipiēs, quę maternus auus suus Numa pompilius constituerat, bellatoresque, & diuitijs auctos vidēs plures Romanorum, neque agros vt antea colētes amplius, aduocata in contionem multitudine, venerari eos iterum diuina postulabat, enarrans quod in obseruātia deorum morbi, pestesque vrbem inuaserant, à quibus populi pars non parua absumpta esset, quod'que rex Tullus, non habens quam oportuit horum custodiam, languens diu omni morborum genere, nec sincera mente ipse adhuc permanēs: sed cum corpore corruptis sensibus miserabili potitus erat excidio ipse'que, & genus suum, inductionem'que reipublicę constitutam Romanis à Numa laudans, vt honestam, & moderatam, per iustissima opera exhibentem quotidianam cuique habundantiam, reuocare ipsos iterum hortabatur, agriculturaque, & nutritione pecudum, alijsque operationibus, quibus nihil adesset iniusti, ac rapinas, & violētiam, cęterasque vtilitates ex bello paruipendere. Quę cum diceret, magnū'que omnib[9] desideriū attulisset quietis pacificę, atq; modestę industrię: post hęc cōuocans pontifices, & quos Pompilius constituerat de sacris commentarios ab eis sumens, in pugilaribus exscripsit, proposuitque in foro videndos omnibus volentibus, donec eos deinde contigit deleri æuo. Bases enim nondum erat æneæ, sed in quernis insculptæ sunt tabulis, legesque, & sacrorum descriptiones. Post eiectionem autem regum in vsum rursus publicum traductæ sunt à pontifice Caio Papirio sacrorum omnium principatum habente. Instaurans itaque deorum sacrificia neglecta ante, aut praue culta, segnem'que turbam dimittens ad operas proprias. Laudabat quidem diligentes agricolas, obiurgabat'que malos præsides possessionum suarum, tanquam non firmos ciues. Hoc autem statu constituto reipublicæ, sperans maxime se semper sine bello, & malis acturum vitam sicuti maternum auum, haud respondentem electioni suæ fortunam habuit, sed præter sensum suum coactus est bellator fieri, nec vllum tempus sine periculo, sine'que turbatione viuere. Statim enim vt principatum inijt, otiosam'que aggressus est constituere rempublicam, contēnentes eum Latini, existimantesque, ob ignauiam haud idoneum esse eum ducem bello, latrones mittebant in finitimam sibi quique regionem, à quibus multi ex Romanis detrimenta accipiebant. Missis autem legatis à rege, iusta'que reposcentibus Romanis, atque conuentus stari: neque scire se quicquàm de latrocinijs, quæ obijciebantur, simularunt, tanquàm illis non publico consensu factis: neque se Romanis vlla in re esse obnoxios. Non enim cum eis, sed cum Tullo icta fœdera: eo'que mortuo soluta esse, quæ de pace inter ipsos conuenerant. Coactus igitur his causis, Latinorum'que responsis Martius in eos ducit exercitum, & castris ante vrbem positis eam prius, quàm à Latinis cæteris aduenirent auxilia, sub contionibus cœpit, nullo malo homines afficiens: sed habentes sua omnia traduxit Romam distribuit'que in tribus. ❧ Sequenti deinde anno mittentibus in Pollitorium

Martius Rex.

De religione conseruanda.

Politoriū.

ipsum desertum colonos Latinis, regionem'q; colentibus, vincens ipse cępit secundo vrbem, & incendens ędes, muros'que euertens, ne haberent eam vrbem rursus hostes receptaculum, agrum'que colerent, abduxit exercitum. Inde anno sequenti Latini castris ad Meduliam positis, in qua erant Romanorum coloni muros concinnates, facto vndique insultu vi eam capiũt. Martius autem Tellenem vrbem Latinorum vt illo tempore illustrem vincens prius acie, deinde oppugnatione subijciens, nihil'que captis rerum suarum aufferens, rex vrbe ipsa Romam eos transtulit, locum'q; eis ad constructionem ędium diuisit atque Meduliam triennium à latinis possessam quarto anno recepit, multis, magnisq́ue recuperans pugnis. Neq; multo post Fidenas diruit, qua triẽnio ante capta sub cõuentionibus atque omnibus Romam traductis vrbe ipsa nihil passa visus erat clementius, q̃ prudentius consuluisse. Nam mittentes in eam colonos Latini, obtinentesq́ue regionem Fidenatium res possidebãt, ita vt cogeretur Martius iterũ aduersus eam exercitũ ducere. Neq; paruo tandem negotio dominus vrbis factus incendit domos, muros'que euertit. Post hoc fiunt Latinorum Romanorũq; pugnę duę: quarũ prima certantes diu, vsique ęquo marte in sua vtrique castra rediere. Die aũt postero vincentes Romani Latinos ad castra vsq; eos persequuntur: post'q; istas pugnas certamen nullum inter eos instructa fuit acie. Incursiones autem in vicinas regiones fiebant ab vtrisq́ue continuę, & congressus multorum per agros equitũ, peditum'que expeditorum, in quibus quidem vincebant, vt frequentius, Romani subdiales habentes copias, locisq́ue opportunis ad pręsidium confidentes, quibus pręerat Tarquinius Etruscus. Desciuerant autem Fidenates à Romanis per ea tempora haud ex professo bellum demonstrantes: sed clàm, atque per paucos regionem eis infestantes, in quos Martius expedito profectus exercitu ante, quàm se ad bellum pararant, prope vrbem castra posuit. Illis vero ignorantiã primum prętendẽtibus ob quas iniurias in se exercitus Romanorum adueniret: cum dixisset rex venisse se ab eis iusta recepturum pro ijs, quę rapuerant, lęserãtq́ue agrum suum, excusabant hanc non esse culpam publicam, atque petentes tempus ad cognitionem, inquisitionem'que sontium, dies multos assumpserunt agentes quidem eorum nihil, quę opus erat, aduocantes verò socios, & apparatui armorum dediti. Animaduertens autem consilium eorum Martius subterraneas fossas duxit, incipiens à vallo proprio vsq́ue subter murum vrbis: & vbi finem iam opus habuit, transferens exercitum ad vrbem duxit, scalas quo'que multas, machinasque ad oppugnationem aduehens, non ad locum, vbi erant cuniculi, sed in diuersum pœnitus. Occurrentibus autem Fidenatibus frequentibus ad obsessam vrbis partem, & incursum hostium strenue propulsantibus, aperientes ora cuniculorum ij, qui ad id collocati erant, Romani intra mœnia astitere, interfectisque obuijs, portas suis apperiunt, suntque multi Fidenatium, dum vrbs capitur, perditi. Reliquos autem iubens Martius arma tradere, & vt in locum vrbis quendam connuenirent, per præconem edicens, paucos eorum autores ipsos defectionis virgis cęsos interfecit, domos autem diripiendas omnes militibus permisit, at'que præsidium dimittens in vrbe idoneum copias in Sabinos abduxit. Ne'que enim illi quo'que fœderibus

Medulia

Tellenes.

Fidenę

Pugnę duę.

Consiliũ martij.

Fidenę. vrbs capitur.

bus steterant cum Tullo ictis: sed irrumpentes in agrum Romanum, quod finitimum eis fuit, populati erant. Edoctus autem Martius per exploratores, & transfugas inuasionis tempus, dispersis eis per agros, prędasq́ue agētibus ipse quidem cum peditatu adiens castra hostium parum habentia praesidij prae impetu vallum coepit: Tarquinium autem ducentem equites iussit in dispersos populatores age. Quod videntes Sabini equitatum Romanorum in se tendentē, dimissa praeda, & cęteris, quęcun'que ferrent, & ducerent, fugiebant ad castra, quę vbi ea quoque obtineri à peditatu cognouere, incerti ijdem, quo se verterent, in syluas, montesq́ue tēdebāt, persequētibus'q; expeditis cohortibus, atq; equitatu pauci quidē seruati sunt eorum, plures verò oppressi. Post'que hanc calamitatem mittentes iterum legatos Romam pacem impetrarūt qualem voluere. Restans enim cum Latinis vrbibus adhuc bellum necessarias faciebat cū reliquis hostibus inducias, & reconciliationes. Quarto autem fermè post hoc bellum anno educēs Martius vrbanas copias, & quantas potuit à socijs accersens, in Veientes duxit exercitū multam'que eorum populatus est regionem. Nam incoeperant illi quo'que anno priore bellum irrumpentes in romanū agrum, multā'que abigentes prędam, ac magna quòque hominum cędę edita. Egresso igitur exercitu Veijs magno, & trans flumem Tyberim castrmetante, apud Fidenas, assumens ipse quam celerrime potuit expeditas cohortes primum quidem excursiones eorum inhibuit prelio equestri vincens; deinde autem prodire eos cogens in aciem vicit castris quoq́ue exuēs, inde'que Romam rediens rebus bello bene gestis victorię insignē pompā, cōsuetūq́ue triūphum de eis in vrbē duxit aduenīēs. Sequēte aūt anno soluentibus iterū Veientibus inducias, quas cū eo fecerāt, dignūq; esse cēsentib⁹ recuperare se ea, quę sub Romulo rege ex foedere ipsis adēpta erāt, alterū cum eis pręliū cōmittitur apud Allas priori maius, quo rex facile vicit; vrbēq; Allas ex eo tēpore sine vlla cōtraditione obtinuit. Palma aūt huius pugnę pęnes Tarquiniū ducem equitum fuit, eum'q; Martius clarissimum omniū ducens eum in caeteris honorem habuit, tum in patriciorum, senatorumq; numerū conscripsit. Fuit autem à Volscorum quoque gente Martio regi bellum, exeuntibus etiā inde prędonibus in Romanum agrum, atque militans in eos Martius magnis viribus multū circū egit prędę, ac castra locās ad eorū vrbē, Velitros fossa, vallo'q; cinxit, instabat'q; ad murorū oppugnationē ipse, cāpestria obtinēs, donec exeūtibus senioribus supplicibus, & illata damna sarcire pollicētibus, quemadmodum rex aequum cēseret, exhibereq̀ue ad poenam sontes, datis inducijs; iustaq́ue à volentibus sumēs pacem cum eis, amicitiam'que contraxit. Inde autem ex Sabinorum gente alij rursus quidam, nondum vires romanorum experti, vrbem ipsi incolentes magnam, & foelicem, nec habentes tamen quicquam, quod Romanis obijcerent, sed inuidere foelicitati eorum coacti, maiori ei, quam aequum esset homines bello acies cępere: primum latrocinijs, excursionibusq́ue pauci conuenientes agros infestare. Deinde autem inescati lucris in eos exercitum palàm ducunt, populatique finitimam regionem vehementer afflixere: sed non eis tamen contigit, neque lucrum abducere, nec abire congregatis. Nam auxilio accurens propere rex romanus propiusque eorum castra vallum iaciens, prodire

Sabini capiuntur.

Veientes.

Allas.

Tarqni⁹.

Volsci.

Velitri.

Sabini.

eos coëgit in pugnam: fuit'que certamen magnum, cadentibus vtrin'que multis. Cæterum vicere Romani, ob laborum tollerantiam, cui erant multo ante assueti, præcellebant'que sabinis multo, vrgentesq́ue propere fugientes eos in castra sparsos, & incompositos, magnam cædem edidere, captisq́ue castris ipsis multarum pecuniarum refertis, atque captiuis receptis, quos sabini per excursiones cœperant, domum rediere. Hæ igitur bellicæ actiones huius regis, quæ à Romanis memoria, fama'que potitę sunt tales quædam dicuntur exstitisse.

Res urbanę. Vrbanæ vero hæ, quas dicam. Primum quidem non paruam vrbi partem addidit, cingens muro eum locum, qui Auentinus dicitur. Est enim Collis modicæ editus, & in orbem stadia fermè decemocto complectens, qui tunc cum silua omnis generis plenus erat, tum vero plurima, ac pulchra lauro, à qua locus quidem eius à Romanis lauretum dicitur. Nunc autem ædium est plenus omnis, in quo etiam multis ornamentis insigne extructum est Dianæ templum. Segregabatur autem à colle quodam Pallantio appellato, circa quem vrbs prima est condita profunda, & angusta valle, cum nunc vtros'que Roma complectatur. Posterioribus autem temporibus repleta est concauitas illa inter colle medias. Hunc, igitur collem videns futurum aliquando munimentum aduersus vrbem, si quis ei superueniret exercitus, muro, fossa'que communiuit & traductos ex Tellene, & Pollitorio, alijsq́ue vrbibus, quascun'q; cœperat, ibi collocauit. Vnum igitur hoc ciuile regis actum traditur pulchrum simul, & magno vsui, per quod vrbem fieri maiorem contigit vrbis alterius adiectione, & quãquam magna manu hostium superueniente, minus esse captu facilem. Alterum autẽ quoddam est, hoc ciuili acto maius, quo & omnibus ad vitam bonis beatiorem ipsam fecit, & ad res capescendas generosiores eam extulit. Descendente enim ex Apenini montibus Tyberi, & præter vrbem ipsam fluente, irrumpente'que in littora minime portuosa, & continua, quę Etruscum mare efficit, parum'que eo, aut nihil vtilitatis memoratu dignum vrbi afferente, quia nulla haberet ad exitum suum munimenta, quibus delatas mari naues, & sursum actas susciperet, redderet'que gratiã ingredientibus. Cum'que esset amnis idem vsque ad fontes fluuialibus scaphis satis magnis nauigari idoneus, ad Romam autem vsq́ue maritimis quo'que nauibus onerarijs magnis, nauale aliquod excogitauit ad egressum eius extruere. Vtens, vt portu, hostio amnis ipsius. Panditur enim multum in latitudinem, coniungens se mari, sinusq́ue concipit magnos, quales portuum mariti morum illustrissimi, & (quod maxime miraretur aliquis) non obstruitur ad hostium marino littore interseptus, cui rei plęra'que etiã magna flumina sunt obnoxia: nec in paludib⁹, aut stagnis errãs aliquo in loco cõsumitur priusq̃ mare cõtingat riuus, sed est peruius vbiq; nauibus, vno'q; tm̃ effluit hostio legitimo, persecans dorsum maris, atq; ibi multus, difficilisq; fit ab occasu vẽtus. Naues igr̃ actuarię, quotcũ'que adesse aliquãdo cõtigit, atq; ex onerarijs vsq; ad Trocheliophorã per hostium eius intrant, & Romam vsq; remigioque, & funibus tractę adducuntur, maiores vero ante hostium ad ancorã fluctuantes fluuialibus euacuatę scaphis exonerantur. Inter amnis igitur, & maris cubitum rex vrbem muro cingens ab euentu ipso hostiam nominauit, quam nos θυραν diceremus, volens quidem ro-

Auẽtinus

Laurẽtũ.

Pallãtium

Tiberis.

Trocheliophera.

Hostia.

mam hostium non modo mediterraneum, sed maritimū quòque fieri, & ex maritimis gustare bonis. Munijt item muro eū quem ianiculum vocant, montem editum, trans Tyberim amnem positum, prȩsidium'que ei imposuit idoneum tutelȩ cā nauigantium per flumen. Deprȩdabantur enim Etrusci mercatores, obtinentes ipsi trans Tyberim regionem omnem. Pontem'que ligneum, quem sine ære & sine ferro fas est lignis ipsis contineri, ille Tyberi imposuisse dicitur, quem hucusq́ue custodiunt, sacrum esse existimantes. Si vero labat pars eius aliqua, ea curāt pontifices, sacrificia quȩdam perficientes patria simul cum refectione. His igitur ab hoc rege in principatu suo gestis historia dignis: ac tradens ipse successoribus suis Romam haùd paruo potentiorem, quam accepisset, quatuor, & viginti annos regno potitus moritur, duos relinquens filios alterum puerilis ȩtatis, alterum maiorem natu iam tum pubescentem. Post mortem vero Anci Martij senatus, permittente ei populo, regiminis formam, quam vellet, constituere, in eadem, quo fuerat, manendum cogitauit, interregem'que creat, comitijs'que habitis, multitudo regem eligit Lucium Tarquinium, confirmātibus quòque auspicijs ea, quȩ populus iudicauerat: suscipit'que imperium Tarquinius Anno ferè secundo primæ & quadragesimȩ olympiadis, qua vicit Cleonidas Thebanus, imperante Athenis Eniochida. Quibus autem parentibus Tarquinius hic fuerit, & qua oriūdus patria, & quas ob causas Romam commigrarit, quibusq́ue studijs in regnū peruenerint, vt in huius gentis comentarijs inueni, dicam. Corinthius vir quidam Demaratus nomine ex Brachiadum familia mercaturam exercere volens, nauigauit in Italiam, onerariam nauem adducens propriam, & onus proprium: exonerās'que onus ipsum in vrbibus Etruscorum fœlicissimis tunc omnium Italiȩ, ac lucra inde magna capiens, nolebat amplius in alios adduci portus: sed idem mare assidue peragrabat, græcas merces ad Etruscos, & Etruscas in grȩciam vehens, fitq́ue multarum pecuniarum dominus. Occupante autem Corinthum seditione, & instante Brachiadis Cypselli tyrannide, cum haùd tutum videretur, sub tyrannide viuere hominem, prȩsertim multa possidentem, eum'que ex familia factionis optimatum, cōpositis rebus suis, quascun'que erat ferri possibile, Corintho soluens, profectus est, habens'que amicos multos ex Etruscis, & bonos, propter continua comercia, maxime'que Tarquinijs, vrbe magna aliquādo, & fœlici, domum sibi ibi construit, & vxorem genere illustrem ducit. susceptisq́ue duobus filijs, Etrusca eis nomina imposuit, Aruntem alterum, alterum'que Lucomonem vocans, & erudiēs vtrum'que Grȩca, & Etrusca disciplina: virisque factis, vxores ipsis capit ex illustrissimis familijs. Nec post multo senior eorum moritur, nihil ex se relinquens palàm, post'que paucos dies etiam præ mœrore Demaratus, hȩredē omnium suorum filium reliquum constituens Lucomonē, qui suscipiens patrias diuitias, magnas ipsas immiscere se rebus, administrare'q; publica, & in primis esse ciuibus animo præsumpserat. Repulsus autem vndique ab indigenis nec vt in primis numeratus, sed nec in mediocribus mœstus egre ferebat ignominiam. Audiens autem de Roma, quod iucunde omnes susciperet, hospitesq́ue ciues faceret, honoraretq́ue vnumquemq; pro dignitate homine, transferre eo habitationē cōstituit, res quidē suas om̄es cōponēs, & vxo

Ianiculū.

Etrusci.

Pōs sacer.

Mors Martij

Tarqni⁹.

Demaratus.

Lucomones.

rem adducens, & ex amicis, atq; familiaribus qui vellent, ac fuere qui cum eo prōpti erant ad demigrationē plures. Vbi vero ad Ianiculū astitere, vnde Roma ab Etrusca regione primū segregata est, deuolās repēte aquila, & pileū, quē in capite gestabat, rapiēs, sursum iterū redijt, sublimē eū in orbem ferēsque, & in profundū cōtinētis æris abscōdēs, moxque capiti Lucomonis apte, vt erat antea, reposuit. Admirabili aūt, & inopinato omnib⁹ apparēte eo signo, Lucomonis vxor Tanaquilis, disciplinę Etruscę peritiam prodigiorū abūde à parētibus suscipiens, solum ipsum remotis cęteris complexa est, speque bona impleuit, tanquàm ex priuata fortuna, in regiam potestatem transiturum. Considerare tamen consuluit, quemadmodum à volentibus acciperet principatum Romanorum, se ipse dignum eo honore exhibens. Is autem lętus hoc signo vbi iam propius portas fuit, precatus deos, vt diuinationes implerent, bono'que omine ingrederetur, in vrbē transiit, postea'que in sermonēveniens cū rege, primum quis sit aperit, deinde etiam, quod habitare volens in vrbe aduenerit, rem paternam omnem adducēs & i commune eam volens regi, ciuitatique deponere, maiorē ipsam, quā vt à priuato possideatur. Suscipiente autem deinde eum rege, & in tribum, contuberniū que vna cum astantibus ei Etruscis distribuēte, locum idem in vrbe sufficiētem ad ędificandum domum sortiens, agri quòque portionem accepit. Postea vero, quam hæc cōsequutus est, vnusquè ciuium fuit, aiaduertens, quod vnicuiq; Romanorum positum est nomē proprium, post'q; illud alterum, quod est cognationis eorum, & paternale, Is quòque similem in hoc facere se illis volens, Lucium sibi pro Lucomone, proprium nomen imponit, Tarquinium'que, cognationis ab ea vrbe, in qua geniturę, educationisque potitus erat, ac regi amicus breuissimo fit tempore, dona dans, quibus opus esse ei maxime sentiebat, atq; pecunias exhibens in vsus bellicos quātiscun'que indigeret, belli quòq; miles idē peditum omnium, equitum'que strenuissim⁹, & sentētia, vbi opus esset, bona, inter cōsiliarios prudentissimos numeratus, sic'que honoratus à rege, aliorum quòque Romanorum beniuolentia non excidit, sed & patriciorum multos beneficijs deuinxit, popularem'que multitudinē vt haberet sibi propitiā, prępárauit, blāde appellans, salutans, gratiosisque confabulationibus, ac pecuniarum in portione, alijsque comitatibus homīes alliciēs. Ac talis quidē erat Tarquinius, ob hasque causas, & viuēte Martio, factus est Romanorum omnium clarissimus, morieteque eodē, dign⁹ è regno ab oībus indicatus, quo suscepto, primum quidem bellum gessit cū Apiolanis, Latinę gentis vrbe non obscura. Nam hi quidē, cęteriq; Latini oēs existimētes, soluta esse post Anci mortem pacis fœdera, latrocinijs'q;, & excurtionibus Romanū agrum populabantur, quibus pro rebus eos vlcisci volens Tarquinius magnis exiuit viribus, agrique eorum pulcherrimam populatus est partem, adueniente'que Apiolanis auxilio ex finitimis vrbibus, bis prælio certatum est magno, quorum vtro'que vincens Tarquinius ad obsidionem vrbis intendit, admouit'que vrbi copias vnas alteris succedentes: hique ex vrbe repugnantes pauci aduersus multos, nec quietis vnq̄ potiti sublati, sunt cum tpe. Sic'que capta per vim vrbe, pugnantes plurimi Apiolanorum cecidere, pauci vero, armis traditis, simul cum reliqua pręda veniere, filijque eorū, & vxores in seruitutē redactę à Romanis

Prodigiū.

Lucius ꝑ lucomōe.

Astutia pulchra.

Lucius regno potitur Apiolani.

Romanis abductę sunt: Vrbs'q; direpta succesa est. Quib⁹ pactis, muro'q; à fundamentis euerso, rex copias abduxit domū. Post'q; hoc aliū eduxit exercitū aduersus vrbē Crustumeriū. Erat eñ colonia ista Latinorū. Sed regnāte Romulo Rōanis adheserat, rursus'q; suscipiente īperiū Tarqnio, sentire cœpat cū Latinis haud op⁹ fuit tñ eā obsidione alio've labore recipe. Nā intelligētes Crustumerini magnitudinē viriū, q̄ aduersum se aduētabant, nec nō ībecillitatē suā nullo ei à Latinis cęteris adueniēte auxilio, portas aperuere, exeuntesq; natu maximi ciuiū & honoratissimi vrbem ei tradidere, ęquo eum, moderatoq; vti imperio supplicātes, res'que ad votū successit. Nā ingrediens vrbē Tarquini⁹ occidit neminē. Valde paucos autem, defectionis autores ipsos, fuga propria mulctauit: Cęterisq; omnib⁹ sua sibi habere cōcessit, Rei'que Romanorū publicę, sicut prius, ꝑticipes esse: ac ne res amplius nouas molirētur, colonos ei reliquit romanos. Eadē quòq; cogitantibus Nomentanis iisdem potiri cōtigit. Nā & isti latrocinia exercentes in Romano agro, hostes eis ex professo fuerāt, Latinorū fidētes societati. Militāte vero aduersus eos Tarquinio, tradētibus'q; Latinorū auxilijs, inualidi ipsi ad obuiandū tātis viribus, cōuersi sunt ad ꝑces, egressique vrbē, se ipsi dedidere. At qui Colatiā habitabant conati sunt prelio decertare aduersum vires Romanorū, atq; vrbem egressi, omnique in certamine prorsus inferiores, ac plagas multas accipientes: Coacti sunt iterū intra muros ꝓfugere, miserunt'que ad Latinorū vrbes, auxilium postulātes, quod cum esset sirius, & ad multas muri partes incurs⁹ fierent, post tempus aliquod coacti sunt vrbem dedere, haud eadē tamen moderatiōe potiti ipsi, qua Nomētani, & Crustumerini: sed ademit rex eis arma, mulctās pecunijs, atque pręsidium relinquēs in vrbe ipsa idoneum, pręesse'que eis statuit perpetua potestate fratris filium Tarquiniū Aruntē, qui post mortem patris Aruntis, auique Demarati natus, nec paternę, nec auitę rei debitam hęreditatis partem acceperat: quam ob causam Egerius cognominatus est. Pauperes eñ, & inopes ita Romani vocant. Postea verò quam vrbis illius suscepit curam cognominatus est Collatinus ipe'que, & ab illo descēdentes cęteri. Post Collatiam aūt acceptā ad Corniculum rex duxit copias, erat eñ vrbs quoq; illa gentis Latinorum, populatusque regionem, prę metu nemine pro ea repugnante, iuxta vrbem castra habuit, prouocās eos in amicitiā. Cęterum nolentibus ipsis in cōsiliationes progredi sed & murorum fretis munimēto, & ventura vndiq; auxilia existimātib⁹ circundans vndique vrbi copias eam oppugnabat, restitere'que multum tēpus Cornicula viriliter repugnantes, nec leues plagas insultantibus inferētes. defessi verò cōtinuis laboribus, nec eādem sentētiam seruātes omnes (nāque alijs vrbs tradenda, Alijsque resistendum omnino videbatur) sicq; etiam ex seditione māgis laborātes, per vim interim sunt capti, pars eorum igiť pręcipua in ipsa vrbis captione pugnans absumpta est. Pars vero ignobilis, & ob id seruata, in seruorum habita ratione venundata est cum vxorib⁹, & filijs, vrbs'que à victorib⁹ direpta, & cōcremata. Quod ęgerrime ferentes Latini decreuere comuniter exercitum aduersus Romanos educere, Magnis'que paratis viribus in pulcherrimā regionē eorum irrupere, ex qua captiuos multos, & ingentem prędam abduxere. Exiuit autē rex Tarquini⁹ aduersum cum expeditis, ꝑparatis'que copijs. Sed iā nō eos

Crustumerium.

Nomentani.

Tarqini⁹ collatinus.

Corniculum.

Latini.

amplius prȩoccupare valens,in eorum ipſe irruit regionē,paribuſq; affecit dānis, ac multa vtris'que talia inuicē in finitimas excurrentibus regiones euenere detrimenta'que, & lucra. Vnum autem inſtructa acie cōgreſſis eis omnibus viribus prȩliū prope Fidenas fuit, in quo multis vtrinq; cadētibus vicere Romani, Coegeruntq; deſertis caſtris Latinos nocte in ſuas vrbes regredi: Inde'que inſtructū habēs rex exercitum, in eorū tranſgreſſus vrbes sermones intulit de amicitia. Hique,quibus nec cōmunes adeſſent vires,neq; proprijs apparatibus cōfiderent accipere prouocationes,tradidereq; vrbes quidē,videntes ijdē,vi captos ſeruitutem ſequi, & euerſiones,Deditos autē ex cōſenſu obedire tm̄ victoribus, nihilq; aliud intolerabile. Ac primū igitur Fidenates adiecere vrbes, haùd ſp̄nēdas, ſub cōuentis quibuſdàm iuſtis:Poſtea'que Camerini,quos ſecuta ſunt caſtella quȩdā parua,& munita,quibus rebus perturbati Latini reliqui, ac timētes, ne in eodem cōſentiret gens omnis, Coeuntes Ferentini in foro decreuere vires ſuas ex omni vrbe educere, & ex finitimis gentibus potētiſſimos quoſq; aduocare. Miſſa'que ad Etruſcos, sabinos'que legatione, quà auxilia poſtulabāt, sabini quidē polliciti ſunt eis, ſe vbi agrū Romani iuris ingreſſos ipſos audiſſēt, ſumptis armis regionem ſibi proximā populaturos:Etruſci quòque ſe miſſuros eis auxilia,quibuſcūque indigerēt,receperūt nō ſnīȩ eiuſdē omnes, ſed vrbes quique tātūmō Caluſini,Aretini, Voltrani, Ruſalini, & vltra iſtos Vetuloniate,quarū rerum ſpe elati Latinorū populi,prȩparatis virib⁹ ſuis proprijs,magnis ipſis, & ab etruſcis acceptis alteris,in Romanū agrum irrūpunt:at'que eodē tempore ex sabinorum gente vrbes,quȩ ſe quòq; belli ſocias fore eis promiſerāt, vicinā ſibi regionē depopulantur. Tarquinius aūt & rex ipſe interim magnis, ſtrenuis'q; paratis copijs, q̄ celerrime in hoſtes tēdit,ac cū sabinis, Latinis'que eodē tempore bellum gerere, vires'que ſuas diuidere haùd tutū ratus, eas omnes in Latinos ducere conſtituit, Poſitis'que propius eos caſtris, primū quidē cūctanter ſeſe vtri'que habuere, ne ſuis virib⁹ omnibus periclitarentur,Timentes ipſi inuicē alterorum apparatus. Lȩuia autem certamina ab deſcendentibus vtrin'que extra munitiones iermib⁹ fiebāt aſſidua,ac pugnabant,vt frequentius,ȩquo marte, donec tandem, incidēte vtriſq; ex his lȩuibus certaminib⁹ cōtētione ſubueniētes vtriq; ſuis pauci primū deīde plures, ad extremū coacti ſunt oēs è caſtris ꝓgredi,atq; cōgreſſi in pugnā viri neq; bellicorū certaminū rudes, ne'que multū inter ſe peditum, ȩquitū'que numero differentes,Alacritate ijdē pari ruentes in bellū, & adeſſe ſibi periculorū vltimū exiſtimātes.Pugnabāt quidē vtrinq; egregie, donec eos ex ȩquo pugnātes deprȩhendens nox diremit. Poſt pugnā tamē vtrorūq; ſenſus haùd ſimiles manifeſtos effecere, vtri pugna prȩualerēt. Nā ſequēti die,Latini haùd amplius extra vallū proceſſere. Rex Romanus autē ducens copias in planiciem pugnȩ alteri paratus erat,& ad multū diei tenuit inſtructam aciem,& vbi hoſtes obuiā nō exiuere,Legens ſpolia ex hoſtibus,ſuoſq; mortuos ſuſcipiens,Multa cū iactātia exercitum reduxit in caſtra. Cȩterum aduenīete poſtridie Latinis altero ab Etruſcis auxilio, secundum extitit certamen multo maius priori, ex quo tamen victoriā abſtulit Tarquinius clariſſimā, cuius eū fuiſſe cauſam fatentur omnes. Nā laborante iam Romana legione,&in ſiniſtro cornu ſciſſa, Audiēs iclinationē

Tarqui-

Ferentini.

Vrbes in romanos coniuratȩ.

Tarquinius (pugnabat eñ in dextro cornu) cõuertésq; alas equitũ strenuissimas, peditumq; robustissimos assumẽs, à tergo eos exercitus sui duxit, & trãsgrediẽs sinistrum cornu extendit vltra phalangem hostiũ. Postea'que cõuersus in hostẽ & incursans equis cornua in transuersas irruit cohortes Etruscorũ. Nã pugnãtes in dextro cornu isti oppositos sibi hostes auerterant. Sed apparens inopinato eis Tarquinius stuporẽ, magnam'que perturbationem prębuit. Interique peditatus Romanorũ ex priori metu se recipiens redit in aduersos hostes, Hincque secuta ẽ cędes Etruscorũ magna, fuga'que dextri cornu haud dubia. Tarquinius autem iussis peditib⁹ ordine modico'q; gradu persequi, ad castra ipse hostium cõtẽdit, Agens equos pro viribus, atque fugientes pręueniens fit valli repente dominus. Nã qui castris pręsidio relicti erant nondum cognita calamitate suorum, nec dignoscere aduenientes equites, ob celeritatem incursus, valentes, permiserunt eos ingredi: sic'que captis Latinorum munitionibus, hi, qui redibant consternati, vt in tutum profugium à suscipientibus eos equitibus perdebantur, & qui fugere è castris cęperant, in planitiem ab Romana legione obuia cedebantur. Plurimi verò eorũ extrudẽtes se inuicem, & concultati circa sudes, & per fossam miserabili, simulque degenere fato absumebãtur: donec coacti sunt reliqui, nullã aliam salutem inuenientes, victoribus se tradere. Tarquinius autẽ multis corporibus multis'q; pecunijs acquisitis, captiuos quidem venũdans, cętera in castris relicta militibus dono dedit: his'que gestis, ad Latinorum vrbes duxit exercitum, tanq̃ pugna domiturus eas, quæ non sibi adhererent. Sed non tñ oppugnatione opus ei fuit. Omnes enim supplices, & ad preces conuersæ, legationem'que cõmuniter mittentes, deponi bellum postulabant, quibus ipse vellet conditionibus, vrbes'q; tradidere: sicq úe factus rex consensu earum dominus, clemẽtissime se in omnes, moderatissiméque gessit, nõ occidens, nec exulare cogens, mulctansve pecunijs Latinorum quẽquam, permittens agrum suum eos possidere, atque vti institutis patrijs. Iussit autem tradi perfugas, & vt captiuos Romanorum sine prętio, famulosq úe dominis redderent, quos in pabulationibus depræhenderant, atque pecunias, quascũque colonis abstulerant, persoluerent, & si quid aliud damni intulerant in procursionibus, aut corruperant, resarcirẽt: & his factis licere eos amicos esse, sociosq úe Romanorum, agentes omnia, quæcunque ipsi pręciperent. Sic igitur Latinorum bellum in hunc finem desijt, ac rex pompam insignem ducẽs de hoc bello triumphauit. Sequenti vero anno duxit in Sabinos exercitum, multo ante præscientes voluntatem eius, & apparatum in se, nec expectantes, vt in regionem suam bellum pertransiret, sed & ipsi paratis interim magnis viribus obuiam prodeuntes, commisso'que prælio circa fines vtriusque gentis ad noctem vsque cessere neutri. Pugnarũt enim vtriq; acerrime. diebus autẽ sequentibus neque dux Sabinorum eduxit è vallo copias, neq; rex Romanorũ, sed se castris cõtinẽtes ambo, nec agri quicquam alieni populantes, domũ rediere. Erat enim mens ambobus eadẽ, vt maiores in hostem vires ducerent ineunte vere. quę vbi paratę sunt vtrisq;, exiuere prius Sabini socias habẽtes copias magnas Etruscorũ, cõsederũtq; prope Fidenas, ad cõfluẽtes Anieneq;, & Tyberi bina iaciẽtes castra aduersa sibi inuicẽ, & cõtinua, mediũq; habentes cõmuniter ex ambobus flumi-

Latini debellati.

Tarqni⁹.

Bellum in Sabinos.

Tarqnij sollertia.

nibus aquarũ defluxum,super quẽ extructus est pons lignis cõseptus,ac scaphis, ratibusq; sustẽtatus,cõmeatum exhibẽs inter ipsos celere,& castra vna. Audiẽs autem irruptionem eorũ Tarquinius, educit ipse quoque exercitũ, collocat'que paulò superius ab illorũ castris iuxta Anienem castra in colle quodam satis tuto, omniq; prõptitudine irruẽtib⁹ vtrisq; in bellũ, nullũ eis tñ certamẽ ex acie, neq; maius neq; minus cõstitit,sed preuenit quidem Tarquinius ingenio,imperatorijs qúe cõsilijs,res omnes sabinorum cõterẽs, & vtrũq; vallum auferens. Fuit autẽ

Tarquinij solertia.

imperatorius sensus ille huiusmodi, scaphas parans fluuiales, & rates, lignorum ipsas aridorum,quisquiliarũ'que plenas,sulphuris'q;:item & picis ad vtras'q; fluuiorum partes,vbi ipse cõsederat, posteaque obseruans ventũ circiter matutinã vigiliã prosperũ,ignes cõijci iussit in materiam: Ac scaphas.rates'que ferri sinere secundũ fluxũ,Hę'que breuissimo tẽpore decurrẽtes spatium interiacẽs, incidẽtes'que in pontẽ flamis eum vndique corripiunt. sabinis autẽ, vt videre repentinam flamã multã, cõcurrentibus auxilio, omniaque moliẽtibus idonea ad extiguendñ ignem, Aduenit prima luce Tarquinius instructas ductãs Romanorum vires, & aggressus vtrinque vallũ à custodibus plurimis desertum, festinãtibus ad ardentia, à paucissimisque desẽsum, nullo negotio fit eius dominus. Dũ'que hæc fiunt alterũ sabinorũ vallum trans flumẽ,altera quòque supueniẽs Romanorum manus capit,emissa ea à Tarquinio circiter primã vigiliã, atque traiecta scaphis, ratibusque flumen vnum è duobus factũ in eam partem, qua maxime latere posset sabinos. Erat eñ prope vallũ, cum ardentem põtem vidit quod ei erat inuadenti signũ.qui verò in vallo restiterãt, Alij quidẽ pugnãtes à Romanis sunt interfecti,alij autem se in cõfluentiã fluminũ proijcientes: nec sufferre valẽtes vortices amnis ipsius,sumigebãtur. assumpta quoque est pars eorũ non exigua igni, dum auxiliũ potestati ferũt. Capiens autẽ Tarquinius vtraque castra, relictã in eis prędam diuidẽdam militibus cõcessit. Captiuos autẽ multos ipsos sabinorũ'que, & Etruscorum Romã ducens sub multa habuit custodia. sabinos igitur belli poenituit ob eam calamitatem coactos, atque mittentes legatos ipsi

Etrusci.

in sex annos inducias impetrarũt. Etrusci autem irato animo ferentes, se victos esse sępius à Romanis, & quod missa legatione noluerat eis Tarquinius captiuos reddere, sed habebat loco obsidum, Decretum faciunt vti oẽs Etruscorũ vrbes cõmuniter bellũ Romanis inferãt, & quę militiã detractet, extra societatẽ esset his sancitis,educũt copias, at'que traiecto Tyberi castra prope Fidenas locãt: occupataque per ꝓditionẽ vrbe ipsa, diffidẽtibus qui in ea erãt multa'que capiẽtes corpora,multãque prędã abigẽtes ex Romanorũ regione domũ rediere, Fidenis pręsidium abunde relinquẽtes. Videbatur enim vrbs ipsa eis receptaculũ futurũ optimũ aduersus Romanos belli. Tarquinius aũt anno proximo Romanos oẽs in armis habẽs, & à socijs quę maxime multos potuit assumens, eduxit eos in hostẽ initio veris, ante quã cõgregati illi ex omnibus vrbibus in se priores irẽt: ac diuisis copijs omnibus bifariã ductans ipse Romanũ exercitũ, sociorumque viriũ,ĩ quibus pars magna Latinorũ erat,Egeriũq; cognatũ suum ducẽ declarãs, in eos hostes, qui Fidenis erant,iussit ire. Pars hęc igitur socialis vallum propius Fidenas loco minime tuto collocans, ex contemptu hostium parum affuit, quin perderetur

perderetur omnis. Nã qui Fidenis erãt pręsidio auxilia alia ab Etruscis clã accersentes,& obseruato tẽpore oportuno,egredientes vrbẽ,castra primo cœpere impetu negligenter custodita, & in egressis pabulatũ magnã edidere cędẽ. Romanorum verò manus,cui Tarquinius pręerat, Veientium regionẽ spolians, atque depopulans,ac multa inde,quę vsui forẽt,efferens,cum deinde ex omnibus Etruscorũ vrbibus aduenirent magna Veientibus auxilia, descendens in pugnã haud dubie victrix fuit, posteaque regionẽ peragrãs ipsarũ vrbiũ, sine metu populabatur, multaq; capiẽs mãcipia,multas'que pecunias,vt ex fœlici regione,exeunte iam ęstate, domũ abijt,ac Veientes quidẽ vehemẽter illa afflicti pugna non amplius egrediebãtur vrbem, sed se cõtinebãt videntes spoliatam regionem. Rex autem tribus vtens incursionibus, ac omnes Veientes priuans agri sui fructibus, vt desertam ex parte maxima regionẽ vidit, nec habere se in quo amplius eam lęderet, aduersus vrbem Ceretanorũ duxit exercitum,quę primũ quidẽ vocata est Acilla, incolentibus eam Pelasgis. Sub Etruscis autẽ veniens mutato nomine dicta est Cereta. Erat autẽ ea fœlix,si qua alia in Etruria,at'que populosa, ex'que ea exiuit exercitus de regione dimicaturus,ac multos quidem perdens hostium, multoq; ipsa plures amittẽs suorũ in vrbẽ refugit, regionẽ'q; obtinẽtes Romani abunde omnia exhibẽtem plures ibi dies absumpserunt:& vbi tempus discessus fuit abducẽtes quicquid abduci vsus alicuius potuit domum rediere. Tarquinius aũt vbi ei de veiẽtibus ex sentẽtia successerat,aduersus eos, qui Fidenis erant,hostes duxit exercitũ, eijcere volẽs pręsidiũ, simul'q; eos vlcisci cupiens, qui Etruscris muros prodiderãt. Fuitque igitur & ex acie Romanis pręlium,& in oppugnationibus murorum certamẽ durũ,captaque demũ per vim vrbs ea fuit, at'que victi pręsidiarij milites simul cũ captiuis alijs Etruscorũ in custodiã sunt traditi. Fidenates autem,qui auctores visi fuerãt defectionis, Alij virgis cęsi publicę sunt decollati,alij exilio mulctati sunt perpetuo,eorum'q; bona sortiti sunt hi, qui erant ex Romanis vel coloni, vel pręsidio vrbis relicti. Vltimum verò Romanis atque Etruscis pręlium,proxime vrbem in agro Sabinorum fuit. Propter eam enĩ insultum in, Romanos Etrusci fecerant,persuasi ab ijs qui se eo loco inimice haberent,militaturos esse simul cũ eis Sabinos. Nã in sex annos ĩducię, quę eis cum Tarquinio fuerãt, elapsę iam erant, atque Sabinorũ multis desideriũ inerat resartiendi priores clades: Educata interim in vrbibus affatim iuuentute. sed non tamen successit eis conatus illi ex sententia, apparente statim Romano exercitu: neque cõtigit, vt vlla ciuitatũ publico consensu Etruscis auxilia mitterentur, sed vltronei quidã eis venere auxilio, ij quidẽ pauci, & magna mercede cõducti. Ex hac pugna lõge omnibus, quę inter se prius gesserant, maiori. Res romana admirabile incrementum cępit: reportantibus victoriam eis pulcherrimã,regique Tarquinio triũphum senatus,populusque decreuit. Etruscorũ verò animi, spiritusque cecidere ex vnaquaque vrbe mittentium vires omnes in hoc certamen,ac paucos quosdam,qui seruati ex multis essent, suscipientium. Nam eorũ quidẽ alij pugnãtes occisi erant, alij vero in fuga ĩcidẽtes in loca aspera, & sine exitu se victorib⁹ tradiderãt. Hac igitur calamitatẽ experta,hi, qui in vrbibus erãt potẽtissimi, prudẽtium hominũ opus sunt executi. Educente enim ad

Cereta.

uersus eos Tarquinio alterũ exersitum. Congregati vna omnes de dissolutione belli agere cum eo decreuere, emittũt'que ęuo maximos ex quaque vrbe, & honoratissimos, penes quos esset pacis cõditionũ potestas omnis. Audiens autem eos Tarquinius multa differentes ad clemẽtiam, moderationem'que inductiua atque cognationem, quę esset sibi cũ ea gente, cõmemorãtes, vnũ solum se velle ait ab eis discere, vtrũ adhuc, differẽtes de equitate fœderis, & verba quędam de cõditionibus pacis facturi aduenissẽt, an se victos ipsi cognoscerẽt, vrbesque ei permitterent. respondẽtibus autem eis, se vrbes ei permittere, paceq; ãplexuros esse, quã quibuscũque aliquãdo iustis adepti essent, Lętus ex his Tarquini⁹, Nũc audite, inquit, quibus ego iustis dissoluam bellum, & quę vobis gratis facio. Ego neq; Etruscorum quẽquã occidere, neq; proscribere, ne'que rerũ suarũ ablatione mulctare aliquẽ institui, vrbesque dimitto oẽs sine presidijs, minimeq; tributarias, sui quoq; iuris esse, reiq; bublicę suę formã veterẽ vnicuique custodire permitto. Hęc dãs autẽ vnũ puto oportere pro datis omnibus adesse mihi à vobis principatũ vrbium, qui meę tamen futurus est potestatis, vobis etiam nolẽtibus sicuti armis vinco: Sed volentibus vobis potius, quã inuitis eo potiri volo. Nũtiate igitur hęc ciuitatibus, Ego autẽ vobis ĩducias affuturas donec redeatis polliceor. His acceptis responsis legati abiere. postq; paucos dies aderãt: non verba ei tamen afferẽtes nuda, sed & insignia prĩcipatus, quibus ipsi reges suos adornabãt, apportãtes coronam auream, sellã'que eburneam, & sceptrũ habens super caput aquilam, tunicãque purpuream cum signis aureis, & amictum purpureũ variũ, quales Lydorũ reges, & Persarum ferebãt, pręterquam quod non figura est quadrangulari, vt sunt illi, sed semicirculari. Talia autem vestimẽta togas Romani, Gręci Tebenũ vocant, vnde discentes nescio. Nõ eñ mihi videtur gręcum hoc nomen esse. Vt verò quidẽ historici tradidere, tulerunt ei etiam duodecim illas secures, sumptas ex vrbibus singulis singulas. Etruscus mos eñ videbatur vniuscuiusque vrbis, Regi lictorẽ vnũ anteire securẽ simul cũ virgarũ fasce ferẽtẽ. Si vero fieret cõmunis omnium ciuitatum exercitus, Duodecim illas secures vni tamen tradi, ei scilicet, qui imperium in omnes accepisset. Nõ omnes tamẽ hęc dicentibus assentiuntur, sed adhùc antiquius, quam regnare Tarquinius cęperit, Latas esse ãte reges duodecim secures dicunt, Instituisse autẽ hũc morẽ Romulũ simul, at'que imperium, acceperit. Nihil tamen prohibet, fuisse Etruscorum hoc inuentum, vsum'que eo esse primũ Romulum ab illis sumpto, & esse latas etiam Tarquinio cum ornatib⁹ alijs regalibus duodecĩ secures illas, sicut & nũc Romani sceptro, & diademate donant reges, volẽtes eis potestatẽ cõfirmare. quãuis ista etiam nõ accipiẽtes ab illis ipsi habeãt. His honoribus Tarquinius nõ vt scribũt plurimi Romanorũ historicorum, statim est vsus: sed ad senatum, populum'que reijciẽs cognitionẽ rei, an hęc essent accipienda, postq̃ oẽs voluere, tũc suscepit: Dehĩcq; ad vltimum vsq; diem vitę & coronã tulit auream, & veste indutus est purpurea picta, habẽs'que sceptrũ eburneũ in sella sedit eburnea, at'que lictores duodecim cum securibus, ac virgis, & ius dicẽti ei astabãt, & euntẽ pręcedebant. Hicq; mos etiam cęteris post eum regiã potestatẽ habentibus, & post eiectionẽ regũ annuis cõsulibus permãsit, pręter coronã, & vestem pictã. Hęc eñ ab eis

Tarqnij honores.

Toga.

Etruscus mos.

ablata sunt sola, onus esse, & rem inuidiosam visa, prẹterquā cum ex bello victo res redeant, sint'q; ipsi à senatu digni triumpho habiti. Nā tunc & aurum ferunt, & purpureis ornātur pictis. Bellū igitur, quod Tarquinio aduersus Etruscos fuit, annos nouē occupans hunc finē habuit. Vna vero relicta gente sabinorum, quẹ de imperio cum Romanis contenderet, viros habēte bellicosos, regionem'que pos sidente multam, & bonam haud procul Roma, multam adhibuit Tarquinius prō ptitudinē, vt hos quo'que subigeret, & indicens eis bellum obijciebat ciuitatibus, quòd cum eos, qui polliciti erant Etruscis, si cum exercitu aduenirent, se illis patriam suam quisque amicam facturos, inimicam'que Romanis, cum eos deposce ret ille dedere noluerant. Sabini verò lẹti bellum suscepere, nolentes ijdem poten tissimis ciuibus priuati: ac priusquàm in se vires Romanorum aduenirēt, in illos ipsi educunt exercitum. Rex autem Tarquinius vt audiuit trāsgressos sabinos Anienem fluuium, diripique ab eis regionem omnem circum, assumpta secum expeditissima Romanorum iuuētute quàm celerrime potuit eduxit eam in dispersos ad prædam, multosque eorum occidens, prẹdam'que omnē eripiēs vallū prope castra hostium posuit, ac dies paucos intermittēs, donec ad se reliquẹ copiẹ ex Vrbe aduenirent, & à socijs auxilia conducerentur. Descendit in planitiē sicuti pugnaturus: quod videntes sabini venientes prompte in certamen Romanos, & ipsi suos eduxere, nec numero hostibus, nec virtute inferiores, ac cōgressi dimica bant, omnem ostendentes audaciam, donec eis solum fuit aduersus oppositos cer tamen, postea animaduertentes superuenientem sibi à tergo exercitum alterum hostilem magnum, instructa acie insedentem, relictis signis vertūtur in fugam. Erāt autem hi Romani homines electi, peditesq́ue, & equites, post sabinos apparentes, quos Tarquinius per noctem locis opportunis collocarat, hosq́ue viros timentes sabini ex inopinato sibi iminentes, nullum amplius generosum ediderunt opus, sed velut ducis hostium præuenti solertia, at'que calamitate oppressi inexpugnabili, seruare se alij alijs itineribus conabantur, fuit'que tunc præcipue multa eorum strages, persequente equitatu Romano, & eos vndique concludente, ita vt paucos admodū ex eis in propinquas vrbes seruari cōtigerit, maior que pars, quantacun'que pugnando non cecidit, in potestatem Romanorum venerit. Neque enim qui relicti in castris erant inuasionem superuenientium sibi confisi sunt posse repellere: neque pugnam temptarunt, sed perturbati illo, præter spem, malo, sine pugna se hostibus, vallum'que tradidere. Vrbes igitur sabinorum tanquàm ducis consilio, ne'que hostium virtute, sed dolo priuatẹ, victoria ad maiores mittendas vires, ducem'q; peritissimū rursus apparabātur. Quod Tarquinius intelligens eorū cōsilia propere cōtraxit exercitū, ac priusq̄ illi om̄es cōuenirēt, prẹuenit ip̄e trāsiens Aniēnē. Quẹ cū audisset dux sabinorū exiuit & ip̄e quāta potuit celeritate, delectas nuper assumēs copias, prope'q; Romanos cō sedit quodam in colle alto, & prærupto pugnare nolēs ante, quā reliquẹ sabinorū vires ad se cōuenirēt, sed emittēs in pabulatores, infestantesq́ue regionē aliquos semper equites, peditum'q; cohortes collocās syluis, aut saltibus, arcebat hostes aditu in regionē, hoc'q; belli gerendi more vtente eo, multẹ quidē congressiones, & p̄ paucos equitū, peditum'q;, lẹues fiebant, prælium verò totis omniū viribus

Bellū Sabinum.

nullũ. Sic'que extracto tẽpore ferens eã cunctationẽ Tarquinius irato animo ad castra hostiũ statuit copias adducere, ad quę sępius adsultantibus militibus, postquàm ea vidit haud facile vi capi posse, ob loci situm, expugnare statuit inopia commeatuum, atque dispositis præsidijs vijs omnibus, quæ ad castra ferrent, atque lignatum ire, pabulatum'que prohibens, multaque sumere ex regione opportuna, in multam eos deduxit rerum omnium penuriam, adeò, vt coacti fuerint obseruata nocte vento, imbribusqúe hyemalibus turpiter è castris fugere, iugaria in eis, & tabernacula, sauciosq́ue reliquentes, & apparatũ belli omnẽ. Vidẽtes die postero Romani profectione eorum, ac potiti sine pugna castris, tabernacula, iumenta, pecuniasq́ue diripuere, abducentesq́ue captiuos Romam rediere. Durauit enim id bellum annos quinque continuos, per quos agrum hostile vtrique populantes inuicem, & multa parua, magna'que prælia committentes, perseuerarunt, raro quidem fœliciter rem gerentibus in certamine Sabinis, sæpissime'que Romanis, donec tandem prælium, quo certatum est totis viribus, finem bello imposuit. Sabini etenim, non vt antea ali alijs succedentes, sed vna omnes, qui militari ætati essent exiuerunt ad bellum, ac Romani quo'que omnes Latinorũ, Etruscorum, aliorum'que sociorum vires assumentes obuiam iuere hostibus. Diuidens autem Sabinorum dux copias bina erexit castra, rex Romanus tres constituens legiones, totidem'que ponens castra haud multum inter se distantia Romanos ipse ductabat, Aruntem verò fratruellem suum Etruscorum declarauit ducem. Latinis autem, cęterisq́ue socijs præfecit virum bello insignem, consilio qúe plurimum valentem, hospitem, & sine vrbe. Nomen enim erat ei proprium Seruius, cognomen Tullius, cui post mortem Tarquinij, nulla ei extante virili stirpe, Romani regnum vrbis permisere, virum ipsum admirati virtute bellica, ciuilibusq́ue præstantem officijs. Genus autem huius viri, & educationem, & casus, & quę ei diuino numine illustratio affuerit, cum ad eam orationis partem ventum erit, enarrabo. Tũc igitur vbi vtrinq; parata sunt ad certamẽ opportuna, descenderunt in pugnam. Tenuerunt autem sinistrum cornu Romani, Etrusci dextrũ in media'que acie collocati sunt Latini, ac durãte totã diem certamine superarũt Romani, multos hostiũ occidentes in pugna viros strenuos, multoqúe adhuc plures capientes in fuga, ac vtrorũque castrorũ domini, magnasq; congregãtes diuitias, vt qui cãpestria iam oĩa sine metu obtinerẽt, quę ferro, igni, omnibusq́ue vexabãt malis, vbi finis æstatis affuit deijciẽtes vallum domũ rediere, rex'q; Tarquinius hunc tertiũ in dominatu suo ex hac pugna trumphum duxit. Sequẽti verò anno iterũ parãte rege exercitũ ad Sabinorũ vrbes educere, obsidioneq; eas vrgere cogitãte, generosum nullũ cõsiliũ, nec animosi aliquid vlla in vrbe fuit, sed cõmuni vsi oẽs sentẽtia, priusquã in periculũ captiuitatis, euersionisq; vrbiũ venirẽt, bellum soluere cogitarũt, aduenietesq; ex vnaquaq; vrbe Sabinorũ ꝑclari viri ad regẽ, qui iã oĩ eũ exercitu exierat, muros ei tradidere, rogantes vti moderatas faceret recõciliationes. Ille aũt deditionẽ ãplectẽs, sine'q; periculo obedientiã eius gẽtis. fœdere cũ eis icto pacis, & amicitię, ijsdem conditionibus, quibus antea cũ Etruscis, captiuos illis sine prętio oẽs reddidit. Et hęc quidẽ actiones bellicę Tarquinijs regi cõmemorantur. Pacis aũt tales quædam

Seruius.

Finis Sabini belli.

& ciuiles

& ciuiles. Neque enim ipsas quo'que pertransire indictas volo. Statim enim ab initio principatus studēs ipse popularem turbam familiare facere, sicut reges priores fecerant, huiusmodi beneficijs allexit, electos cētū ex omni populo probatæ belli apud omnes virtutis, domiq; prudētię, patritios effecit, & in numerū senatorum constituit, ac fuere tunc Romanis senatores trecenti, qui antea ducenti fuerant. Deinde etiā ad Vestales, à quibus ignis inextinctus seruatur, tunc quatuor duas eligēs alias addidit. Crescētib⁹ eñ iā sacrificijs faciēdis ꝓ vrbe, quibus op⁹ est adesse Vestę sacras famulas, haud videbanť quatuor sufficere. Incipiente'q; Tarquinio secuti sunt & reges cæteri, & ad ætatē vsque nostrā declarētur hę Vestæ famulę. Videtur aūt etiā supplicia, quibus puniūtur à pōtificibus ob incustoditam virginitatē, primus ipse inuenisse, siue excogitās, siue, vt putāt aliqui, parens somnijs, quæ post illius mortem inuenta in sibyllinis esse oraculis enarratores sacrorū dicunt. Depręhensa est eñ regnante eo sacerdos quædā pinnarias Publij Pinnarij filia interueniens nō casta sacris. Modus autē quis sit supplicij, quo corruptas puniūt declaratū est mihi superius. Forum quo'q;, in quo ius dicūt, & contiones habent, aliasqúe res ciuiles peragūt, ornauit idē officinis, & tabernis, alijsqúe ornamētis cōplectēs, ac muros vrbis rudibus, vilibusqúe structuris ędificatos, primus cœpit saxis magnis, formatis ad regulam extruere, cępit'que fossas etiam cloacis ducere, per quas fluens ex compitis aqua omnis fertur ad Tiberim, mirabilia opera potiori ratione construens. Ego igitur in tribus magnificentissimis constructionibus Romanorum, ex quibus maxime demonstrantur magnitudo principatus, pono aquęductus, viarum'que constrationes, & cloacarum fabricationes, non ad vtilitatem tm̄ operis mentem adhibens, de qua suo dicam tempore, sed ad sumptuum lautitiam, quam ex vno opere coniectura assequetur aliquis, Caiū Aquiliū faciens eius, quod dicendū est assertorē. Ait eñ, neglectis aliquando fossis, neque amplius perfluentibus, repurgationem earū, & restitutionem locasse mille talentis censores. Extruxit itē circū maximū Tarquinius, qui est inter Auentinum, & palantiū, circa eum primus faciens sedilia cooperta (Primum enim spectabāt stantes sub tabernaculis ligneis harundinibus aridis fultis) diuisit'que locos inter triginta curias, dans cuique curiæ partes singulas, ita vt in contingenti loco sedens quisque spectaret. Debebat autem cum tēpore hoc opus etiam in valde pulchris, admirandisque extructionibus vrbis esse. Longitudo igitur circi, tria stadia cū dimidio, latitudoq; quattuor iugera, circū verò secūdū maiora latera, & secūdū vnū minorū stagnū ī susceptionē aquarū defossum est altū, latum'q; pedes denos, post'que stagnum edificatę sunt porticus tectura triplici. Harū aūt pauimēta habēt vt in theatris parū superstātia lapidea sedilia, in superioribus'q; lignea. Cōducūtur aūt in vnū, & cōiungūtur inuicē maiores, & minores, ad figurā limarē, ita, vt fiat portic⁹ vna circularis ex tribus, quę ab vno simul oēs verbere recludūtur octo stadiorū, capax hominū cētū, & quinquaginta miliū. Reliquum aūt minorū laterū apricū, atq; apertū habet in modū forsicū ęquorū emissiones, quę per vnū simul oēs stimulū recludūtur. Est aūt circa eundē circū extrinsecus alia porticus vnius tecturę, officinas in se habens, & habitationes sup eas, ꝑ quā sunt ingressus, & ascēsus venietibus ad spectaculū iux-

Actiones regis ciuiles.

Circus maximus.

ta quã'q; officinã,ita,vti nihil turbẽt tot milia ingrediẽtiũ, & abeũtiũ. Mãdauit quo'q; rex hic,tẽplũ extrui iouisq́ue, & iunonis,& dianæ, votũ soluẽs, quod dijs fecerat in ꝑlio aduersus sabinos vltimo,ac vidẽs collẽ,vbi tẽplũ ędificãdũ erat, multi indigentẽ laboris(neq; eñ erat facile accessibilis,neq; planus,sed abruptus & in acutũ eductus, verticẽ sudibus magnis vndiq; circum ſępiẽs, multum'que ruderis in locũ inter sudes ipsas,& verticem inferens,conatus esse ęquabilẽ fieri, & ad susceptionẽ sacrorũ aptissimũ. Fundamenta autem iacere tẽpli non antici pauit, viuens ipse pòst dissolutionem belli aduersus sabinos quadriẽniũ. Multis autem post annis rex tertius ab eo Tarquinius,qui principatu excidit,fundamenta iecit, multum'que in ædificio operatus est. Sed ne ipse quidem perfecit opus, sed sub annuis magistratibus tertio anno consulatum gerentibus perfectum est fanum. Dignum est autẽ ea quo'que, quę ante hunc apparatum cõtigerũt, enarrare, tradita ab omnibus,qui gentiles collegerunt historias. Cum esset igitur Tarquinius fanũ extructurus, conuocatis auguribus, iussit eos de loco ipso primum augurari, quisnã esset vrbis locus maxime consecrari idoneus, dijsq́ue ipsis gratissimus. Demonstrantibus autem eis superpositum foro collem, qui tunc Tarpeius,nunc Capitolinus vocatur, iussit eos augurantes rursus dicere, quo in loco oporteret collis ipsius fundamenta iacere. Erat enim istud haùd valde facile, cũ multę essent in eo aræ deorum'que, & geniorum, parum inter se distantes, quas alio transferre oporteret in locum aliquem, & omne dari futuro deis fano pauimentum. Visum est igitur auguribus, vt de vna quaque ara deos ipsos consulerent,an se moueri concederent,ac dei quidem cęteri,genijq; permissere suas aras in alia transferri loca. Terminus autem,& iuuenta multa excusantibus vatibus, & precantibus, minime annuerunt, ne'q; cedere voluerunt locis. Sunt tamẽ arę eorum comprænhensę in constructione templorum,& est quidem nunc altera in dianę templo paludi proxima,ex hoc'que coniectarunt vates, quod Romanę vrbis terminos neq; tempus demoueret vllum,neq; robus transferret,& vsq́ue ad hanc ętatẽ meam, quartã iam, vicesimã generationẽ, vtrũq́ue horũ est verũ. Augur autẽ omniũ clarissimus aras transferens,& templo iouis locũ cõsecrans, alia'que prędicẽs populo per diuinationẽ, proprio quidẽ nomine, & quo appellabatur,vocatus est Nanius, cognationis autẽ nomẽ erat Attius,quem fuisse deo dicunt omniũ dilectissimũ,qui eã artẽ subtilissime tractarent,ac propterea maximo potitũ nomine, incredibiles quosdam excessus augurationis demonstrãte ei scientia,quorũ ego vnũ depromẽs maxime admirabilẽ dicã, ex quo progrediẽs casa & quascũ'q; potuit facultates sumens, à numine tantã habuit illustrationẽ, vt in honoros oẽs demõstraret,qui ea ętate erãt, augures. Pau ꝑ ipi pat fuit,fundũq; colẽs vilẽ,cui & in cęteris adiutor erat puer Nanius, quanti in illa vis,ętasq; ferrent,& propellens pastũ sues custodiebat. Sopitus autẽ aliquando,& post experrectionẽ non inueniens suiũ aliquas, primum quidem fleuit, horrens à patre verbera, deinde vadens ad tugurium cõsecratum eo loco heroibus, postulabat eos sibi adiutores esse ad inueniendas porcas, quod si fieret, pollicebatur eis ex vuis fundi sui maximam.paulo'que post sues inueniens, volebat quid quod heroibus vouisset reddere. In multa verò erant anxietate, nequiens vuam

Mons capitolinus.

Termin⁹ iuuenta.

maximam

maximã inuenire,hincq; moerẽs postulabat à dijs,vt per auguria sibi clarũ face rent,quod querebat. Deinde venit in mẽtẽ diuino numine, vt in duas diuideret partes vineã,partẽ eius alterã à dextera,alterã à sinistra capiẽs,deinde sup̃ vtrã q́ue partẽ adiacẽtia specularetur auguria. Apparentibus aũt ei ab alterutra parte alitibus peruadẽs demõstratã vineã, vnã inuenit rẽ quandã incredibilẽ,ferensq; eã ad herorũ casã,videtur à patre, cui quidẽ admirãti vuę magnitudinẽ,& vnde eã sumpsisset percõtati narrat Nanius omnia à principio. Ille aũt suspicat⁹ id, qđ erat,naturalia inesse q̃dã puero initia diuinationis,ferẽs eũ in vrbẽ,apud prę ceptores litterarũ collocat, & vbi cõmunẽ eruditionẽ abũde suscepit, viro ip̃m tradit Etruscorũ ominiũ peritissimo docendũ artẽ augurãdi. Habẽs aũt insitã à natura diuinãdi artẽ Nanius,& possessam ab Etruscis assecutus, lõge demũ alios augures omnes(vt dictũ est)superabat, & in om̃es publicas cõsultationes vrbis augures,& si non erat ex collegio, eum aduocabant,ob fœlicitatem diuinãdi,nec quicq̃ prorsus, quod non ei visum esset, enuntiabant. Hic'que Nanius volenti aliquando Tarquinio tres alias designare tribus ex electis prius ab equitib⁹,& im positas tribus ipsas suas facere, & ab amicis suis denominatas,solus cõtradixit p̃ seueranter,haud mouere quicquã sinens ex constitutis à Romulo. Egre prohibe ri se rex ferens,& iratus Nanio, scientiã eius conatus est ad nihilum redigere, vt iactabundi,neque veri quicquàm dicentis. Hæc cum cogitasset, euocat Nanium ad tribunal,cum multa esset in foro turba,pręmonitis,qui circum se erãt,quo mo do falsum vatem demonstrare augurem ipsum opinabatur:& vbi Nanius affuit comibus eum salutationibus suscipiẽs. Nunc est,inquit,tempus Nani tibi ostẽden di subtilitatem scientię diuinandi. Actionem enim aggredi magnam cogitans, an ei fieri ea possit,discere à te volo. Abi itaque,& per auguria exquirens redi ci to. Ego autem sedens hic expectabo. Executus est iussa vates, paulo'que post adfuit prospera auguria suscepisse se dicens, posse'que perfici actionem ipsam de clarans. Ridens autem ad hunc sermonem Tarquinius,& prolata è sinu nouacu la,& cote dicit ei. Depręhensus es Nani nos decipiens,numen'que mentiẽs aperte. quandoquidem res impossibiles ausus es possibiles dicere. Ego enim diuinare te volui, an hac nouacula feriens ego cotem hanc mediam sim discisurus. Secuto autem risu omnium, qui tribunal circunstabant, nihil perturbatus Nanius ex hac irrisione'que,& tumultu, fieri, fidens, inquit, Tarquini cotem,vt prędixisti, & diuidetur, quod si non fiat sum paratus quicuid vis pati. Admiratus autem fiduciam vatis Tarquinius,fert nouaculam contra cotem, ferrique acies transiẽs per totum lapidem cotem diuidit, partem'que manus etiam,quę eam tenebat,se cuit,atque alij quidem omnes,vt admirãdũ hoc,& incredibile spectarunt opus, stupefacti exclamarunt. Tarquinius autem erubescens ex hac tentatione artis, volensq́ue indecoram exprobrationem corrigere, primum quidem conatu illo circa tribus suo abstinuit. Deinde Nanium colere instituens, vt omnium hominum deo carissimum,& alijs comitatibus complexus est,&, vt æterna apud posteros memoria potiretur, statuam fabricans ei æneam in foro posuit,quæ adhuc vsq́ue ad mea tẽpora erat ante curiam iacẽs prope sacrum templum homi ne mediocri minor,amictum super caput habens,parum autem ab ea distans,&

Miraculũ.

eos ipsa & nouacula insculpta dicitur sub ara quadã subterranea. Vocatur autem locus à Romanis puteus. & quę de vate isto memorię mandãtur, hęc sunt. Rex autem Tarquinius prohibitus iam bellicis operibus ob senectutem (erat enim iã octogenarius) dolo interfectus à filijs Anci Marcij moritur, conatis quidẽ adhuc prius illis eum, regno eijcere, sępiusq; hoc animo voluentibus, ob spem cessuri, cadente illo, in se dominatus, vt paterni, atque facillime à ciuilibus viris tradẽdi. Postea verò quam spe exciderunt, insidias in eum ineuitabiles sunt machinati, quas nequaquam impunitas esse numẽ voluit. Narrabo autem etiam insidiarũ modum. Nenius is, quem dixi, obstitisse aliquando regi, volenti plures ex paucioribus tribus facere, tunc cum maxime florebat arte, vnusque plurimum Romanorum omniũ poterat: augur existẽs grauis, siue occisus ab aliquo artis illius ęmulorum, siue insidijs inimicorum, siue aliud quodcunque passus, subito non apparuit, neque mortem eius poterat cognatorũ aliquis coniectura assequi, neq; corpus inuenire. Dolente autem populo, ferenteq; grauiter hunc casũ, suspitiões que multas aduersum multos cõcipiente, animaduertentes impetũ multitudinis filij Martij in Tarquinium regem, calũniam polutionis in eum, referebãt, aliud nihil afferendũ ad calumniam habentes, nec cõiecturam, nec signum, sed duobus his verisimilibus crimen confirmãtes, quod multa cogitans, in republica, pręter ęquũ, agere Tarquinius, eum, qui, vt antea, obstaturus esset è medio tollere voluisset. Deinde quia hoc graui casu incidẽte, nullam faceret huius facinoris inquisitionem, sed negligentię rem gestam dederat, quod non vtique fecisset aliquis eorum, qui extra noxiam essent. Paratis igitur magnis circum se sodalitatibus patriciorum'que, & plębeiorum, quius bopes suas largiebantur, Tarquinium vehementer accusabãt, admonebant'que populum, ne scelestum hominem negligeret afferẽtem manus sacris, inquinãtemq; potestatẽ, ne gẽtilem quidẽ suũ, sed aduenam quendam ipsum, & sine patria, talia per forum cõtionantes viri procaces, nec ad dicendũ inualidi multos irritarunt plebeios, qui aduenientem ĩ forum Tarquinium conati sunt abigere, vt non purum. Sed non tamen expugnare potuerunt obluctantem veritatẽ, neque populo persuadere, vt eum regno eijcerẽt, nã vbi ipse se pręclare excusans diluit criminationẽ, & causam eius agens Tullius, cui alteram filiarum dederat, plurimum apud populum potẽs in misericordiã Romanos abduxit, calumniatores illi, maliq; apparentes cum pudore abierunt è foro. Hac igitur re male experta excidentes, & reconciliationem inimicitiarum per amicos adepti, rusticitatem eorũ moderate ferẽte Tarquinio, ob patris eorũ merita, pœnitentiamque satis esse putante, Corrigentibus petulantiam, annos tres permanserunt in simulatione amicitiæ, de inde vbi tempus visũ est idoneũ, dolũ in eũ huiusmodi machinãtur. Iuueues duos ex cõiuratis audacissimos pastoralibus induentes stolis, falcibusq; armãtes ad syluas cedendas aptis, mittunt ad ędes regis de die media, edoctos probe, quid dicere oporteret, moduq; isidiarũ omnem. Hi prope regiam cum essent, male sibi inuicẽ dicẽtes, vt iniuria accepta ne manus quidem à corporibus abstinebant, voceque vtentes magna, regis sibi auxilium vtrique aduocabant, astantibus eis plerisque coniuratorum agrestiũ, sermonem indignantium vtriusque, & detestantium. Vt autem intro vocatos

Puteus.

Tarquini⁹ moritur.

Nenius.

Tulius,

Insidiæ in Tarquiniũ

eos

eos iussit rex dicere, quibus de rebus inter se differrent, caprarum causa litigare simulabant, clamantesque simul, & perturbati, more rustico, & nihil ad rem dicentes, multum extorserunt ab omnibus risum. Vt autem ex eo, quòd despicerētur, visi sunt sibi tempus sumpsisse insidiarum oportunum, per caput regis falces ferunt, & hoc gesto extra fores fugiebant. Clamore autem ex hoc casu orto, multoque occurrente auxilio, nequeuntes effugere comprehenduntur ab ijs, qui persecuti erant, postea'que cruciatibus torti, coactique principes insidiarum indicare, conuenienti supplicio potiti sunt, cum tempore.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER QVARTVS.



REX IGITVR TARQVINIVS NON PARVORUM, nec paucorum bonorum romanis autor, ānos octo, & triginta regnans, sic moritur, duos relinquēs filios paruulos, & duas filias viris in matrimoniū datas. Successor autē in regno ei fit gener ipsius Tullius, āno quarto quinquagesimę olympiadis, qua vicit in stadio Epitelides Lacon, imperante Athenis Archestratide de quo tempus est iam dicendi, quę à principio reliquimus, ex quibus natus est parētibus, & quas demonstrauit actiones priuatus adhuc, & anteq̄ ad summā potestatem perueniret. Quę igitur de genere eius dicuntur, quibus maxime ego fidem adhibeo, hęc sunt. In Corniculo vrbe Latinorū gētis vir quidā regij generis Tullius nomine mulieri cōiungitur Ocrisiæ pulcherrimę, prudētissimæ'que Corniculi mulierum. Ipse igitur Tullius, cū vrbs ea capta est à Romanis, pugnās moritur, Ocrisiā'que pręgnātem excerptā ex pręda Tarquinius rex capit, dat'q; vxori donū, intelligensque illa omnia de hac fœmina, haud multo post liberam facit, ac præ cęteris mulieribus diligens eam maxime, & honorans perseuerauit. Ex hac autem Ocrisia adhuc serua puer nascitur, cui mater cū educaretur imponit propriū, & cognationis nomē à patre Tullius, appellatiuūq; seruius à fortuna propria, quod eum seruiens peperisset, esset'que conuersus in græcā linguam seruius δουλίος. Fertur alius quo'que in cōmentarijs eius gentis de genitura eius sermo, ad fabulosum extolens ea, quę de ipso dicuntur, quę quidē in multis romanis historijs inuenimus ab ara regū, super qua & alia peragunt romani sacrificia & primitias cenarū sacrāt, Ortum esse super ignem pēne dicunt spectasseq; hūc primā Ocrisiā, ferentē ipsam, vt cōsueuerat, super ignem ramulos ac confestim eūtem ad regemq;, & reginā hoc narrasse, atque Tarquinium audientem, videntem'que monstrum, mirabūdum constitisse, Tanaquillidem autem, cum in cæteris sapientē, tū vero in diuinatione nemini cædentē Etruscorū astantē dixisse, regi portendi genus futurum ab ara regia melius, quàm ex natura humana, ex commixtione mulieris cū monstro quę cū alij quòque prodigiorū inspectores decla

Quotannis Tarquinius regnauit.

Tul. Rex

De genere ipsius.

Corniculū vrbs.

Seruius Tullius

rarent, visum esse regi, eam, cui primę monstrũ ipsum apparuerat, in cõsortium ei ire, postea'que cõptam mulierẽ, quemadmodũ consuetudo est nubentes comi, conclusam esse solam in id conclaue, in quo visum erat monstrũ, cõmixto'que ei aliquo vel deorũ, vel larium, & post coitum non apparẽte, siue vulcano, vt pu tant, siue aliquo heroe domestico grauidã mulierẽ factam temporibus congruis seruium peperisse. Hanc fabulã haud multũ credibilẽ apparentẽ altera quædã illustratio in eo viro mirabilis, & inopinata minus incredibilem facit. Sedẽte em̃ ipso aliquando circiter diem mediũ in spõsali regum cubiculo, ignis super caput eius effulxit, id'que mater, & regis vxor ambulãtes per cubiculum ipsum specta runt, & quicun'que cum his fœminis eo loco tunc astabant, perstitit'que tantisp flãmam caput eius totum collustrans, dum ipsum accurẽs mater exitarit, simul- q́ue cum somno flamma tunc dispersa euanuit. Et hæc quidẽ, quę de genere eius dicuntur, sunt talia. Que verò ante principatũ gessit narratu digna, ex quibus ip sum admiratus est Tarquinius, populusq́ue eũ Romanus secũdo post regẽ hono- re dignatus est, sunt huiusmodi. Puer aduc primo bello, quod Tarquinius cũ Etru scis gessit, collocatus inter equites ita pulchre visus est decertare, vt in fama sta- tim fuerit, primusq́ue omniũ prēmia fortitudinis acceperit. Deinde altero cum eadẽ gente bello, prælio'que durissimo, apud vrbem Eretũ strenuissimus omniũ apparens coronis rursus victoriæ ornatus est à rege, annosq́ue natus viginti fer- mè idem auxiliorũ omniũ dux est designatus, quę Latini miserãt, atque vna cũ rege Tarquinio Etruscorũ consecutus est imperiũ, & in bello cum Sabinis primo dux equitum creatus vertit hostiles equites, & vsq́ue vrbẽ Antennas excurrens, præmia quoq́ue ob virtutẽ ex hac pugna tulit, alijsq̀ue multis prēlijs decertans aduersus eandẽ gentẽ nunc equites, nunc pedites ductãs magni in omnibus ani- mi apparuit, primusq́ue ante alios coronabatur, & vbi tandẽ ea gẽs ad dededitio nem venit tradens vrbes Romanis, huius etiã ipse principatus autor præcipuus Tarquinio visus, victorialibus coronis inductum est ab eo. Erat idem quo'que curandis prope rebus publicis prudentissimus, & ad eloquẽda item cõsilia sua ne mine inferior, tum ad coueniendũ cum fortuna omni, moribus'que aptissimus, propter'que ista dignus visus est Romanis, qui à plebe ad patritios transferretur, ferentibus eis suffragia, sicut antea de Tarquinio, & ante eum etiam de Numa Põ- pilio, rex'que eum sibi generũ fecit, alteram ei filiarum despondẽs, atque omnia, quęcun'que per se ipse per morbos, aut per senectutem nequiret exequi, hunc age re concedebat, non domum modo propriam permittens, sed rerũ etiã publicarũ administratione eundẽ dignãs, in quibus omnibus exploratus, fidusq́ue, & iustus est visus, nihil'que interesse populares putabant, vtrũ ille an Tarquinius rempu- blicam administraret, ita meritis ab eo afficiebantur. Erat em̃ hic vir ingenij abũ de ad principatũ idonei, & à fortuna habẽs multas, magnasq́ue opportunitates. Vbi igitur Tarquiniũ mori cõtigit ex insidias filiorũ Anci recuperare volẽtium paternum imperiũ (vt in superiore declaratũ est libro) opinatus ille, à rebus ipsis se vocari ad regnum, vir prõptus, & alacer haud passus est è manibus eã occasio nem elabi. Administrans aũt, confirmansq́ue ei regnũ, omniũq́ue bonorũ causa mortui regis vxor, cum fauens genero, tũ ex multis diuinationibus cognoscens, fatale

Seruij laudes.

fatalę esse illi viro, regnare Romę. Erat aũt filius ei iuuenis multo ante mortuus, pueros relinquens ex se duos paruulos. Cogitans igitur ipse domus solicitudinẽ atque solicitus, ne occupãtes regnum Marcij pueros interficerẽt, omnẽq; perderent cognationẽ regiã, primũ quidem regię fores clausit, imposuit'que custodes iubẽs vti neminẽ ingredi egredi ve permitterẽt. Deinde oẽs exire iubens è cubiculo, vbi Tarquiniũ semiuocẽ collocarãt, Ocrisiã autẽ, & Tulliũ, & filiam ei nuptã suam retinens, & afferri iubens, pueros à nutricibus apud eos ita loquitur. Tarquini⁹ rex noster Tulli, per quem victus, eruditionisq; potitus es, te ille vnũ amicorum omniũ, cognatorũ'q; honorans, impia passus expleuit sortẽ suã fatalem, neque aliquid de rebus proprijs disponẽs, neque aliquid de publicis, ciuilibusq́ue prospiciens, sed nec aliquẽ nostrũ appellare valens nec ei vltimã salutem dicere, hos pueros desertos, orbos, miserosq́ue reliquit, periculum incurrentes de vita non minimũ. Nam si sub Martijs, qui auũ suũ interficere, res vrbis venient, ab eis illi miserrimo perdentur modo, nec vobis tuta quo'que futura est vita, quibus filias suas Tarquinius in matrimonium dedit, illos despiciens. Si quidem interfectores eius imperiũ obtineãt, neque alijs amicis eius, & cognatis, neque nobis fœminis miseris compatientur, sed nos omnes aperte, & clam perdere conabuntur. Hęc igitur cõsiderantes nos opus est minime negligere eos, qui illum occiderũt impiæ, & inimicos nobis tantũ imperium possidẽtibus, sed ire obuiam, & prohibere nũc quidem fraude, & dolo vtẽtes (Horũ eñ in pręsentia res indiget) quãdo verò nobis prima ex sententia successerint, tunc & palã totis viribus, & cum armis, si expediat, prædeuntes. Volentibus aũt nobis nũc agere, quę oportet, hęc fieri expedit. Primum quidẽ occultemus regis mortẽ, & apud omnes faciemus asseri adesse nullũ lętale vulnus, dicere'que nobis medicos, se eum diebus paucis benevalentem ostensuros. Deinde ego pergẽs in publicum ducã multitudinem, tanquàm iubente Tarquinio, quod te is omniũ curatorẽ declaret, & custodem domesticarum rerũ, & publicarũ, donec ipse ex vulneribus conualescat, alterum è generis suis nominans te Tulli. Erit enim non ingratum Romanis, procurari à te publica, à quo sępe iam, & prius, ea sunt administrata. Quando autẽ hoc periculum præsens discusserimus (Nihil eñ erit amplius inimicorũ validam rege viuere nunciato) assumens tu fasces simul, & armorum potestatẽ, euoca eos ad populum, qui Tarquinium interficere cogitarũt, à filijs Marcij incipiẽs. impone'que eis pœnam capitalẽ, afficiens ipsos oẽs supplicio, si iudicium subeunt, quod si iudicium relinquant, quod illos magis facturos puto, exilio mulctatis eis perpetuo, & bonorum publicatione, confirmaueris iam imperiũ, appellationibus interim blandis, & comibus multitudinẽ suscipiens, & summe cauẽs, ne quid iniusti fiat, ciuesq́ue pauperes beneficijs donisque subducens, deinde quãdo tẽpus nobis visum fuerit tunc perisse dicemus Tarquinium, sepulchrũ'que ei faciemus palàm. Iustum autẽ est Tulli: qui nutritus sis à nobis, & eruditus, omnium'q; bonorum particeps, quęcun'que filij à matribus, patribusq́ue accipiunt, & filiæ vir factus nostrę, si rex mea causa fias, qui in hoc tibi suffragor: te his pueris beniuolentiam patris impartitur, & cum ipsi visi fuerint & administrandis publicis idonei, maiorum eorũ designare Romanorũ principem. Hæc cũ dixisset vtrum'q; puerorũ Oratio.

iaciens in generi, filię'q; gremium, multũ'q; cõmouens ex vtrisque miæ, vbi tẽpus fuit egressa est cubiculũ, mandãs eis, qui remanebant, vt apte oĩa, quę ad curationem congrua essent, faceret, cõuocarẽt'que medicos, intermittensq́ue ea noctem, cõcurrente postridie ad regiã turba multa, processit in publicũ, astans'que pro foribus ijs, quę ferebãt ad compitũ, primũ quidẽ patefecit astãtibus eos, qui essent regi necẽ machinati, & qui missi ad id op⁹ ab ipsis essent, adduxit vinctos. Deinde vbi multos vidit cõplorãtes hũc casum, & ijs qui peregissent, infensos. postremo dixit nihil actum his insidijs esse, ipsis nequeuntibus Tarquiniũ interficere. Amanter autẽ suscipientibus omnibus eũ sermonẽ, Tulliũ tunc eis sistit, vt à rege delegatũ curatorẽ omniũ publicarum'que, & propriarum rerum, donec ipse conualesceret, abijt'que tum lętus populus, si nihil graue rex passus esset, diu'que permansit eam opinionem habens. Tullius autem manũ habens circũ se validam, & lictores educens regios processit in forũ, proclamariq; iussit, præsto adesse Martios, subituros iudiciũ, qui vbi minime affuere, mulctãs eos exilio perpetuo, bona'q; eorum publicans, sine mœtu iam Tarquinij regnum occupat.

Vr autor iste hoc loco melius de his pueris sentire q̃ Liuius.

Volo autem, sistens interim quę sequuntur, causas reddere, ob quas neque sim assensus Fabio, neq; alijs historicis, quicun'que filios fuisse hos pueros à Tarquinio relictos scribunt, ne me aliqui ex his, qui in illorum inciderint historias, vane ruditer'que agere existiment, haud filios, sed nepotes fuisse scribentem hos pueros. Omnino enim incircumspecte, & negligẽter hi, qui de is scripserunt, hanc ediderunt historiam, nihil exquirẽtes eorum, quę ipsam improbent, impossibilium, & absurdorũ, quorum ego vnum quod'que conabor paucis manifestum facere. Tarquinius enim ex Etruria demigrat trãsferãs totã domũ ea ætate, qua præcipue contigit sapere. Nam & qui tractaret ciuilia, magistratus'que generet, administraret'que iã publica, dignus fuisse traditur, qui ideo emigrationẽ illam fecerit Tarquinijs, quod nullius in vrbe esset honoris particeps. Alius igitur aliquis eum triginta saltẽ poneret annos natum, cum ex Etruria profectus est. Ab hac eñ ętate leges, vt frequentius euocãt, volentes esse in magistatu, publica'q; administrare. Ego vero quin'q; annis iuniorem pono, facio'que eum quinto & vicesimo ætatis suę anno domo excedentem. Quod enim vxorẽ Etruscã, viuo adhuc patre, duxerit, confitentur omẽs, qui Romanas conscripserũt historias. Aduenit autem Romam, regnãte Anco Martio, circiter annum regni eius primum, vt scribit Cellius. Sed, vt Licinius, circiter octauum. Sit hoc igitur, vt aduenerit eo anno, quo vult Licinius, nec antea. Posterius procùl dubio non aduenit. Nã nono anno regi Anci, magister equitum à rege ad bellum contra Latinos mittitur, vt hi scribunt vtrique historici. Si igitur aduenit Romã viginti quinq; ãnis haud maior, & Anco regi octauo regni eius anno amicus factus decem, & septem annos apud eum reliquos cõmoratus, cum quatuor, & viginti annos regnarit Ancus, annos vero octo ipse, & triginta, vt fatentur oẽs, octogenarius erat cum mortuus est Tarquinius. Ex hac eñ computatione nanorum colligitur hic numerus. Vxor autem eius quinquẽnio (vt par est) minor ad septuagesimum quintum anuum vtiq; peruenerat, cum mortuus est Tarquinius. Si hęc igitur iuniorẽ, filiorum'q; vltimum peperit qnquagenaria (vltra eñ hoc tẽpus nõ parit mulier, sed est hic

eis

eis dolorũ terminus vt q̃ ista perscrutant̃ scribũt) nõ hic vtiq; minor ãnis quinque, & viginti erat, cum pater obijt. Lucius autem frater senior haud minor septem, & viginti. Non reliquit igitur paruulos cum decessit Tarquinius filios ex hac vxore natos. At si quidem virilis fuissent ętatis filij, neque pater interijsset, neque misera mater adeò erat impia, vt descendisset ad auferendũ filijs proprijs principatum, quẽ eis pater reliquisset alieno ipsa, serue'que filio gratificãs, sed nec filij ipsi priuati paterno regno tam facile eam iniuriam negligenter vter'q; tulissent, in præcipua illi pręsertim dicendi, agendique maturitate. Ne'que enim nobilitate generis pręcellebat eis Tullius, ne'que ætatis dignatione multum differebat, sed tribus tantum annis fuisset altero eorum senior, ita, vt non cessuri ipsi regno ei spõte videretur. Habet item hæc res alia absurda quędã, quę scriptores Romani omẽs ignorarunt, præter vnũ, cuius paulò post nomẽ dicã. Confessum enim est quod post mortem Tarquinij suscipiẽs Tullius imperium id annos quattuor, & quadraginta obtinuit, ita vt sit eo tẽpore, quo priuatus est regno Tarquiniorum senior, septem, & viginti fuissent annorũ, supra annum septuagesimum natus fuerit, cũ Tulliũ interfecit. At verò ipsum in robustissima tunc ætate fuisse scriptores tradunt, aiunt'que ipsum attollentem Tullium è curia, atque ferentẽ extra per crepidines effudisse, regni autẽ eius eiectio fit deinde anno quinto, & vicesimo, & hæc quidem militante eo aduersus Ardeates, vbi agens per se ipse opera omnia inducitur. Nõ habet autem verisimilitudinem aliquam exquiri in bellis corpus hominis, qui ãnos vixerit sex, & nonaginta, ac regno quo'que excidẽs adhuc bellũ cũ Romanis gessit haud minus annos quatuordecim, rebus ipsis (vt dicunt ijdem) interueniẽs. Extra igitur cõmunes opiniones omniũ, est vitę quoque eius spacium. Maiorem enim centum, & decem annis: longitudinẽ vitę non ferunt regiones nostræ. Horum ita'que absurdorũ conscij scriptores aliqui Romanorũ absurdis alijs conati sunt ea dissoluere, non Tanalquilidẽ paruulorũ matrẽ asserentes ipsi, sed quandã aliã, de qua nullã accepimus historiã, intẽpestiueq; item fiunt Tarquinij nuptiæ, nato eo annos minus octoginta, nec est item liberorum procreatio ad eam ætatem hominũ credibilis. Neque enim orbus erat ita, vt cuperet omnino filios, sed duę erant ei filiæ & ipsę quidẽ iam nuptæ. Horum itaque impossibilium'que, & incongruorum vnaquęque consyderans, non filios Tarquinij hos pueros, sed nepotes fuisse scribo, Lucio Pisoni phrigi assentiẽs. Ille enim in annalibus solus hoc scripsit. Nisi vtique natura quidem erant nepotes regis pueri, arrogatione autem filij. Quæ causa fuit erroris cæteris, qui romanas cõscripserunt historias. Verum his pręmissis, tempus est regrediendi ad intermissam narrationem. Postq̃ igitur suscepta procuratione regni, & expulsa Martiorum factione, Tullius iam sibi firmum, ac stabile ratus est imperium, Tarquiniũ regem sicuti nuper mortuum ex vulneribus sumptuose efferens: monumenti insignis extructione, alijsque honoribus exornauit, dehinc'que velut curator regij generis puerorum, vitæ eorum priuatæ, simul'que rerum ciuitatis publicarum, custodiam, curam'q; suscipiebat. Quę res patritijs minime ad voluptatẽ erant, sed tingebantur, ferebant'que egerrime, indignantes ipsum regiam sibi quandam potestatem per se machinari, nec senatu decernente, nec cęteris ex lege perfectis,

L. piso.

conuenientesq́ue sæpe, qui plurimum ex eis poterant, inter se de dissolutione regni præter leges disputabant, visum'que est eis, vt quamprimũ vocarentur in senatum à Tullio, fasces, cętera'que imperij insignia deponere eum cogerent, quo peracto interreges crearent, per quos reges eligerētur ex lege. Hæc cũ audisset Tullius cogitantes eos, ad cōplectendos, colendos'q; ciues pauperes conuersus est sperans per eos sibi principatũ obtinendũ, aduocata'q; in contionē multitudine, & productis super pulpitũ pueris, huiusmodi orationē habuit. Multa me coegit

Oratio. necessitas Quirites, vt curã horum suscipere puerulorum infantiũ. Auus eñ eorum Tarquinius orbũ me, sine'que patria suscipiens educauit, nihilo inferiore cultu, quã filios suos proprios, filiarũ'q; alterã mihi vxorē dedit, perq́ue omne vitę tempus tanquã filiũ honorãs, vt scitis, amansq; me perseuerauit, atq; postea quã illa sibi per insidias accidere, mihi, siquid humanitus pateretur, filiorũ curã credidit. Quisnã igitur aut erga deos piũ me, aut erga homines iustum opinabitur, si hos relinquo, prodo'q; orbos, quibus tantã debeo gratiam. Sed neq; ego meã ipsius fidem prodã, ne'que solitudinē puerorum pro viribus meis deserã. Vos autem Quirites beneficiorum minime obliuiscamini, quę in rēpublicam cōtulerit horũ auus, tot vobis vrbes subijciens Latinorũ, affectãtes ipsas imperiũ, dicto'que audientes faciēs Etruscorũ omnes, quę plurimũ ex finitimis poterant, gentē quo'q; cogēs Sabinorum obnoxiã vobis fieri, multis ea cũ periculis, magnisq; perficiēs. Donec igitur vixit conueniens erat, vos ei meritorũ debere gratiã: nunc vbi vita excessit, æquum est filijs remunerationē persoluere, neque vna cum corporibus defodi etiam benemeritorũ hominũ, officiorũ'q; ipsorũ memoriã. Videmini igitur oēs cōmuniter tutores pueris relicti esse, stabilitoresq́ue ipsis eius, quod reliquit auus, imperij. Neque eñ tantũ perciperēt ex meo vnius patrocinio, quãtum quidem ex cōmuni vestrum omniũ auxilio. Hæc autē vobis coactus sum dicere, sentiens cōspirãtes quosdã aduersus nos, volentesq́ue alijs imperium hoc tradere. Censeo autē æquum esse etiam vos Quirites discriminũ meorum memores, quę pro imperio decertãs subij, neq; paruorum, neque paucorũ, de quibus nihil sum apud scientes vos dicturus, sed vos quas pro his mihi debeatis gratias puerulis his reddere. Non eñ mihi ipsi parãs imperiũ propriũ, quo nemine me minus vellem potiri dignum, sed opem ferēs Tarquinij soboli sum ad rempublicam adinistrandã promotus. Suplex aũt vobis fio, ne orphanos relinquatis, nũc quidem ipsos de imperio periclitantes, et etiã si conatus primus hostibus ex sententia successerit, Vrbe quoq; expellēdos. Cæterum de his tanq̃ cognoscentibus vobis quid oporteat, & facturus quæcunq; conuenerint, nō opus est, vt plura dicam. Quæ vero ipse conferre in vos beneficia institui, & quorũ causa cautionem aduocaui, audietis nunc à me. Quibuscunque eñ vestrũ ære alieno oppressis, neq́ue id dissoluere valentibus, ob paupertatē, volens ego his omnibus auxilio esse, quando quidē sunt ciues, multos'que pro patria tolerarunt labores, ne propria pri-

Pulchre. uentur libertate hi, qui communem seruant, do equidem, vt debita meis pecunijs dissoluant. Quicunque verò post hac mutuas sument pecunias, abduci eos ob debita non sinam, sed lege sanciam, ne quis pecunias det mutuas in corpus liberum, satis esse ducens, creditoribus, si conferentium bona habeant, atque vt collationes

ipsas

ipsas in publica,ob quas tenuiores grauantur,coguntur'que æs alienum facere,deinceps leuius feratis,ęstimare omnium iubebo,& pro censu suo conferri id, quod cuique obuenit,sicut fieri audio in maximis,benéque cõstitutis ciuitatibus. Iustũ autẽ hoc & vtile reipublicæ existimo,vt multa quidẽ possidens, multa cõferat, pauca vero habens,pauca. Videtur mihi quoque, vt publicũ agrũ,quẽ vos quæsistis armis,non impudentissimi, vt nunc teneant,neque gratis permissum eum, neq; emptum,sed ex vobis ij,qui sortem nullam habẽt,ne mercede seruiatis, qui estis liberi,neue ijdem alienos,sed proprios colatis agros. Nunquã eñ inuadi possent generosi spiritus in homine egente rebus quotidie necessarijs. Pręter hęc autem omnia cogitaui,æquẽ cõmunem'q; cõstituere reipublicæ formã,& esse omnibus aduersus omnes iusta paria. In hoc eñ cõtumaces quidã veniunt, vt ęquũ censeant,se iniuriam popularibus facere,neq; liberos vos pauperes ducere. Vt autem pariter iusta recipiant,sustineant'que cum minoribus maiores, leges equidẽ ponã æquas violẽtiæ prohibitrices,cõseruatrices'q; iustitiæ,neque ego tẽpus vllum remittã,libere omniũ voci prouidens. His eo dictis,secuta est multa laudatio cõcionis,aliorũ eum summopere cõmẽdẽtiũ,quia fidus esset,erga'q; bene de se meritos gratus,aliorũ qđ human⁹ magnanimus'q; esset in inopes,aliorũ quod moderatus,popularisq́ue erga humiliores,oĩbus eũ,quia æquus,iustusq́ue esset, amãtibus,simul'que admirãtibus. Dimissa aũt cõcione,describi iubet postridie debitores,quicũque ad fidẽ creditoribus seruandã essent inualidi,& quid quisq́ue eorũ deberet. Vbi descriptiones accepit,positis mẽsis in foro, spectãtibus oĩbus, annumerauit q̃ debebant creditoribus,hisq́ue pactis,proposuit palã edictum regium,vti agro publico decederẽt ij,qui eũ priuatim obtinebãt intra præstitutam diẽ,& qui nullã habebãt sortẽ,ciues ad se defferent, legesq́ue conscripsit,veteres & neglectas renouãs,quas ROMVLVS introduxerat,& NVMA,& quas cõdebat ipse quæ cũ ab eo agerent,ferebãt grauiter patricij dissolutũ iri senatus potentiã animaduertẽtes, capiũt'que cõcilia,nõ eadẽ,sed prioribus cõtraria. Nam cũ primũ aggressi essent potestatẽ,quam colere,præter leges erat, interreges'que creare,p̱ quos eligeret is,qui imperiũ ex lege habiturus esset,nunc cõplecti oportere præsentiam existimabãt,neque nimis curiosos se esse. Cogitabant eñ, quod producente ad res gerẽdas senatu eum,quẽ ipse prętulisset,plebis suffragijs ferẽdis obuiam itura esset,sique permitterẽt plebi electionẽ regis, suffragia omnia ferret TVLLIVS,affuturum'que sic,ei vt videret habere imperiũ ex lege. Visum est igit melius furãtẽ eum imperiũ,decipientem'que ciues,q̃ persuadẽtẽ,assumẽtem'q; palã id nõ obtinere. Sed nihil eis ad ratiocinationes suas respõdere præparata, ita eos sollertissime elusit TVLLIVS,atque obtinuit inuitis eis imperiũ. Data eñ multo ante opera,cum curasset dispergi per vrbẽ famã,quã si sibi insidiarent patricij descẽdit in forum. Vestem inductus sordidã,ac mœstus,comitãte ipsum matre Ocrisia,& vxore TARQVINIJ TANAQVILLIDE,regiaq́ue cognitione omni,concurrrente autem turba multa ad inoppinatum aspectum,contionem aduocans processit ad pulpitum,huiusmodique orationem habuit. Haud mihi amplius de TARQVINIJ pueris metuendum est,QVIRITES,ne quid grauius ab inimicis patiantur, sed de mea quoque anima me iam inuadit timor,ne amaras ipse recipiam iustitiæ, gra-

Probe.

Tullij oro

titudinis'que remunerationes. Petor enim à patricijs insidijs, renuntiantur'que mihi ex eis in mortem meam quidam coniurasse, iniustum quidem illi nihil, neque maius, neque minus, quod obijciant, habentes, sed quæ in plebem beneficia contuli, atque conferre paro, ferentes grauiter, & indigne patientes: primum quidem succensentes feneratores, quòd vos pauperes à se non siuerim libertate priuari, sic'que depeculatores publicorũ, obtinẽtesq́ue agrũ, quẽ vos vestro sanguine quæsiuistis, quod coacti sint eũ relinquere, ac si eis res paterna sit adempta. Deinde hi, qui aliena vẽdũt, expertes illi calamitatũ bellicarũ, quia imminuere lautitiã cogent̃, & ex cẽsu tributũ cõferre. Simul aũt succẽsent oẽs, quia scriptis ex legib⁹ viuere cõsuescẽt, iusta vobis ex ęquo dãtes, & recipiẽtes, neq; vobis, vt emptitijs, quicũq; estis paupes, ampli⁹ abutẽtes. Quæ illi crimina cõferẽtes, consultãtes'q; cõmuniter decreuerũt, exules restituere, traderéq; Anci filijs impiũ, quibus quidẽ Tarquiniũ regẽ vestrũ interficiẽtib⁹, virũ frugi, vrbis'q; amatorẽ, taliq; polutis cęde fugiẽtib⁹ iudiciũ, sibiq; ipsis exiliũ cõstituẽtib⁹, vos aqua igni q; interdici decreuistis. Ac ni mihi cito factũ esset hui⁹ rei iudiciũ, accersistis peregrinis virib⁹ qbusdã, reducturi erãt nocte in vrbe exules. Quæ vero post hęc futura essent, scitis oẽs, etiã si nõ dixero. Quod potiti rerũ Marcij sine labore, auxiliãtib⁹ eis patricijs, primũ quidẽ custodẽ me regũ, & q ipsos in iudiciũ vocarim, arrepturi erãt, deinde pueros, cognatos cæteros, & amicos Tarquinij oẽs occisuri, & vxores nostras, & m̃res, filias'q;, & muliebrẽ sexũ oẽm seruorũ loco habituri, natura feri, tyrãniciq; illi spiritus. Si igit̃ istud quirites volẽtib⁹ vobis fiat, vt homicidas reducatis, reges'q; designetis, expellatis'q; bñficiorũ vestrorũ filios, & relictũ ab auo impiũ eis auferatis, amplectemur quidẽ fortunã. Sed p deos oẽs, & genios, quicũq; vitã humanã inspiciũt, supplices nos ṽri oẽs cũ vxorib⁹, & filijs p multis in vos Tarquinij puerorũ aui beneficijs, pro'q; multis, in quibus ego fui vobis p virib⁹ meis vtilis, munus vnũ hoc à vobis postulam⁹, vti nobis manifestã sñiam vestrã faciatis, si quidẽ digniores nobis hoc honore alios putatis. perdẽdi ne sint pueri relinquẽtes vrbẽ vestrã, reliqua'q; Tarquinij cognatio. Nam ego aliud de me ipso generosius cõsulã. Vixi em̃ iã ad virtutẽ, & ad bonã æstimationẽ satis, nec dignarer beniuolẽtia ṽra excidẽs, quã præ oĩb⁹ malim bonis, viuere apud alios turpiter. Accipite fasces, datéq; si vultis eos p̃ricijs. Ego em̃ nulla ĩ re molestus ero vobis p̃sens. Hæc eo dicẽte, parato'q; ad descẽdẽdũ ex pulpito, ingẽs omniũ coortus est clamor, p̃ces'q; p̃mixtæ lachrymis, rogãtiũ, vt maneret, obtineret'q; res gerẽdas neminẽ p̃rsus metuẽs. Deinde aũt iussi quidã p̃tractãtes cõtionẽ, vt rex fieret exclamabãt, cõuocãdas'q; cẽsebãt curias, atq; poscebãt calculos. Incipiẽtib⁹ aũt istis, populus cõfestim oĩs in eadẽ volũtate fuit. Quod

Electio regis Tullij ex eius gesta.

vidẽs Tulli⁹, nõ omisit t̃ps amplius, sed magnas dicẽs se habere eis g̃ras, q a essent beneficiorũ memores, & plura adhuc p̃mittẽs bona, si se regẽ crearẽt, p̃dixit diẽ comitiorũ, qua adesse iussit etiã ex agris oẽs. Cũ'q; cõuenisset populus, vocans curias tradidit diuisim vnicuiq; calculos, iudicatus'q; p eas oẽs dignus regno, valere dicẽs senatui, qui haùd dignatus erat, cõfirmare ex more ea, q̃ popularis multitudo fecerat, regnum tenuit. Ad quod quidem hoc modo transiens, cum multarum aliarum ciuiliũ administrationũ introductor fuit, tum vero magnũ, memoratu'que

ratu'q; dignũ gessit cũ Etrucis bellũ. Dicã autẽ de ciuilibus eius primũ. Statim eñ simul, atq; adeptus est regnũ, mercenarijs Romanis dimisit regionẽ publicã, deinde leges comerciales, déque iniurijs curijs cõfirmauit. (Erãt autem quinquaginta numero, de quib⁹ nihil in præsentia sum relaturus) Vrbiq; duos colles addidit, Viminalẽ dictũ, & Esquilinũ, quorũ vterque vrbis mẽtione dignæ habet magnitudinẽ, dimisit'que eos ijs, qui sine laribus Romani essent, ad ædes in his construẽdas, vbi sibi ipse quoque habitationẽ fecit, in illustri Esquiliæ loco. Auxit autẽ rex hic vltimus vrbis ambitũ, quinq; collib⁹ addẽs duos captis quidẽ augurijs, cæteris'que erga deos pactis pijs. Vlterius eñ cõstructio vrbis nõ ꝓcessit, haud permittẽte (vt aiunt) numine, sed sunt oĩa circa vrbẽ habitata loca, multa ea, & magna, nuda, facillimaque aduenietib⁹ hostib⁹ fieri obnoxia. Si quis vero ad hęc spectãs, velit Romę magnitudinẽ exquirere, is & errare coget, nec habebit signũ vllum certũ, quo dignoscat, quousque sit hęc vrbs ꝓgressa, aut vnde esse nõ amplius vrbs incipiat, ita Vrbi cõtexta est regio, prębetq́ue spectãtib⁹ opinionẽ extẽsæ in infinitum vrbis. Si vero muro vix ꝑscrutabili, ꝑpter ædes cõplectentes eum vndique, vestigia autẽ quædã locis multis seruãti structuræ veteris, metiri idẽ eã velit ad Atheniẽsiũ circuitum, qui vrbẽ cõtinet, nõ multo aliquo maior ei videbit Romæ circuitus. Cæterũ de magnitudine, & pulchritudine vrbis, vt est ætate mea, erit aliud narrãdi tp̃s magis opportunũ. Tullius igit vbi muro septẽ colles cõplexus est, in partes quatuor vrbẽ diuidẽs, & cognomina cuiq; parti imponẽs ex collib⁹, vnã quidẽ Pallatinã vocãs, aliã suburbanã, aliam Collinã, quartam Exquilinã, quatuor tribuũ fecit vrbẽ, q̃ vsque ad eius tẽpora triũ fuerat, statuit'que hoĩes, qui vnãquãque partẽ habitaturi essent, tanq̃ paganos in nullã aliã transferri habitationẽ, nusq̃ alibi dãtes ipsos nomina in militiã, siue tributũ impositũ ad res bellicas, vsus ve alios, quod exhibere in rẽpublicã vnũquẽque oportebat, persoluẽtes, neq; amplius vt tres tribus generales, siue originales (vt antea) sed vt quatuor locales à se designatas cõferre voluit, creauit'que partibus singulis principes tribuũ, siue vicorũ præfectos, quos scire iussit, vbi quisq; habitaret. Postea'que in cõpitis omnibus extrui iussit tẽpla, tuguria à vicinis heroibus propitijs, sacrificia'que eis perfici lege statuit anniuersaria, cõferẽte vnaquaq; domo. Peragentibus autem vicinis sacrificia in propitiationibus liberos non adesse statuit, sed seruos, simul'que ipsos sacrificare, tanquam grato heroibus famulorum ministerio. quam solemnitatem ducentes Romani ad hanc vsque ætatem peragunt paucis diebus post Saturnalia valde venerabilem inter cæteras, & sumptuosam, cõpitalia eam appellantes à compitis. Vocant illi stenopos compita, seruantq́ue veterem consuetudinem in sacrificijs, placantes heroas per famulos, omnem ab eis auferẽtes per eos dies seruitutem, vt hac mitigati humanitate magnam quãdam, & venerabilẽ habẽte causam, domos beniuolentiores fiant, atque fortunæ tristia minus grauiter tolerent. Diuisit item regionem omnem (vt scribit Fabius) in sex, & viginti partes, quas & ipsas tribus vocauit, addens etiam eis vrbanas quatuor, & triginta tribus (Quas tamen tribus sub Tullio omnes fuisse dicit Cato) vt autem Venonius, siue Gemonius narrat, in vnam, & triginta tribus, ita, vt cum vrbanis expletæ sint hæ, quæ adsunt adhuc quinque, &

Vrbi duos colles adiũcti.

Nota post seruiũ Tullium non ampli⁹ auctam vrbẽ.

Magnitudo vrbis veteris.

Vrbs in quatuor tribus diuisa.

Cõpitalia.
Stenopos.

Diuisa regio i sex & vigĩti trib⁹

triginta tribus. Fide ipse dignior nõ segregat numerũ. Diuidẽs igit̃ Tullius in totidem partes agrũ secundũ mõtana, multũ'q; securitatis p̃bituras colonis rupes, specus, ꝓfugia'q; præparauit, græcis ea nominib⁹ appellãs pagos, quo se recipiebãt ex agris oẽs, cũ hostiũ inuasiones fierẽt, in eis'q; sæpius pernoctabãt. Erant aũt horũ quoq; magistratus, quibus curę erat nomina colonorũ scire, cõtribuentiũ in eodẽ pago, & p̃dia, in quibus eis vita esset, & cũ opus esset agrestes vocari ad arma, vt viritim collationes pecuniarũ capi, hi & corpora cõducebãt, & pecunias exigebãt, ac ne hoꝝ multitudo difficillis inuẽtu esset, sed numerabilis, & manifesta, aras eos iussit erigere inspectorũ deorũ, & custodũ pagi, quos hostijs publicis honorare magistratus quotannis iussit, simul cũ multitudine, solẽnitatem hãc quoq; inter cæteras admodũ honorabilẽ inistituens, q̃ Paganalia dicunt̃, ac leges quoq; de his sacrificijs, quas obseruãt adhuc Romani, scripsit. In hoc aũt sacrificiũ, & cõuentum iussit oẽs eiusdẽ pagi cõstitutũ quendã numũ ꝑ capita cõferre, aliũ quidẽ hoĩes, alium fœminas, aliũ'q; impuberes, ex quibus cõnumeratis à pręsidẽtibus sacrorũ manifestus fiebat numerus, & ꝑ genus, & per ętates. Vt aũt Lucius Piso scribit in prima annaliũ historia, volẽs iteꝝ scire numerũ habitantiũ in vrbe, & p̃sentium, & absentiũ, & qui in viros cõscribebant̃, statuit q̃tũ oporteret numũ ꝓ vno quoq; deferri in thesaurũ helithitæ quã romani iunonã luciferã vocãt ꝓ præsentib⁹, in'q; Veneris in nemore extructæ, quã nebetinã appellãt ꝓ absentib⁹, & in Iuuentę ꝓ eis, qui inciperẽt cũ viris cõtribuere, ex quib⁹ cognitur⁹ erat quocũque anno, quot numero oẽs essent, & qui ex eis ętate militari. His cõstitutis iussit Romanos oẽs describere, & estimare rem suã ad argentum, iuratos ipsos legitimũ iuramẽtũ, se vere, & ex omni optimo estimasse, ex quib⁹ essent parẽtibus scribẽtes, & cuius ipsi ætatis, & vxores, filiosq́ue nominãtes, & in quo vrbis habitarẽt loco, aut quo in pago regionis. si quis vere nõ estimasset, pœnã ei cõstituit, priuationẽ bonorum, atque ipsum verberib⁹ cęsum vẽdi. Durauit'q; diu apud romanos hęc lex. Aestimatis aũt omnib⁹, assumens libellos, & cognoscẽs multitudinẽ, & ętatẽ hominũ, sapientissimã omniũ administrationũ ciuiliũ introduxit, maximorũ'q; Romanis bonorũ causam vt à me declarabit̃. Fuit igit̃ hæc huiusmodi. vnã abstulit à cæteris partẽ, cuius cẽsus erat maior centum minis, haud minor, hãc'q; in ordines octoginta distribuẽs, arma eos ferre iussit, & clipeos argolicos, hastasq́ue, & galeas æneas, & thoracas, & ocreas, & gladios, diuidẽs'q; eos bifariã, quadraginta instituit iuuenũ manipulos, quos oportebat exeũte iuuẽtute ad bellũ egredi, quadraginta'q; alteros seniorũ ꝑmanẽtes in vrbe ad custodiã eorũ, q̃ intra muros essent. Ordo erat hic prim⁹, obtinebat'que locũ iuuẽtus in bellis primũ ante aciẽ totã pugnãs. Postea'q; ex reliquis aliã partem auferẽs, cui⁹ erat intra decẽ dragmarũ milia, haud min⁹ quinq;, & septuaginta minarũ census, distribuẽs'q; in viginti ordines, cætera ipsos quidẽ ferre, q̃ priores, arma statuit. Thoracas autem ab eis abstulit, & ꝓ clipeis, dedit scuta, ac segregãs ex his quoq; eos, qui supra quintum, & quadragesimum annũ erãt, & qui ętatis militaris, decẽ fecit manipulos iuniorũ propugnatores vrbis, decem'q; seniorum quibus muros custodiendos dedit. Hunc autem ordinem secundum instituit in certaminibus post antepugnantes esse: Tertium deinde ordinem cõstituit

Pagos.

Paganalia.

Cẽsus ꝑsonarum pro pagos.

Helithita.

Nebetina.

Census in vrbe.

Tulij ordines i bello.

ex reliquis,quicũq; cẽsum habebãt min⁹ quod septẽ milib⁹ drachmarũ,& quingẽtis,nõ min⁹ aũt minis quinquaginta.Horũ eñ armaturã minuit,nõ thoracas tñ adimẽs,vt secũdo ordini, sed etiã ocreas,cõstituitq; hos itẽ vigiti manipulos diuidẽs,vt priores,ꝑ ętate decẽ iuniorũ, decẽq; seniorũ. Loc⁹ aũt,& statio horũ manipulorũ in ꝑlijs erat tertia. Auferẽs itẽ ex reliquis eos, qui rẽ haberẽt minorẽ quinque miliũ drachmarũ,& ad viginti vsque minas,quartũ instituit ordinẽ. distribuitque hos etiã in manipulos viginti,decem eorũ, q essent in robore,decẽque eorũ,qui supra ętatem essent, sicuti priores fecerat, arma eos ferre instituens, scuta,gladios'que,& pila,locũque eos in prẹlijs habere vltimũ.Quintũ aũt ordinem ex ijs,quib⁹ vita erat intra quinque,& viginti minas,vsque ad duodecim,& semis,in manipulos cõstituit triginta, quindecim iuniorũ, quindeci'que seniorũ, quos instituit lapides missiles habentes, & fundas,extra aciẽ militare. Quatuor aũt manipulos, nihil armorũ habentes,sequi post armatos iussit. Erãt aũt istorũ quatuor duo armorũ fabricatores,& fabri,& qui alia pararent bello opportuna. Duo vero tubicinũ,& tympanistarũ, & qui alijs quibusdã instrumẽtis significarent imperata in bellis. Appositi aũt erãt opifices, qui secundũ habebãt censum, ex ętate diuisi, pars altera iuniores manipulos, altera seniores sequens, sicque tubicinũ, & buccinatorũ alter erat seniorum manipul⁹,alter iuniorum. Cẽturiões autem electi erãt ex oĩbus bello strenui, qui suos quique manipulos iussis obtemrãtes exhibebãt, & hic quidem adornatus erat copias pedestres explens legionarias,& inermes exercit⁹. Equitum vero numerum elegit ex ijs, qui census maximi,clarique essent generis,distribuit'que eos in decem,& octo turmas,attribuens ipsos illos octogita manipulis primis ãte aciem. Habebãt autem hi quo'que illustrissimos centuriões, reliquos autem ciues, qui censum minorem habebãt duodecim minaꝝ, & semis, plures ipsos primorib⁹ numero in vnum oẽs statuens ordinem, vacatioẽm eis tribuit militię, fecitque oĩm collationum, tributorũque immunes. Fuerunt autem ex collegias,quas ROMANI classes vocãt, gręcis eos cognominibus appellãtes. Nã quod verbum nos im ꝑatiue figurãtes cali efferim⁹. Hoc idem illi cala dicunt:sique classes antiquitus vocabãt caleses ordines autem quos cõpręhendebãt classes centum & nonaginta tres erãt: cõtinebat eñ classis prima cum equitibus octo & nonaginta ordines: secunda verò duos & viginti cum opificibus:tertia viginti:quarta itẽ duos & viginti, cum tubicinibus & bucinistis. quinta deinde triginta. Vna autem vltra oẽs statuta classis,q̃ erat pauperum. Vn⁹ erat ordo hac'que vsus adornatioẽ dirigebat descriptiões militũ ad diuisionẽ ordinũ sicq; ad cẽsus normã tributorũ impositiões: quotiens eñ opus esset ei decẽ milib⁹ militũ aut viginti(si ita res ferret)diuidẽs hũc numerũ in cẽtũ & nonaginta tres curias qđ cuiq; obueniret curię id ꝑstare eã iubebat. Sũptus aũt in comeatũ militãtiũ alia'q; bellica munera impendẽdos, Metiẽs idẽ quãti sufficerẽt. Diuidẽsq; eodẽ more in suprascriptos ordines. Cõferre queq; pro estimatiõe cẽsus sin iubebat:eueniebat igit̃ vt qui maximas possiderẽt opes. Pauciores quidẽ ipi sed in plures ꝑtiti ordines militarẽt sępi⁹ nũq̃ quiescẽtes:pluresq; cõferrẽt ipi q̃ cęteri pecunias atq; eos q pauca moderataq; possiderẽt vigiti pauciores ordinib⁹, militare rari⁹ ex successiõe ac minora tributa soluere, & q pauciora

Centuriones.

Vnde dictę sit classes ex q̃ta vnaquęq;.

Omnium malorũ cã pecunię.

necessarijs possidere censi essent à molestijs abessent omnibus. Fecit aũt vnum quid'q; horũ nõ sine causa:sed persuasus quòd oĩbus hoĩb⁹ præmia sunt bellorũ pecuniæ:quod'que pro his oẽs grauia quéque tollerant recte ita'q; habere existimauit, vt qui certẽt pro maioribus pręmijs: maiores quoq; vexationes corporũ pecuniarum'que sustineant:& qui pro minoribus sic quoq; minus in vtrisque vexentur, eis verò qui pro nullis nihil impẽderint, nihil mali patiẽdum absolutos à tributis ipsos ob egestatẽ nõdum eñ accipiebãt romani stipendiũ de publico:sed sumptibus militabant proprijs. Minime igitur cõferre pecunias oportere putabant eos qui vnde soluerẽt nõ haberent. Sed quotidianis egerẽt ad vitã:aut q̃ nõ contribuerent militare alendos ipsos alienis pecunijs tanq̃ mercenarios. Hoc aũt modo imponẽs totum põdus hoc diuitibus. periculorũ & sumptuũ vbi eos indignabundos vidit. Hoc more altero consolatus est anxietatẽ eorũ iram'que mitigauit hoc pręcõmodo eos donãs per quòd ipsi futuri erant reip. omnis domini abigentes egenos à publicis. Ac latentes peragendo ista popularos ipsos:erat autem hoc præcommodũ quo pręcellebant in concionibus in quibus maxima per populum cõfirmabantᷣ huiusmodi. Dictum est enim à me quoq; superius. quod trium rerũ dominus ex lege veteri erat populus maximarũ ipsarum maximéq; necessariarũ domi scilicet bellique magistratuũ creãdorum:legũ'que cõfirmandarum:siue etiam abrogandarũ:& de bello consistente indicẽdo'que decernere: fiebat autẽ horum speculatio atque iudicium per curias ferentes suffragia:& qui possidebant minima:erant eis qui maximas haberẽt opes in calculis ferendis pares:cum'que essent (vt mos est) diuites. Superabant eos in hoc longe plures qui erant pauperes, hoc igitur intelligens Tullius potestatem transtulit ad diuites suffragiorũ. Nam cum aut magistratus creare:aut de lege cognoscere: aut bellũ indicere ei videretur ordinatim nõ per curias concionẽ cõgregabat. Vocabat eñ in pronũtiationem sñiæ primos ordines eos qui census essent maximi in quibus erant & qui equitũ decẽ octo ordines, & qui peditum octoginta : hi vero tribus plures reliquis in idem consentiẽtes vincebant cæteros & habebat finẽ sententia. Quod si cõcordes nõ essent ad electionẽ hi omẽs : tũc ex secũdo cẽsu descriptos duos & viginti ordines euocabat. Ac diuisis quo'q; suffragijs horum: tertios aduocabat & item quartos:hoc quo'que faciebat donec essent ordines septem & nonaginta calculis similibus sique vsq; ad quintã citationem hoc fieri non cõtingeret: sed in æquã diuiderẽtur centũ & nonaginta duorũ ordinũ sententię. Tunc vltimũ vocabat ordinẽ:in quo erat egenorũ ac propterea liberorũ à militia omĩ & tributo ciuiũ multitudo. Cuicũ'que aũt partiũ adiectus erat hic ordo ea pars vincebat:erat tamen hoc rarũ nec multũ distans ab impossibili:sæpe enim à prima citatione finem res habebat:raro autẽ ad quartã vsq́ue progrediebatur:quinta non & vltima citatio prætermittebatur. Hãc autẽ administrationẽ cõstituẽs & præcõmodũ diuitibus tantũ latuit (vt dixi) ipse eludens populũ abigensq́ue à ciuilibus officijs putabãt enim se omẽs æquã habere partem reip. rogati illi viritim sententias in suis quique ordinibus : decipiebantur autẽ in hoc quod vnus erat tm̃ totius ordinis cuiusq́ue calculus tã eius quidẽ qui paucos in se:quã illius q̃ plurimos haberet ciues & quod primi ferebãt suffragia cẽsus maximi ordines

Modus creãdi magistratus.

plures

plures ipi numero ordinū reliquis paucioresq; numero hominū : pcipue aūt decipiebant paupes quod vnū tm̄ habebāt calculū in suffragijs multi ipi & qđ vltimi vocabātur. Hoc nō facto diuitib⁹ multa absumētib⁹ :nec qetē vllā à bellicis piculis capientib⁹ min⁹ grauari cōtigit rerū factis maximarū domin⁹ omnē'q; potestatē eis q eadē nō facerēt auferētib⁹. Paupibus verò minimā ptē habētib⁹ reip. moderate māsuete'q; eā ī munitionē ferre cōsiderātib⁹ ipis immunitatē suā tributoꝝ vacationē'q; militię. Ciuitati ꝟo cōtingit vt eosdē habitura esset q de se cōsulerēt quę oporteret piculaq; supra cęteros susciperēt. & q̄ opus esset agerent, hic'que administrationes modus in multas durauit ætates à Romanis custoditus : nostris verò motus est tēporibus & in popularijs translatus necessitatibus quibusdam vehemētibus & vi coactus haùd dissolutus quidē ordinibus sed iudicio eorū nō amplius verterē custodiēte cautionē: vt in comitijs ipsorū sępe animaduerti præsens: sed de talibus nō est sermo, isti nō est tēpus, istud nūc cōgruū.

Tūc'que igitur Tullius vbi quę ad ęstimationes pertinebāt constituit: iubens ciues oēs conuenire in maximū ante vrbē cāporū habētes arma & ordines: statuensque equites pro dignatione peditesq́ue in acie leuisque armaturę milites in suis quosq́ue ordinibus purgationē eorū fecit Tauro, Ariete & hirco hæcq; sacrificia circūduci ter iubens circū exercitū imolauit. Obtinenti campū marti, hāc purgationē vsque ad hanc ætatē romani peragūt. Post consumationē cēsuū ab ijs qui obtinēt sacratissimū magistratum. Lustrū eam appellātes: fuit autē oīs cēsorū romanorū numerus: vt in cēsuarijs fertur scripturis ad octoginta quinq; milia trecentis adēptis: habuit quo'que rex hic constitutionis ad augendam rem ciuilē prouidentiā non puā. Rē intelligens quā oēs ante se reges reliquerant illi enim aduenas suscipientes. Reique eos publice participes facientes. naturā nullam aut fortunā dedignātes populosissimā fecere vrbem. Tullius aūt manumissos etiā famulos nisi ad vrbes proprias abire malēt participes ex ęquo esse reipublicę romanæ iussit : permittens em̄ eis simul cū cæteris libertatē. Rem'que suā conseri distribuit eos in tribus vrbis quatuor in quibus manet adhuc constitutū libertinorum quantūcun'que sit genus, dedit'que eis vt participes tanquā cæteri liberi essent rerū omniū ciuilium: dolentibus autem patricijs egre'q; rem ferentibus aduocata multitudine in contionē : primū inquit demirari se hos indignantes si putarent liberū à seruo natura. Ac non potius fortuna differre: siq; non moribus & virtute. Sed casibus examinarēt dignos honesto loco. Vidētes illi quā instabilis conuertibilisque res sit fœlicitas. Neq; facile sit etiā in beatissimis dicere ad quod eis affutura sit tēpus. Specularique iubebat quot iā vrbes barbarę'que: & grææcę transmutatę essent ex seruitute in libertatē. Et quot in seruitutē ex libertate: seq́ue multā aiebat fatuitatē eorū reprehēdere: si qui dignis libertate seruis eam traderent. Inuiderēt'que rursus idem officia eis ciuilia. Consulebat'que eis vt si paruos quidē cognoscerēt seruos ipsi ne liberos facerēt: si verò probos negligerēt etiam alienos. Incōueniēs em̄ quidā & inscitū facere eos dicebat : si ciuitatem aduenis omnibus permittētes: neque dijudicātes fortunā eorū ne'q; si qui facti essent ex seruis liberi curā adhibētes eos qui apud se seruitutē deposuissent hac gratia indignos ducerent : sensu'que differre eos putarēt à cæteris: ne ea qui-

Purgationes militum.
Campus martius,
Lustrum
Censorū numerus.

Oratio.
Nota de fortunæ mutatione

dem quę ante pedes sita erāt,& vulgatissima cernētes,& duę essent etiam leuissimis clara quod magnę quidem curę dominus futurum erat. Ne tā facile aliquos manumitterent tanquā ipsis bonorū maxima in humano genere eis quibus hoc contingeret largientibus: quod'q; seruis futura maior esset prōptitudo vt morigeri essent dominis. Cum intelligerēt quod digni ipi libertate iudicati fœlicis statim & magnę vrbis ciues futuri essent: & vtra'que hæc à dominis bona ijdē habituri. Postremo aūt vtilitatis communis introduxit rationem ijs qui scirent in memoriam redigens & qui nescirent docens. Quod expetenti potentię ciuitati. Se'que magnis dignanti rebus, nihil ęque ac frequētia opus erat populi: vt ad omnia bella sufficeret. Suo ipsa vtens milite: nec in externos mercenarios'que exercitus rem absumēs: pecunijs exhauriretur: quā ob causam dedisse aiebat priores reges aduenis suis ciuitatis. Sique ipsi hanc legē sciscerēt. multā eis manumissor ascribundā esse iuuentutē. Neque vnquā egere vrbē posse viribus domesticis: sed habiturā vnde posset abunde, copias educere, etiam si bellū aduersus omnes homines gerere cogeretur: pręter'que publicā inquit vtilitatē. Priuatim etiā ditissimis romanorū magno futurum vsui: si permitteret libertinos contionis esse participes. Ab eis ipsi ferēdis suffragijs, atque alijs ciuilibus officijs gratā: in his rebus quarū maxime indigēt recepturi: atque eos qui ex libertinis clientes fierēt nepotibus relicturi. Hæc cū dixisset cōsensere patricij eā cōsuetudinē introduci & hucusque tanq̄ vnū quiddam sacrorū immobiliūq; virium perseuerat hoc in vrbe custoditū. Postq̄ igitur ad hāc partē narrationis veni necessariū videtur mihi percurrere quemadmodum se tunc haberet de seruis apud romanos cō

De seruis cōsuetudo

suetudo, ne aut regē conatum primū manumissos ciues facere: vt eos qui legem acceperint. criminetur aliquis tanquàm multa honestorū sine causa abijciētes. Contingebant enim romanis possessiones seruorū more iustissimo: aut ementibus eis publice sub hasta vēditos ex præda, aut concedente imperatore simul cū alijs emolumētis. Lancea quo'que captos qui cœpissent obtinere, Aut habētibus eisdem emptos ab alijs qui his modis quos dixi domini seruorum facti eos possiderent: nihil igitur pudore dignū: aut publici detrimēti causam. Neq; Tullius primus consuetudinē hanc instituens, neq; accipientes obseruātesque eā: in hoc esse existimabant si priuatis per bellum patria & libertate hominibus erga dominos probis factis: aut erga eos qui à dominis emissent vtra'que ea adesse oporteret per eos ipsos à quibus essent illi in seruitutē redacti. Potiebantur itaque libertate gratis plurimi ob ꝓbitatem, erat'que mos hic in dominis manumissionis pręclarus. Pauci verò aliqui prętio se redimentes. Ex pijs iustisque operationibus comparato: sed non hoc se nūc sic habet. Sed in tantam cōfusionem res venere & honesta romanę vrbis ignominiosa adeò facta sunt & sordida: vt alij quidem per rapinas & furta: fornicationesqúe & reliqua flagitia quæsitis pecunijs emant libertatem. Sint'que statim romani ciues, Alij vero conscij administrique dominis facti veneficij: & homicidiorū: & erga deos aut rēpublicā nefariorū tales ferunt ab ipsis remunerationes: alij autem vt de publico datū frumentum accipientes quotquot mēsibus & si qua alia fit à principibus benignitas in egenos ciues ferāt eis qui libertatē tradiderit. Scio autē ego quosdā concessisse seruis suis omnibus

esse post

esse post mortem suis liberis. Vti mortui ipsi vocentur boni. vtque multi elatū funus sequantur pileos gestātes in capitibus. in quibus pōpam ducebāt quidam. Vt audire à scientibus licet, ex ergastulis egressi nuper malefici: & qui perpetrassent innumeris digna mortib⁹: in has igitur spectātes maculas vix expurgabiles. Multi ęgre ferunt, dānantq; cōsuetudinem: tanquā non doceat vrbē principem: locisque oībus imperare postulātem, tales homines ciues facere. Haberet autem multas aliquis quo'que alias cōsuetudines quas criminari posset: pulchre à veteribus excogitatas: & nunc ab his in peius versas: ego verò legem hāc puto minime toledā esse: ne quod maius in rempublicā ex hoc erūpat malum. Corrigi tamen dico oportere eam quātum liceat: neque negligere opprobria maxima. Sordesque inexpurgabiles in rempublicā introduci: censores'que maxime dignos ducerem qui huic pti prouiderent, aut cōsules: magno eñ opus esset magistratu aliquo qui quotānis recēseret, qui nā essent: & quāobrē, & quo modo facti liberi: sicut equitum senatorum'que recensent vitas: & quos deinde dignos inuenirent ciuitate in tribus describerent: permittunt'que vrbem incolere: dirum autem & impurum genus ex ea eijcerent honestū nomē imponentes rei coloniā. Hęc igitur poscente materia visum est mihi necessarium: & iustum aduersus increpantes romanorū cōsuetudines dicere: Tullius itaque nō in his tm̄ administrationibus popularem se declarauit, in quib⁹ visus est natus potestatem patriciorumque principatum imminuere: sed in eis etiā in quib⁹ regium imperiū imminuit, dimidium adimens sibi ipse potestatis. Nam cum āte ipsum reges ęquum censerent ad se causas oēs expostulationesque adducere, & priuata simul, & publica suo more dijudicare: segregans ille à priuatis publica lesionum in rempublicam cognitiōi ipse pręsidebat priuatarum aūt priuatos constituit iudices, terminos eis & regula statuens legibus quas ipse conscripsit. Vbi verò præclarum ornatū res ciuiles assumpsere, incidit ei desiderium, vt illustre aliquid faciens æternam idem sui memoriā posteris relinqueret, intendensque cogitationem ad veterum regum, ciuilium'que virorum monumenta, ex quibus in nomen, gloriā'que processissent, neque propter Babylonis murum beatā duxit Assyriam illā fœminā, neque ppter piramides in Memphi beatos reges Aegyptios, neq; si qua alia demōstratio fuit diuitiarum: multarumque manuū viri principis alicuius: sed hęc omnia parua ducens: paucique temporis nec digna studio & aspectus ea omnia non vitę, rerum'que iuuamina ex quibus quodeos beati omnes qui cōstruunt sequuntur solos. Digna verò laude, digna'que ęmulatiōe putās sens⁹ opa: quo & fruunt plurimi: & in lōgissimum tempus pcipiunt ex eo cōmoda inter cętera talia opera maxime admirat⁹ est, cōplexusque Amphictyōis filij heleni excogitationē q infirmum videns & ab summi facile à circūstantibus barbaris gręcum genus: cōduxit ipse inuocatum ab eo amphictyonicū cōuentū & mercatum. Leges constituens pręter proprias cuiusq; vrbis alias cōmunes omnibus: quas amphictyonicas vocant: ex quibus illi amice magis inter se peragunt. Cognatione seruātes opere plusq̄ verbis. molesti ijdem barbaris atque terribiles, à quo sumētes exemplum etiam Iones hi qui ex europa in maritimā oram carię sedes transtulerūt, & dores qui vrbes circū ea loca condiderūt sumptibus publicis templa exstruxere.

Amphictyones.

Epitropi⁹ apollo.

Ephesi quidē iones dianę. Dores aūt in Epitropio Apolini: vbi couenietes ipsi sta tuto tempore cum vxoribus & filijs vna sacrificāt & cōmercātur certamina'q; peragunt equestria'que & aliarum exercitationum modulationum'que musica= rum: donāt'que deos donis de publico eorum oīm. Spectantesque & nundinātes aliasqúe conciliationes inuicem à se ipsi capientes: & si qua fuerit erga ciuitatem offensio: sedentes iudices discutiunt. De'que bello aduersus barbaros de'que con= sensu inter se communia habēt cōsilia. Hęc igitur, & his similia exempla sumēs prōptitudinem & ipse adhibuit ad cōfirmādas, cōiungendasqúe vrbes Latini ge neris, ne diffidētes hę inter se, bellumqúe gerentes à finitimis Barbaris libertate priuarenť. His aūt cognitis, principes ex vna qua'q; vrbe cōuocat, de magnis re bus, atque communibus dicens se eos consiliarios habere velle. Qui cum aduenis sent, senatum Romanum cōgregans, & eos, qui ex vrbibus cōuenerāt, orationē habuit concordię adhortatiuā, docens quā pulchrum esset, multas habere vrbes vna vtētes sententia, quā'q; turpe cōspectum habere cognatorū inter se diffidē= tium, causam'que virium imbecillibus esse consensum demonstrās, humilitatis qúe, & imbecillitatis etiā valētissimis inter se inuidiam: hęc eos docebat ęquum esse quidem Latinos imperare accolis, iusta'que constituere, vt qui græci essent gn̄is, Romanos vero Latinorū omniū suscipere patrocinium, tanq̄ magnitudine vrbis præcellentes, & rerum mole, atque diuina prouidentia potiores eis iudica= tos, ob quam ipsi in tantā processerint illustrationem. Hæc etiam percurrens, cō sulebat eis, vti templum inuiolabile cōmuni sumptu Romę ędificarent, in quo cō uenientes vrbes quotānis sacrificarēt & proprias, & cōmunes hostias, ducerēt'q; statutis tēporibus nūdinas, & si qua facta inter ipsas esset offensio, per hęc sacra dissoluerent, permittentes quę'que cęteris vrbibus dissolutionem expostulatio= num suarum. Hęc ille differens, & quot alia habituri esent bona constituto con cilio, persuasit omnibus qui in consessu aderant, postea'que ex pecunijs, quas con tulerūt vrbes hę omnes, extruxit Dianæ fanum in maximo Romæ collium auen tino collocatum, leges'que conscripsit vrbibus inter se ad eam cœlebrationem, & nundinas, ac queādmodū perficerenť statuit, ac ne ista deleret vllū tēpus, basem erigens æream, in ea scripsit, & quę visa essent consessoribus, & quę essent parti= cipes conuentus vrbes. Permansit autem basis ipsa vsque ad ætatem meā in de= lubro Dianę sita, figuras habens literarum Græcarum, quibus vetus vtebatur Grę cia. Quod & ipsum haberet aliquis non paruę cōiecturę loco, quòd nequaquam Barbari fuerint ij, qui Romā condidere. Non. n. græcis vtuntur litteris barbari. Ciuiles igitur huius regis actiones simul cū alijs multis minoribus, & obscuriori bus hę maximę, illustrissimæ'que traduntur. Bellicæ verò aduersus vnam Etru scam gentem, de quibus quidem nunc sum dicturus. Post Tarquinij mortem vr bes, quæ ei principatū tradiderant, nō amplius cōuenti stare voluerant, haùd di= gnantes parere Tullio humili viro, illud etiam existimantes, factionem patricio= rum aduersus principem magnā sibi exhibituram commoditatem. Initium aūt defectionis fuere ij, qui Veientes vocantur, respōdentes legatis Tullij, nihil pror sus sibi esse cū eo rei, nec ex cōcessione principatus, nec de amicitię, societatisqúe pactiōe. Incipiētib⁹ q̄ istis, secuti sunt Cęretes, & Tarquinij, ac postremo in armis erat

Oratio.

Nota.

Tēplum Dianæ in auentino

Lrę priscę

Cōditores vrbis.

erat omnis Etruria, durauit'q; hoc bellũ annos viginti cõtinuos,incursus multos facientib⁹ vtrisq́ue magnis exercitibus in alienũ agrũ,aciesq́ue alias super alijs stantentibus. Pugnis autem vincens om̃ibus Tullius, quæcun'que aduersus eum cõstitere,siue ex vxoribus singulis,siue ex vniuersa gente ea,tribusq; ornatus triũphis illustrissimis, tandẽ coegit eos, qui dominari à se non dignarentur, frenum sponte suscipere. Vigesimo igitur anno cõuenientes iterum vrbes duodecim per bellum exaustæ, coporibusq́ue, & pecunijs in ea fuere sententia, vt principatum Romanis traderent ijs quibus antea condictiõibus, aderãt'que ex ciuitate tota ij, qui suffragijs prelati erant supplices, permittentes vrbes Tullio, nihilque de se eũ intolerabile consulere postulantes. Tullius autem imprudẽtię quidem eorũ causa,& illicitorum in deos, quibus sponsoribus pactionũ, trangressi erãt conuenta, multis eos,magnisq́ue dignos esse ait poenis, Romanorum autẽ clemẽtiæ, moderationisq́ue gratia quandoquidem cognoscentes se ipsi iniuste agere, vellati infulis supplices deprecabantur irã haud vlla dignos in præsentia infœlicitate. His dictis dissoluit bellum, cęteris quidem vrbibus sine poena, sinéque irę memoria reddens rei suæ publicæ administrationem, sicut prius, permittensq́ue propria possidere manentibus eis in conuentionibus à Tarquinio conscriptis. Tres verò ex his ciuitates,quę prius insurrexerãt, induxerãt'que alias ad inferẽdum Romanis bellum,Ceretanos, Tarquinios, Veientes ablatione regionis mulctans,quàm deinde eis diuisit, qui nuper in rẽpublicam Romanorũ venerãt,hisq́ue pace,belloq́ue gestis,ac duobus extructis templis fortunę,qua per omne vitę tempus visus erat vti prospera, altero in foro Boario, altero'que ad ripas Tyberis ei, quã virilẽ appellauit,sicut & nunc à Romanis dicitur. Iam in multum prouectus ętatis,nec à morte per naturam procùl ex insidijs Tarquinij generi, filiæque suæ moritur. Narrabo autem etiã insidiarum modũ,pauca eorum, quę ante fuerãt, repetens. Erant duę Tullio filię ex vxore Tarquinia, quã ei coniugem rex dederat Tarquinius. Has puellas iam nubiles despondit fratribus matris earum, nepotibusq́ue Tarquinij,maiori natu congrue maiorem copulãs, iuniorique iuniorẽ hoc modo putans viris eas magis cõuenire. Euenit aũt vtrique genero sortito esse diuersis moribus vxorẽ, Lucio quidem seniori, audacique,& cõtumaci, atq; natura tyrãnico vxorem frugi,& continentẽ,& amantẽ patris: Arunti verò iuniori miti ipsi, ęquique ingenij viro impiã,& perosam patris, audacissimã'que: contigit'q; vtrique eorum ex sua natura ferri,traducique in cõtrariũ ab vxore. Prauus em̃ ad eijciendum regno socerũ promptus, omnia'que ad id machinans, ab vxore retinebatur,consulente contraria,ac flente. Clemens verò nihil oportere existimãs delinqui in socerum, sed expectari, donec ei vitæ finẽ natura afferret, neque fratrẽ sinens iniusta agere,ab vxore impia traducebatur,in aduersum admonẽte,increpante, & ignauiam exprobrante. Vbi vero profecere nihil neque probę mulieris preces iniusto viro optima suadentis,neque improbę admonitiões aduocãtis virum,haud malum ad impias actiones,sed in naturam vterque suã ferebatur sibique molestam ducebat, quæ similia nollet, vxorem, Alteri earum flere, & fatum suum ferre, abunde erat, Alteri vero audacissime seuire,& quærere, vt à viro esset libera. At'que vbi natura improba mulier amens facta, & existimans suis

Templa fortunę ꝑ spę ex fortunę virilis.

Tullius moritur.

Tulliæ oratio.

moribus conuenire maxime,sororis viruma ccersit,tanquàm eum de re necessaria allocutura. Qui vbi astitit, cæteris abire iussis, vt loqueret sola cũ solo. Licet ne,inquit,Tarquini mihi libere,sineque periculo dicere, quæ sentio de commodis communibus? continebisque sermonẽ quem audies? An mihi melius est silere, nec effere arcana consilia. Iubente autẽ Tarquinio,quæ vellet,dicere, de'que cõtinẽdo in se sermonẽ pollicente,fide data cum iuramento,quale ipsa voluerat,abiecto omni pudore sic eum alloquitur. Quod ad tẽpus, inquit, Tarquini priuatus regno cogitas istud pati, vtrum ne te ex humilibus, & obscuris ortus es maioribus, & idcirco indignum censes, sentire de te magnificæ. Atqui sciunt omnes, vt priscis progenitoribus nostris, Græci generis qui essent, & ab Hercule ducentes originem, imperare contigerit infelici vrbe Corintho dictario(vt audio)magistratu ætates multas. Auo verò tuo Tarquinio ex Etruscis demigranti huius vrbis potiri regno propter virtutem licuit,cuius quidẽ tibi hæreditas, non pecuniarum modo, sed regni etiã debetur, qui sis nepotum senior. An tu forsan sortitus es corpus ad agenda ea, quæ regem conuenit, minus idoneum per imbecillitatẽ, & deformitatem? sed & robur tibi abunde, quale viris generosæ indolis, & forma adest regio digna genere. Et horum quidem neutrũ tibi deest? Infirma verò ætas,multum'que à sapiendo distans quæ opus est,te retrahit,ob eam'que minus tractare audes ciuilia, qui nõ multum abes, quin sis quinquagenarius? Atqui pulchre sapere hominibus inatũ est,præcipue ijs qui circum illã sint ætatẽ. An eius, qui res obtinet, nobilitas obseruantia'que eiusdem erga præclaros ciues,ob quàm haùd facile sit captabilis, te omnia pati cogit? At sunt ista vtra'que in eo male se habentia. quòd nec tu ignoras. Inest deinde tuis moribus audacia, periculorũ'q; contemptus,quibus maxime opus est regnaturo. Adest tibi diuitiarum satis,& amici multi,sunt'que aliæ ad res gerendas facultates multæqúe, & magnæ. Ad quid igit̃ differs vlterius,& expectas tp̃s, vt veniat tibi vltro regnũ, nihil in hoc afferenti moliminis,vt tandem regnes post Tullij mortem: quasi expectante fortuna dilationes hominum,aut natura,cuique nostrum pro ætatis modo mortes afferente,ac non in incerto,vixqúe opinabili fine positis humanis omnibus. Dicam enĩ licenter,etiam si me dicturus sis temerariã, quæ causa sit,vt nihil appetas aut honoris,aut gloriæ. Viuit tecum haùd similis moribus tuis vxor, quæ te blanditijs pelliciens,& deliniens molẽ reddidit. Per eam latebis,ex homine redactus in nihilum. Mihi quidẽ adest trepidus maritus,& nihil viri hñs,qui me magnis rebus dignam humilẽ facit,& à quo maceror,corporis pulchritudinẽ prius sortita. Quod si illud contigisset,vt & tu me vxorem cœpisses,& te ego viro potita essem,non in priuata vita tempus tantum vtique vixissemus. Et cur igitur non corrigimus fortunæ defectum? permutantes matrimonia,tu'que vita vxorem liberans? ego idem de viro faciens. Quando aũt his digestis vna conueniemus,tute ipsi iam de reliquis consultabimus,semotis eis,quæ nos impediunt. Nã si in cæteris veretur aliquis iniuste agere,haùd repræhensibile est regnandi causa audere omnia. Talia dicente Tullia,læte accipit cõdictiones Tarquinius,dans'q; ei fidem quamprimum,ac capiens impiarum nuptiarum primitias, trãsigens'q; abit:neque multo post ijsdẽ morbis senior filiarum Tullij,iunior'q; Tarquiniorũ obeunt.

Vide scel⁹

obeunt. Cogor autem hic iterum Fabij meminisse, & incuriam eius circa discussionem temporum arguere. Nam Aruntis morti insistens non in vno tantum peccat (quod prius dixi) scribens eum Tarquinij fuisse filium, sed in altero quoque sepultum eum dicens à matre Tanaquillide, quam ipsam quidem absurdum est ad illa superfuisse tempora. Demonstratũ enim est, annũ eam supra quintũ, & septuagesimũ natã cũ obijt Tarquinius, additis his quinq;, & septuaginta ãnis. Alteris quadraginta. Nã in annalium descriptionibus circiter annũ quadragesimũ imperij Tullij mortuũ Aruntẽ accepimus. Centũ fiet annorũ, & quindecim Tanaquillis: adeò paucũ est ei in historijs ad inquisitionem veritatis laboriosum.

Post hoc aũt opus nihil cunctatus Tarquinius, vxorem abduxit Tulliam, neque patre eius firmante matrimoniũ, neq; matre cõprobãte: sed exhibentẽ se ipsam accipiẽs. Vbi verò cõmixtę sunt impię, homicidialesq; naturę, eijcere principatu Tullium, nisi vltro vellet cedere, machinabãtur, sodalitates comparantes, & ex patricijs, quicun'que aio alieno essent à rege, & decreta popularia aduocantes, & ex plebe egentissimos, quibus nulla æqui boni esset cura, ementes pecunijs nec tamen obscure ipsi quicq̃ horum peragentes. Quæ vidẽs Tullius, dolebat quidem, de se etiam sollicitus, ne quid præuentus pateretur. Angebatur autem non parum, si cum filia, & genero bellum gerere, dé que eis, vt de inimicis, supplíciũ sumere cogeretur: atque sæpius cum amicis aduocans in sermones Tarquiniũ, aliqua'que eius repræhendens, aliorum admonens, alia'que ipsi suadens, ne quid in se peccaret, postquàm sibi ille mentem non adhibebat, sed in consilio se aiebat iusta dicturum. Conuocato senatu Patres, inquit, Tarquinius, sodalitates congregãs, enitensq́ue me imperio eijcere, palàm cognitus est mihi. Volo autem, vobis omnibus prẹsentibus, ab eo discere, quid priuatim is mali passus, aut in quo à me ciuitatem lẹsam videns ipse ista machinatur. Iam'que Tarquini responde, nihil occulens, cuius rei me accusandum censeas, quandoquidem tu hos audire postulas. Dicit'q; ei Tarquinius atqui breuis sermo Tulli pro me est & iustus. Ac ꝓpterea eligi ipsum coram his efferre: auus meus Tarquinius possedit romanorũ ĩperiũ, multa, magna'que pro eo sustinẽs discrimina. Ego autẽ vita functo, ego sum successor ex communibus omniũ Græcorũq;, & Barbarorũ legibus mẽq; cõueniẽs est, sicut alios succedẽtes, à viris bonis nõ solũ pecuniarum, sed imperij quo'que eius hæredẽ esse. Sed tu quidẽ mihi pecunias ab eo relictas tradẽs regno ipso me fraudas, tãq; diu obtines, ne ipsum quidẽ assumas iure. Neq; enim te interrex designauit, neque de te decreuit senatus, neq; comitijs legitimis ista potestate potitus es, sicut auus meus, & cæteri ante eum reges: sed sine laribus, & egenã, & quæ ob dãnationes, & es alienũ decus amiserat gentẽ, cui nulla erat respublica largitione emens, omnique corrumpens modo, ac ne tũc quidem te tibi quęrere principatũ dicẽs, sed nobis eũ custodire simulãs & orbis infantibus ad res gerendas trãsgressus es, omnibusq; audientibus professus es, vbi nos viri facti essemus, te mihi seniori imperium esse traditurum. Oportuit igitur, si iusta agere voluisses, te mihi cum aui domũ simul cũ pecunijs tradidisti, etiã imperiũ reddere, exẽplis vsum ẹquorũ virorũ, atq; bonorũ tutorũ opib⁹, q pueros regios suscipiẽtes orbos, adultis ipsis eis recte, iusteq; patria, & auita tradiderũt imperia. Quod sibi tibi valere

Nuptiæ tragicæ.

Tarquinij oratio.

ſenſu nondum ſatis videbar, nec eſſe adhuc ob iuuentutem ad vrbem tantam gubernandam idoneus, vbi ego in præcipuum perueni corporis, animique robur, Annos triginta natus, te mihi oportuit ſimul cum filiæ matrimonio, etiam ciuitatis negotia in manus tradere. Iſta enim ætate & tu domum noſtram adminiſtrare, & regni curam cœpiſti agere. Erat enim euenturum hęc agenti tibi: primum quidem, vti pius, iuſtuſq́ue dicereris: deindéque mihi conſulens honoris eſſes omnis particípes, beneficũ, & patrem, conſeruatorem'que te dici audiens, atque omnibus appellari nominibus, quæcun'que honoratiſſima ab hominibus in pulchris rebus apponuntur. Ac non quartum iam, & quadrageſimum annum debuiſti me meis fraudare, neque corporis potitum trunci, neque mentem ſortitum fatuam. At verò interrogare audes, quidnam ego paſſus graue inimicum te ducam, & qua cauſa te accuſem. Sed tu mihi ita reſponde Tulli, cuius rei gratia haùd dignaris me honorum aui hæredem eſſe, & quam cauſam priuationis huius honeſtam inuenire te ſimulas. An quòd me non ex illius genere legitimum exiſtimas, ſed ſubditicium quendam, & nothum. Sed cur tu igitur educaſti me tutor, alieni qui eſſem generis: domum etiam viro facto reddens. An me orbum putans puerum, nec ad publica adminiſtranda validum, qui non multũ à quinquageſimo abſim ætatis anno. Abijce igitur diſſimulationem impudẽtiſſimarum interrogationum, & iam deſine aliquando malus eſſe. Quod ſi quid habes iuſti, ad hæc quod reſpondeas, paratus æquidem ſum, iudicibus his permittere, quibus viros meliores non habes in vrbe alios, quos iam nominare poſſis. Sin autem vitans hos, vt ſemper conſueuiſti, ad conductam, & obnoxiam tibi turbam confugias, id ego minime permittam tibi. Paratus enim ſum iuſta dicere, & ſi tibi non perſuadeam, violenta agere. ❧ Deſinẽte aũt Tarquinio incipiens orationem Tullius. Omnia, inquit, patres opus eſt, vt videtur, eum, qui ſit homo, inopinata expectare, nihil'que abſurdum ducere. Quandoquidem Tarquinius hic etiam ad priuandum me imperio paratus eſt, quem quidem ego infantem ſuſcipiens, & inſidijs petitum ab hoſtibus ſeruaui, & educaui, ac virum factum mihi generum capere ſum dignatus, &, ſi quid mihi humanitus accidiſſet, ſucceſſorem meorum omnium relicturus fui. Sed poſtquàm mihi præter ſententiam contraria omnia euenere, &, vt iniuſtus, ipſe inſimulor, fortunam meam poſtea deplorans, nunc quidem ei iuxta reſpondebo. Ego tutelam Tarquini, infantium veſtrum relictorum, haùd equidem volens ſuſcepi, ſed coactus rebus ipſis. Poſteaquàm auum veſtrum hi, qui ius ſibi regni vendicabant, palam occiderunt, vobiſque, & cognatis eius alijs omnibus inſidias clàm tẽdere dicebantur. Id'que veſtri fatentur omnes, quòd obtinentes illi imperium, ne ſemen quidem relicturi erãt Tarquini generis. Curator aũt aut cuſtos veſtri nemo erat præter fœminã, patris veſtri matrẽ, & ipſam quidẽ defenſoribus, ob ſenectutẽ, alijs indigentem: ſed in me ſolo relinquebatur cuſtodia deſertę domus, quem tu nunc alienum, & ad quem nihil pertineat vocas. His tamen ego rebus præſidens, ſum aui veſtri interfectores vltus, & in viros vos eduxi, ac virili ſtirpe nulla mihi exiſtente, vos facere meorum dominos inſtitui. Habes igitur iam tutellæ rationem Tarquini, neque conaberis dicere, me in his aliquid eſſe mentitum. De regno verò

T. oratio.

gno verò, quando istud est id, cuius tu me nunc accusas, audi etiam, & quemadmodũ eo sim potitus, & quas ob causas nec eo vobis, neq; alijs vlli cędo. Postq̃ vrbis suscepi curam, sentiens ipse insidias aduersus me quasdam strui, volebam equidem populo res tradere, atque omnes in contionem aduocans imperiũ eis reddere, hunc quidem inuidiosum, & plus anxietatis habentem, quã iocunditatis ducatũ quiete tuta mutare volens. Haud verò passi sunt Romani hæc me volentem agere, neque alium dignati sunt quemquã reipublicę designare dominum: sed me ipsi detinentes, ferentesq́ue suffragia regnum mihi tradiderunt, suã ipsorum Tarquini possessionem, non vestrã: sicut auũ quo'q; vestrum ad res gerendas eduxerũt hospitem, neque vlla affinitate superiorẽ regẽ attingentẽ, q̃uis filios Martius rex reliquisset adolescentes, nec nepotes, aut infantes vti vos Tarquinius. Quid si cõmunis omnium lex fuisset, vt qui natura succederent decedẽtium regum pecunijs, cum eis etiam regnum susciperent, non vtique suscepisset auus vester Tarquinius Anco mortuo principatum: sed senior filiorũ eius. Cęterum Romanus populus non vtique successorem patris, sed imperio dignum ad res administrandas aduocauit. Putauit enim pecunias possessorum esse, regnum verò eorum potius, qui tradidissent: & has quidem, si quid accidat earum dominis, genere proximos, aut testamento succedentes. capere ęquum esse: illud verò deficientibus his, qui acceperunt, ad eos, qui dederint, redire: nisi talem tu rationem afferre possis, quòd certa ea condictione regnum auus vester acceperit, vt & ipse haberet irreuocabile, & vobis posteris relinqueret, neque dominus fuerit populus auferendi vobis, dandique mihi regni. Si enim aliquid tale habes, quòd possis dicere, cur nõ profers pactiones in medium, sed habes nihil. Quod si ego, vt tu dicis, non more optimo potitus sum regno, nec electus ab interrege ne'que dante senatu mihi hanc potestatem, neque cæteris peractis ex lege, hos si sic est, ledo, non te, ab hisq́ue priuari regno dignus sum, nõ abs te. Sed nec hos ego, neq; aliũ quẽquã ledo. Testis enĩ & tunc datę mihi iuste, & nunc permanentis potestatis est tẽpus, per quod quidẽ quadraginta annos nemo vnquã Romanorũ nec iniuste agere me existimauit, neq; eijcere conatus est imperio, neq; populus, neq; senatus. Sed vt hæc omittã, rationibusq; tuis respondeã, si te aui deposito fraudaui, pręterque oĩa inter homines iusta regnum tuum obtineo, oportuit te apud eos, qui hanc mihi potestatem dedere, conqueri, meq́ue accusare quòd ea, quę nõ ad me pertinent, obtineo, & eos quo'q;, qui dederint, quia mihi largiti sint aliena. Facile enĩ persuasisses eis, si quid iusti dicendum habuisses. Quod si huic nõ fidebas rationi, sed iniuste à me vrbẽ dominari existimabas, teq; ipm magis idoneũ, qui reipublicę curam susciperes, te ista facere cõueniebat inquirentẽ delicta mea, & res tuas gestas enumerantem, me in iudiciũ vocare. Quorũ neutrum effecisti, sed post tantum tempus, velut è longa experrectus æbrietate, nunc ad accusandum venis, ac ne nunc quidem, vbi opus est. Non enim tibi ista dicere hic conuenit. Neque mihi succenseatis patres hæc dicenti. Non enim auferens cognitionem à vobis, sed calumniam istius demonstrare volens hæc dico, quem prædixisse oportebat, vt populũ in cõtionẽ aduocantẽ: ibiq; me accusantẽ. Verùm quãdo tu istud fugisti, ego pro te id faciã, cõuocatoq; populo, ipm exhibebo iudi-

cem eorum,quorũ tu me accusas,reddãque ei iterũ hanc cognitionem,vter nostrum sit ad imperium magis opportunus: & quod omnes hi dicernent mihi esse agendum, faciam. Ac ad ista quidẽ satis. Par est ei iuxta multa ad impudentes aduersarios, & pauca dicere. Nam quod eis bonis esse suadet: non solent sermones afferre. Vos autem patres sanè miror, si qui sint vestrum, qui me regno demigrare velint, & cum isto in me conspirent. Libenter enim ex eis audire, cuius rei iniustę causa mecum ipsi bellum gerant, & ob quod denique meorum operũ mihi sint infensi: vtrum, quia multos sciant in principatu meo indicta causa perditos, aut priuatos esse patria, resve suas amisisse, aut aliqua potitos sciãt esse alia calamitate, improbe damnatos eos. Harum verò tyrannicarum iniuriarum nihil habent, quod à me factum dicant, nec sunt mihi aliquarum in nuptas contumeliarum conscij, aut vituperij in virgines, aut alicuius alterius in corpus liberum intemperantiæ iniustæ. Qua in re si mihi peccatum esset, imperio simul & anima priuandum me esse ducerem. At superbus sum, & ob imanitatem quãdam odiosus, propter'que arrogantiam, qua in principatum vtor, nemo ferre me potest. Et quis verò pręcedẽtium regum tam moderatus in potestate fuit, tanque humanus idem ciuibus omnibus apparuit, tanquam pater mitis filijs suis vtens, vt qui etiam potestatem eam, quam vos mihi dedistis, patrum custodientes vos susceptiones, habere omnem noluerim: sed leges statuens de rebus præcipuis, quas vos omnes confirmastis, concessi vobis secundum eas iusta dare, & accipere. Ego'que me exinaniui, primus eis, quę in alios statueram, sicuti priuatus, parens. Ac ne iniuriarum quidem omniũ iudex fui, sed priuatas cognoscẽdas ipse vobis dedi. Quod nullus antea superiorũ regũ fecit. Sed iniuriũ nihil à me factũ videtur, vnde mihi infensi sint aliqui. Bñficia verò mea in popularẽ multitudinẽ immerito vos offendũt, de quib⁹ sępe excusaui me vobis. Sed quid op⁹ est nunc his sermonib⁹. Si vobis melior ad rẽpublicã administrandã Tarquinius videtur iste res suscipiẽs, haùd equidẽ inuideo ciuitati meliorẽ ducẽ. Reddito eñ impio ei, qui mihi dedit, populo, ipse priuatus fact⁹, conabor ostendere & quã pulchre imperare scio, & subesse moderate possum. Hęc cũ dixisset, & in multũ adduxisset pudorẽ cõspirãtes in se, cõsilium dissoluit, postea'q; pręcones aduocãs, iussit eos per cõpita eũtes populum omnẽ in contionẽ cõuocare. Cõcurrẽte verò in forũ ab omni parte vrbis turba, progressus ipse sup pulpitũ, longãq;, & cõmiserandã orationẽ habuit, actiones ciuiles enumerãs, quas & Tarquinio viuo peregerat, & quas post mortẽ eius. Vnũquod'que gestorũ colligẽs, ex quibus multas, magnasque cõmoditates respublica habuisse videbatur. Secuta aũt ad vnũquod'q; narratorum istorũ multa laudatione, cupiẽtibusq; om̃ibus discere, quarũ rerũ causa hęc diceret, ad extremũ ait obijcere ei Tarquiniũ, quòd haùd iuste obtineret regnũ, ipm quidẽ ad se pertinẽs. Reliquisse eñ sibi morientẽ auũ Tarquiniũ, simul cum pecunijs imperium. Neq; dominum esse populum dandi alteri alienigenę. Clamore autẽ exorto ex his, & indignatione omnium, silere eos iubens Tullius, postulabat, ne ægre ferrent hunc sermonem, neue indignarẽtur, sed, si quid iusti haberet Tarquinius, quod diceret, ipsum aduocarent, & edocti si iniuriam accepisse eum inuenirent, sique ad imperandum potiorem, principatum ei darent.

Ipse autem se imperio abdicare dixit,dominis'q; reddere,qui id sibi tradidissent. Hæc cum dixisset,vellet'que pulpito descẽdere,clamor vndiq; exortus est, preces'q; cum vlulatibus,ne cuiq̃ imperio cederet. Quidam etiã ex eis Tarquinium feriendum cõclamabant. Ille igitur impetum manuũ timens,qui iam ei immine bat à turba,discessit,fugiens simul cum amicis. Tullium autẽ multitudo omnis cũm gaudio,plausu'que,& fauore comitata, eũ vsque in domũ propriã reduxit. Vbi vero hoc conatu excidit Tarquinius,mœrens nihil sibi auxilij affuisse à senatu,cui maxime fidebat,tẽpus quoddam se domi continuit,cum amicis solis loquens. Deinde aũt suadente vxore,ne amplius mollitiei se traderet, neue vereretur,sed abiectis rationibus ad opera se accingeret,recõciliationes primũ cum Tullio per amicos inueniens,vt sibi ille credens,tanq̃ amico facto:minus eum suspectum haberet. Cum visa esset vxor optima proposuisse,pœnitere se gestorũ simulauit,multisq́ue precibus per amicos Tulliũ deliniens, ignosci sibi postulabat. Facillime persuaso eo,cũ natura conciliabili,tũ haud dignante execrabile bellũ cum filia,genero'q; gerere,vbi tẽpus nactus est idoneũ,disperso per agros populo ad perceptionẽ fructuum exijt cum amicis,habẽtibus sub amictu gladios, secures tradens ministris quibusdã,vestẽ'que ipse assumens regiam,& cætera adducens imperij insignia,atque in forũ pergens,antéque curiam cõsistens,per prçco nẽ citari iussit in cõciliũ senatores. Erant aũt ex cõposito præparati apud forum rei ipsius cõscij,atq; properãtes ex patricijs cõplures quidẽ cõuenerãt. Tullio autem domi cõmorãti dicit quidã ad eum ingrediẽs,processisse in veste regia Tarquiniũ. aduocaréque in senatum patres. Ille autem admiratus audaciam eius, celerius ex ædibus,q̃ prudentius egreditur,habens circum se permultos,atque in senatum veniens, vidensq́ue Tarquinium in regia sedentem sella,reliquũ'que habentẽ regium ornatum omnẽ. Quis tibi,inquit,sceleſtissime hominũ hunc habitum permisit sumere. Respondens'que ille. Audacia,inquit,& tua impudẽtia Tulli,qui ne liber quidẽ,sed seruus,ex serua natus,quã ex captiuis sumptã auus meus possedit, te ipsum ausus es Romanorum creare regẽ. Vbi verò hæc audiuit Tullius, excandescens ex hoc sermone,prçter vtilitatem,impetu ad illum fertur,vt depulsurus è sede. Quod iucunde videns Tarquinius,exiliuit,senẽq́ue corripiens clamantem,aduocantẽ'que ministros,efferebat. Et vbi extrã senatum fuit,sublime,eum attollens,corpore robusto ipse,& validus, deiecit secundum crepidines curiæ,quç in contionarium ferunt. Vix autem ex eo casu resurgens senex,vt plena circum vidit omnia auxiliorum Tarquinij,amicorum'que suorum multã solitudinem,abibat anxius,tenentibus,commitantibusq́ue eum paucis, multo quidem perfusus sanguine,séque totum ex ruina illa male habens. Post hæc auditu fœda, dictu'que mira,incredibilia'que,traduntur impiç filiæ eius opera. Audiẽs enim patris in senatum ingressum,curæq́ue habens scire,quem finem habituræ res essent,sedens ipsa in vehiculo in forum venit,& quæ facta essent discens,videns'que Tarquinium super gradibus astantem curiæ, prima ipsa magna voce regem eum salutauit, & dijs vouit, vt incommoda Romanæ vrbis imperium obtineret. Salutantibus autem ipsum quoque cæteris administris,vt regem, præhendens ipsa solum, dixit. Res pulchre peracta est Tarquini. Sed ha-

Vide tuliç scçlera & impietatẽ.

bere viuo Tullio te regnum haud sanè licet. Ductabit eñ popularis ipse rursus in te turbã,si vel paululum huius diei viuat. Scis eñ q̃ sit plebs ei omnis beniuola. Ante igitur,q̃ domũ intret,missis,qui interficiãt,tolle eum è medio. His dictis ascendẽs iterũ currũ abijt. Tarquinius aũt recte putãs monuisse vxorẽ impiam,ministros cũ gladijs ad eũ mittit,qui multa cũ celeritate supacto eo, quod intererat,spatio,iam domui ꝓpinquũ Tullium deprehẽdentes interficiũt. Proiecto aũt nuper occisi corpore adhuc palpitante, p̃sto affuit filia,& cũ valde esset arctũ cõpitum,ꝑ quod vehiculo transeundũ erat,vidẽtes stragem illã statim exturbatæ sunt mulæ,ducens'que eas auriga misericors quidẽ,& cõpatiens, ex hoc aspectu substitit,ad dominãq́ue respexit. Interrogãte vero illa, quã ob passionẽ suã mulas nõ ageret, An nõ vides,inquit, Tullia p̃rem tuũ iacentẽ mortuũ, neque aliũ esse trãsitũ mulis,nisi ꝑ hanc stragẽ. Illa aũt excãdescẽs,atq; scabellũ corripiẽs,quod subiacebat pedibus in aurigã illud iecit,dicẽs,an nõ duces ignauissime, etiã ꝑ mortuũ. Ille aut ex hoc affectu magis,q̃ ob plagam illã gemẽs,vi adigit ꝑ corpus mulas. Hinc vicus ille Cyprius prius vocatus,ex illo diro, scelesto'q; facinore à Romanis lingua patria vocat̃ Impius. Tali igitur obitu potit⁹ est Tulli⁹ annos regnans quadraginta. Eum virũ dicunt Romani primũ cõsuetudines patrias,ac iura mutasse capientẽ imperiũ,nõ à senatu,& populo,queadmodum superiores oẽs:sed à populo fallacijs tm̃,& largitione,alijs'que multis adulationib⁹ colentem inopes. Sic'que habet veritas. Nam antea moriente rege potestatẽ dabat populus cõsilio senatorũ eligendi,quẽ modum vellet reipublicæ administrãdæ. Senatus aũt interreges creabat,illique virum optimũ, siue ex finitimis, siue ex ciuibus,siue etiam ex hospitibus regem designabant:sique electum ab his approbasset senatus,tulisset'que populus suffragium,ac cõfirmarẽt auspicia,hic imperium suscipiebat. Deficiente verò horum aliquo alterum nominabat,ac deinde tertium,si secundo non obuenissent ab hominibus,à dijsq́ue reprehensibilia. Tullius autem tutoris primũ regij personã sumens(vt dictum est mihi supius) deinde humanitatibus quibusdam populum sibi peculiarẽ faciens,ab eo solo rex dictus est. Clemens verò, mitis'que ipse criminationes dissoluit obiectorum, quod non omnia ex legibus peregisset posterioribus operibus. Suspicionem autẽ multis prębuit,ꝙ nisi cito occisus esset,mutasset formam reipublicę in popularẽ statum:hacq́ue ei causa præcipue patricios dicunt quosdã esse insidiatos,nequeũtes ipsos aliter potestatẽ eius euertere,ad res'que capescendas Tarquiniũ assumere,cõpararẽq; ei imperiũ,cũ vellent plebẽ,quæ nõ parũ sibi potentiæ arripuerat ex administratione Tullij,affligere,dignitatẽq́ue priorem ipsi recuperare. Tumultu aũt multo ꝑ vrbẽ orto,& vlulatibus ex morte Tullij,veritus Tarquinius, ne si ꝑ forũ mortuus efferret̃,vt Romanis cõsuetudo,regio cũ ornatu,& cęteris, quæcunq; in funeribus lex poscit,impetus in se aliquis plebis fieret,priusq̃ firmũ & stabile obtineret impiũ,nõ permisit ei aliquid legitimorũ honorũ fieri:verũ vxor eius,filia ipsa Tarquinij superioris regis, cum paucis amicorum per noctẽ corpus extulit, vt vulgaris alicuius,multum'que deflens suam,illius'q; fortunam,dira'que omnia imprecans genero, & filiæ, corpus terra occuluit, abiens'que domum à tumulo,vnã'que diem postea superuiuens,nocte sequẽti moritur, quo

Vicus Cyprius.

quo mortis genere, ignoratum est à multis. Dicebant enim alij, despicientem ipsam vitam pre dolore sua manu concidisse. Alij verò, à genero, filia'que occisa, misericordiæ eius, beniuolentię'que in virũ suum causa. Funere igitur regio, monumento'que illustri ob has causas accidit minime potiri Tulliũ. Memoria verò eterna ex rebus gestis per omne tempus illum potiri licet. Declarauit autẽ numen, fuisse virũ hũc religiosum, & Deo carũ, id'que in alio etiã opere ex quo ea, quę de genitura eius dicta est mihi superius, fabulosa, incredibilisque opinio credita est à multis. In fortunę nãque templo, quod ipse construxit, statua eius posita, lignea, inaurataque orto incendio, cõcrematisque, & corruptis cęteris, sola permansit, nulla accepta per ignem labe. Ac nunc etiam templũ quidem, cęteraque in eo, quęcun'que sunt, in ornatum priorem post incendium restituta, nouæ artis clare apparent, statua verò qualis prius fuit prisco adornatu permanet, ea adhuc venerata à Romanis, Ac de Tullio hęc accepim⁹. Post eũ verò Luci⁹ Tarquinius principatum Romanorum suscepit, non ex legibus quidem eum, sed armis occupans, Anno quarto primę, & sexagesimę olympiadis, qua vicit in stadio Agatharchus, imperante athenis Heracleo, hicque plebis despiciens multitudinem, despiciensque patricios à quibus erat ad imperium productus, consuetudinesque, & leges, & ornatum gentilem omnẽ, quo priores reges vrbẽ decorãt, cõfundẽs, atque corrumpens, in confessam tyrãnidem principatum conuertit. Primũ quidem custodiam circum se statuens hominum ferocissimorum, indigenarũ'que, & aliorum, qui nocte circum regiam excubantes, ac per diem exeuntem illum sequentes quo'quo iret, multam ei ab insidiantibus securitatem exhibebant, qui nec ipse egressus cõtinuos, aut statutos, sed per raros, inopinatosque faciebat, dãs responsa de publicis domi plurimũ, & astantibus necessarijs suis: in foro parum, volẽtiun'que ad se ingredi neminem permittebat, nisi quẽ vocaretur ipse, adeuntibus se nequaq̃ benignus, aut mitis: sed vt tyrãnus grauis, & difficilis iracundia, terribilisque potius aspectu, quã alacer, cõtrouersiarum, sponsionum'que iudicia non ad iura, nec ad leges, sed ad mores suos referẽs, peragebat: propter'que hęc cognomen illi imposuere romani superbum. Significat aũt istud in lingua nostra hyperephanon, auũ'que eius vocabãt priscũ, vt nos diceremus progenesteron. Erat enim vtro'que nomine cognominis iuniori senior. Postquã autem iam esse validus opinatus est, ad obtinendum imperiũ, comparatis amicorum pessimis, per eos in criminationes adducebat, inque capitales causas multos illustres viros, primum quidem inimicos, qui regno Tullium excidere voluissent: deinde etiam ex cęteris quos suspicabatur ægre ferre mutationem regis, & quibus multę erãt opes. Hi igitur vocantes istos in iudiciũ, alios alijs falsis causis insimulantes, maxime autem quòd insidias regi statuerant, sub eodem iudice ipsos accusabãt. Ille autem morte alios, alios exilio mulctans, occisorum'que, & proscriptorum bona aufferens, partẽ quãdam paruam accusatoribus impartiebat, maiorem ipse capiebat. Erant igitur potentes multi antequã caperentur, ex indicibus quibusdam intelligẽtes, quorum causa eis insidiæ tenderentur, sponte Vrbem tyrãno relicturi, hique multo fuere plures, quam cæteri. Erant etiam qui occulte perderentur ab istis, & in domib⁹, & per agros correpti: viri mẽtione digni, quorum nec corpora

Statua.

Lucius Tarquinius

Mors tarquinij.

Superbus.

Supbi scelerata excogitatio vt ciues pderet.

quidē deinceps apparebāt. Postea verò, quā ab eo perdita est pars senatus pręclarior mortibus, exilijsq́ue perpetuis, senatum alium constituit, adducēs ipse ad honores deficientium amicos suos, nec huiusmodi tamē viris quicquā agere aut dicere, permittens quòd non ipse iussisset: ita, vt quicunque relicti erant in senatu, ex ijs, qui Tullio aduersabantur dissidentes à plebe, eo vsq́ue opinati mutatiōem reipublicę in rē suam fore (sic enim eis pollicitus erat Tarquinius decipiens, & dās verba) tunc dicentes, se nullius esse partis reipublicę participes, sed & ipsos simul cum plebe fiducia priuatos esse, deplorarent: suspicantes grauiora fore præsentibus, quę expectabātur. Complecti verò præsentia cogebātur, nō habētes vires, quibus inhibere possent, quę agebantur. Cernētes autē plebei ista, iusta ipsos pati opinabantur, gaudebant'que præ voluptate, tanquā graui solis illis tyrānide, nullo'que sibi periculo. Euenere tamē eis etiam haud multo post complura grauia. Nam & leges scriptas à Tullio, quibus ex æquo iusta inuicem capiebant, nec à patricijs, vt antea, in contractibus legebātur, omnes sustulit: ac ne tabulas quidem, in quibus hę scriptę erant, reliquit, sed ipsas quo'que è foro substulit, colationesq; tributorum ex censu diuertit, morē'que pristinum restituit, & cum ei opus esset pecunijs, parem summā cum locuplete pauperrimus regi cōferebat. Hicque modus administrationis magnā partē plebeię multitudinis absumpsit, eo cogēte statim ex prima collatione per capita drachmas denas vnū quēq; conferre, conuentus'que omēs, quicun'que prius fiebant, paganorū, aut curiarū, aut vicinorū, & in vrbe, & per agros. Ad id imolationesque, & sacrificia omnia publica ne amplius fierent, edixit, ne conuenientes in vnum multi arcana inter se consilia agitarēt de dissolutiōe imperij. Erant em̄ dipersi ei speculatores quidam, perscrutatores'que eorū, quę dicerētur, aut agerent, latētes quidem illi multi cōgredientesq́ue in sermonem cū proximis, & quādo'que de tyrāno ipsi obloquētes de vniuscuiusque sensu experimentū capiebant: & quos deinde sentiebant egre ferre pręsentia, ad tyrānum deferebant. Poenę autem in delatos amarę erant, & inexcusabiles: neq; tm̄ ei satis erat ista pręter legem in plebē agere, sed electi ex multitudine eorum, qui erant ei fidi, & ad bellicos vsus idonei, operari cogebat reliquos, quę ad vrbē opportuna essent, maximum putans esse principibus periculum, ciues pessimos & egentissimos ociosos esse. Simulque promptitudinem adhibuit in principatu suo, vt relicta ab auo opera perficeret, eductrices aquarū fossas, defodi ab eo ceptas, vt ad flumen vsq́ue deduceret, circo'que maximo nihil habenti, præter crepidines, foros adderet. Inque hæc omia operę erant pauperū, hique cibaria ab eo moderata accipiebant, alij cedentes materiam, alij plaustra, quibus hæc portabantur, ducentes, alijque super humeros ferētes onera, perscrutantesq́ue speluncas, alij subterraneas fossas, atq; cloacā maximā, receptaculū purgamētorum vrbis, & qui inessent, fornices laxātes, forosq́ue erigētes: & alij his, qui hęc agerēt, opificibus sumministrātes. Excusores, fabri, lapicidę à proprijs absistētes operibus, in publicos detinebātur vsus. In his igitur operibus exercitatus populus, nullam requiem capiebat, ita, vt & patricij horum mala cernentes aliqua ex parte gauderent, propriorum'que obliuiscerentur. Prohibere verò quę fierent neutri conabātur. Considerās aūt Tarquinius, quòd eis, qui nō ex legibus acciperēt, sed adepti essent

Priuatio ciuiū municipijs publicis.

ti essent armis principarus, nõ incolarum modo, sed etiam externorũ opus esse custodia, illustrissimũ Latinæ gentis virum, potentissimum'q; studuit amicũ facere, dans ei nuptui filiam. Vocabatur autem octauius Mamilius, referebat'q; genus suum in Telegonum Vlysse, & Circe filiũ: habitabat'que in vrbe Tusculo, videbatur'que inter paucos rerum ciuilium peritus, & ad exercitus ductandos, idoneus. Hunc virum igitur amicũ habens, & per ipsum maximos in vnaqua'que vrbe publica administratores sibi concilians, tunc quidem agressus est cãpestre tentare bellum exercitũ'que educere aduersus Sabinos, volentes ipsos iussis eius obtemperare, sed solutos se fœderibus putantes, ex quo Tullius obierat, cum quo icta erant fœdera. Hæc autem cogitãs per nuntios prædixit, vt in Ferentinorũ forum cõuenirent ex Latinis ij, qui de rebus publicis consueuerãt consessores, cõsiliarij que esse, diem ipse quandã statuens, tanquã de rebus cõmunibus, magnis-que cõsultaturus. Hique igitur aderãt. Tarquinius aũt ipse, qui eos euocauerat, tardauit. Vt autem multũ pręterijt sedẽtibus istis temporis, atque visum est pluribus, cõtumeliam hanc rem esse, vir quidã in vrbe Atricia habitans, potens operib⁹, & amicis, bello'que strenuus, nec ciuilis eloquẽtię imperitus Turnus Herdonius nomine, à Mamilio, ob ambitionẽ in administratione reip. diffidens, at'que Tarquinio propter Mamilium eundẽ infensus, quòd illum generũ potius, quã se dignatus esset accipere, in eum vehemẽter inuectus est cũ alia percurrens, accusans'que eius viri opera quibus quidem arrogantia quędã inesse, grauis que superbia videbatur: tũ hoc etiã, quòd non adesset ad conuentum ipse, qui euocaret, cũ alij adessent om̃es. Excusante autem Mamilio, & in necessarias quasdã causas referente Tarquinij cunctionẽ, postulantéque differri colloquiũ in diem posterũ, persuasi primores Latinorũ cõsilium distulere. Affuit'que ea die Tarquinius, atq; congregato consilio pauca quędã de cunctatione sua p̃fatus, verba statim de ducatu intulit, tanquã iure ad se pertinente: quãdoquidem auus suus Tarquinius ipsum obtinuisset, quęsitum bello, pactionesque exhibuit, quę vrbibus cum illo essent, multum'que sermonẽ de iure, déque fœderibus percurrens, & magna vrbibus emolumenta pollicitus, si in amicitia permanerent, ad extremũ suadebat eis, vti secũ aduersus gentem Sabinorũ militarent. Vbi verò dicẽdi fecit finẽ, assurgens Turnus, tarditatẽ'que eius criminatus, haud sinebat consessores principatu ei cedere, tanquam ipso neque iure ad eũ pertinẽte, neque etiã eo in vtilitatem Latinorum imperãte. Déque vtroque multũ sermonẽ habuit, fœdus quidẽ, quòd cum auo eius fecerãt, tradẽtes ei ducatũ, esse solutũ dicens post mortẽ eius, quia minime ascriptũ esset fœderibus, hoc idem fore etiã Tarquinij nepotib⁹ liberale munus. Eum quo'que, qui postularet hęres esse honorum aui, omnium hominũ iniquissimum, pessimũ'que demonstrat actiones eius enarrans, quas occupando Romanorum imperio peregerat: ac multas, grauesque percurrens in eum accusationes, ad extremũ docebat, quòd nec Romanorũ regnum habuisset ex legibus, à volentibusque acceptum, sicut superiores reges: sed armis, & vi corripiẽs, tyrãnicũ'que cõstituens dominatum, ciues quidem alios occiderat, alios patria expulerat, alios opibus spoliarat, vna eis autẽ om̃ibus fiduciam, libertatem abstulerat, magnęque fatuitatis dicebat, lesionisque deorũ esse, à paruis, impijsque moribus

Turnus.

boni aliquid, humani ve sperare, aut existimare eum, qui cognatis proximis, necessarijsque suis nõ pepercisset alienis ipsum esse parsurum. Ad extremum'que admonebat, esse eis, postquam nondum seruitutis frenum accepissent, de non suscipiendo eo dimicandum: coniectantibus quidẽ ex ijs, quę alij passi essent, quid tandem sibi patiendum foret. Tali vso discursu Turno, & his sermonibus admodum permotis multis, petens tempus Tarquinius ad defensionem, & diem secuturã accipiẽs, vbi dimissum est conciliũ, aduocatis necessarijs, speculabatur, quonam modo rebus vtendũ esset. Alij igitur sermones ei ad defensionẽ adhibẽdos subijciebãt, deq; modis, quib⁹ coli multitudinẽ oporteret, ratiocinabãtur. Ille verò nulli⁹ istorũ indigere res dicẽs, suã ipsius sentẽtiã ꝓtulit, haud esse quidẽ crimina diluenda sed accusatorem ipsum, criminatoremque tollendum. Laudantib⁹ aũt sentẽtiã ei⁹ oĩbus, cõstituẽs eis, quo modo eiusmodi ĩposturã aggrederẽt, quã Turn⁹ ipẽ minime vitatur⁹ esset, nec sui etiã aliqua ꝓuidẽtia dephensuri, ex agẽtib⁹ iumẽta famulis, portãtibusq; supellectilẽ Turni, quosdã ĩuenit pessimos, qb⁹ corruptis pecunia ꝑsuasit, vt nocte magnã vim gladiorũ accipiẽtes, in diuersoriũ domini inferrent, atque reponerent, abscondentes in diuerticulis, in'que vasiferis capsis. Die autem postero congregata contione, procedens ipse obiectorũ breuem esse defensionẽ dixit, iudiceq; eorum omnium accusatorẽ fecit. Hic eñ inquit, Turnus, ò cõsessores, horum omniũ, quorũ me nunc accusat iudex factus ipse me absoluit, cum filiam meam volebat vxorẽ capere, postea verò, quã non dignatus est cõnubio, vt æquũ fuit (& quis eñ mentẽ habẽs Mamiliũ generosissimũ & clarissimũ Latinorum extruderet, hunc'que generum dignaretur capere, qui ne tritauũ quidem habet, in quem gen⁹ suũ referat) Indignatus ex hoc is me nunc accusatum venit. Oportuit autem ipsum, si quidẽ me talẽ sciebat, qualem esse nunc insimulat, haud conari tunc socerũ me capere. Si verò probũ tunc existimabat, cum filiam meã petebat, non vt improbum nũc accusare, ac de me ipso quidem non plura. Vobis autem cõsessores periculum imminet maximum. Non eñ de me nunc est speculandum, vtrum probus sim, an improbus (licebit eñ hoc etiã vobis postea) sed de securitate vestra, deque patriæ cuiusque vestrũ libertate. Tendũtur nãq; primoribus vrbiũ, tractantibus'que publica insidię ab hoc Turno, viro populari, paratum'que est, vt interfectis vestrum illustrissimis: imponatur ipse Latinorum imperio, & ad hoc venit, hęc'que ego non coniectãs, sed certo sciẽs, dico ex indicio mihi allato, noctc præterita à participe quodã coniurationis. Certissimũ autem verborum meorũ argumẽtum vobis exhibebo, si voletis ad diuersorium eius ire, absconsa vobis in eo ostendens arma. Hęc vbi dixit, conclamarunt omnes, de se ipsi etiam solliciti, vt rem probaret, ac ne deciperet postulabãt: Turnusq́ue ipẽ, vt qui insidias minime pręsensisset, lętus, inquisitionem se dixit accipere: simul'que pręsidentes ad perscrutationẽ diuersarij aduocauit, fieriq; ait oportere alterum de duobus, aut ipsum mori, si parata inuenirentur apud se arma, preterquam itineraria, aut qui de se mẽtitus esset, parem subire pœnam. Sunt hęc approbata, & euntes domũ eius, depręhendunt reconditos à famulis gladios, Post hoc Turnum haud amplius emittere verbum sinẽtes, in voraginem quandam deijciunt, defodiẽtesq́ue sub terra viuum adhuc subito perdiderunt

Mors turni.

perdiderunt,atque laudatum Tarquinium in contione, vt cõmuniter de vrbibus benemeritum, seruantem ipsum viros optimos, ducem gentis eius eligunt iisdẽ iuribus,quibus antea auũ suũ Tarquiniũ elegerant,post'que eum Tullium,cõscribentesq́ue in basibus pactiones: ac de obseruatione compositorũ iusiurandũ dantes,dissoluere conuentũ. Potius autẽ Latinorũ ducatu Tarquinius,legationẽ etiã ad Hernicorum vrbes, Volscorum'que misit, illas quo'que in amicitiam societatem'que prouocaus,atque Hernici quidẽ oẽs societatẽ decreuere. Volscorũ verò gentis vrbes duę tantũ prouocationes recepere. Ecetrani, & Antiates. Vt autẽ tempus omne manerent, inita cũ vrbibus fœdera prouidentiã adhibens Tarquinius, designare tẽplum statuit, Romanisq́ue,& Latinis cõmune atque Hernicis,& Volscis:eis quidem, qui in societatẽ scripti erant,vt cõuenientes quocun'que anno in designatum locũ nũdinarẽt,ac de cõmunibus extis partẽ quique eorũ caperent. Grate autem suspicientibus rem oĩbus,locũ designauit,vbi cõuentũ facerent in medio maxime gentiũ earũ positũ montẽ celsum, qui Albanorum superstat vrbi, in quo nundinas quotannis agi, & inducias esse oĩbus erga oẽs lege statuit, sacrificia'que perfici cõmunia latiali ioui, epulas eidẽ quo'que statuens, quas exhibere oporteret ad sacrificia vnãquã'q; vrbem,& quã ꝑtem vnam quãq́ue accipere. Quæ verò participes erant huius solẽnitatis, & sacrificij vrbes fuere tribus, demptis quinquaginta. Has autẽ solẽnitates, & sacrificia Romani vsq; ad hęc nostra tꝑa perficiunt, Latinas eas vocãtes,ferunt'que in eas hę,quę participes sunt sacrorũ,vrbes alię agnas,alię caseos,alię lactis mensurã quandã,alięq́ue his simile aliquod molę genus. Vno autem tauro cõmuniter ab omnibus immolato,statutã partẽ vrbs quęq; accipit. Sacrificant enim pro omnibus,principatũ q́ue sacrorũ Romani habẽt. Postea verò,quam auxit his societatibus imperium, exercitum educere aduersus sabinos instituit:atq; eligens ex Romanis ipsis,quos minime suspicabatur, si potestas armorum fieret vendicaturos se in libertatem, at'que profectas à socijs vires suscipiens, multo maiores ciuilibus, populatus est sabinorum agros, & ijs, qui obuij fuerant,pugna victis,exercitum in Pometinos duxit, qui quidem vrbem incolebant suessam,felicissimique esse videbantur finitimorum omniũ, propter'que fortunę magnitudinẽ molesti omnibus,grauesq́ue erant accolæ. Obijciebat autem eis rapinas quasdam, & latrocinia, de quibus illi postulati, contumacia responsa dederant,erant'que parati ipsi,& in armis, ad suscipiendum bellum. Conferens autẽ cum eis manum Tarquinius circa confinia,multosque eorum interficiens, ac reliquos in fugam vertens, includensq́ue mœnibus, postquã amplius non exibant vrbe,castra firmans,fossam, vallum'q; circũduxit,incursus cræbros faciens aduersus muros ipsos. Repugnabãt primũ obsessi, diúq; multo labore restiterunt. Verùm vbi defecere eis cibaria,debilitati corporibus, ne'q; auxilium habẽtes aliquod, neq; auxilio requie potiẽtes: sed die, noctúq; miseri laborantes, per vim capiuntur. Habens igitur Tarquinius in potestate vrbem, eos, qui in armis erant occidit. Vxores aũt eorum,& filios,& qui captiui esse tolerauerant, famulorum'que multitudinem, numerari haud facilẽ, militibus abducendã dedit: resq́ue cęteras abducẽdas, & ferendas,si quis aliquid adeptus esset intra muros, siue in agris, permisit. Argentum aũt,& aurũ quantũ

Tarqnius dux Latinorum.

Confœderatio.

Iupiter latialis.

Suessa.

inuentum est congregans in vnum locum, decimã'que excipiens in cõstructionem tẽpli, militibus reliquas pecunias distribuit, tantusq́ue auri ac argenti capti numerus fuit, vt singulos milites quinas argenti minas accipere cõtigerit: & quę dijs decumata erat pecunia haud minus quadringentis talẽtis fuerit. Adhuc aũt cõmorante eo suessę, aduenit nuntians quidam, exisse validissimã sabinorum iuuentutem, & duobus exercitibus in Romanũ agrum irrumpẽtem, prędam ex agris agere, partẽ vnam prope Eretium iacto vallo circunqua'que, circunq; fidenas aliam: ac ni vis eis obuia fiat aliqua futurũ, vt ab ijs perderentur om̃ia. Vbi verò hæc audiuit Tarquinius, partẽ quandam paucã suessę relinquens exercitus iussam prędam, apparatumq; custodire: reliquun'que robur exercitus expeditũ assumens, aduersus eos, qui ad Eretũ castra habebãt, duxit posuit'que castra sublimia, paucũ quiddam loci mediũ inter se hostesque relinquens. Cum autẽ visum esset ducib⁹ sabinorum, vt die postero mane prœliũ cõmitterẽt, accersito altero, qui ad Fidenas considebat, exercitu, cognoscens mentem eorũ Tarquinius (Erat enim interceptus is, qui ferebat literas ab is ad illos) prudentia vsus est ad hunc casum fortuitum tali diuidens bifariam copias, alterã partẽ emittit noctu, clam hostibus, inferentem Fidenas viam: alterã verò simul, ac dies claruit, statuens in aciem, produxit ex vallo in pugnam. Atque sabini fidentes, ex aduerso exiuere, videntes ipsi hostes non multos, & alterum affuturũ exercitũ iamiã Fidenis existimantes: pugnarunt'que æquo Marte vtrique diu. Præmissi verò à Tarquinio per noctem conuersi ex via, & à tergo sabinis facti, interim superuenere. Quos videntes sabini, atque cognoscẽtes ex armis, & signis, excidere cõsilio, atq; abiectis armis, seruare se conabanť. Erat autẽ difficilis eis salus, multis vndique circundatis ab hostibus, imminẽtéque vndique, præcludẽtéque eos equitatu Romanorum, adeo, vt pauci quidam seruati sint, grauia omnia subeuntes. Plures autem sunt ab hostibus trucidati, aut se ipsi dedidere. Sed nec illi, qui in castris relictis erant, restitere. Sed est captum primo incursu vallum, vbi quidem simul cũ proprijs sabinorum opibus, etiam romanorũ omnia, cum multis captiuis adhuc integra seruata sunt. Vbi verò primum consilium Tarquinio ex sententia euenit, assumens copias, in eos duxit, qui ad Fidenas castra posuerant, quibus nondũ manifestum erat alterorum exitium. Accidit autem, vt illi quoque ex vallo ante egressi essent, ac iam in via, & vbi hostibus propinquarunt, viderunt'que ducũ suorum hastis suffixa capita. (Prætendebant enim ea Romani cõsternationis hostium causa. intelligentes res alterius exercitus perditas) nullum amplius ediderũt generosum facinus, sed supplices ad pręces versi, sese hostibus dediderũt. Sic turpiter, male'que afflictis duobus exercitibus, in spes angustas conclusi sabini, ac de vrbibus ne ex incursu caperentur solliciti, legatos misere de pace, tradentes se ipsi Tarquinio subiectos, deincepsq́ue tributarios. Componens igitur cum eis bellum Tarquinius, & eisdem condictionibus recipiens vrbes, suessam redijt, Illinc'que relictas copias, & prędam, alium'que apparatum assumens, Romam venit, locupletem adducens exercitum, egressusq́ue posteà sæpius in Volscorũ regionem, quando'que totis, quandoq́ue parte virium aliqua, multum'q; adducens prędę, cum iam ei plurima ex sententia successissent, bellum ei cõtigit à finitimis

Præda

Sabini expugnantur

sanè

sanè diuturnum. Annos autē septem cōtinuos bellatū est. Inque discrimina incidit grauia,& inopinata. Quib⁹ autē causis cœperit, & cui⁹ finis sit potitū (qn̄ quidē dolo,fraudéque,& inopinata solertia consummatū est) paucis dicā. Vrbs erat Latini generis,ab Albanis cōdita,cētū stadijs Roma distās,super via,qua Prę neste itur,Gabios hāc vocabāt. Nunc enim nō amplius habiteta est omnis:p̄ter quantā partē occupāt diuersoria, & caupone secūdū viā. Sed tunc quidē populosa,& si qua alia,magna erat. Coniectare sane posset aliquis magnitudinē eius, & dignationē,ruinas spectās ędiū in multis locis,& muri ambitū. Extant enī eius adhuc plurima. In hanc vrbē igit̄ Pomētinorū ex suessa quidā profugi,tūc cum eis Tarquinius vrbem abstulit,cōfluxerāt,& Romani exules plerique, ijque p̄cibus assiduis rogātes Gabinos,vt se vlciscerent̄,multaque pollicētes munera,si rediret aliqn̄ domū,demōstrātesque tyrāni euersionē possibilē,& facilē,tā q̄ eis,q in vrbe erāt,opē quoque allaturis,persuaserūt tādē eis, Volscis etiā cohortātib⁹. Nā & illi legationē miserāt, societatē postulātes,& vt bellū aduersus Tarquinium susciperēt,rogātes. Fiebant itaque dehinc magnis exercitibus in agrū vtrorumque inuicē excursiones,vastationesque (vt fieri solet) & pugnę. Nunc paucorum aduersus paucos, nuncque omniū aduersus omnes. In quibus quidē sæpe Gabini Romanos auertētes vsque ad portas, multosque eorū perdētes, sine metu regionem populabantur. Necnon sæpe Gabinos Romani propellentes, concludentesque in vrbem,mancipia, & prædam multam abigebant. Cumque fierēt hæc assidue,coacti sunt vtrique loca munita situ in regione muro cingere, præsidioque continere, profugij colonorum gratia, vnde progredientes illi latrocinia inhibebant, & si partem aliquam paruam viderent segregatam ab vniuerso exercitu,& (vt solet in procursionibus) incompositam ex contemptu hostium, descendentes conferti ipsi perdebant, atque vrbium quæcunque loca expugnabilia essent, captuque scalis facilia, cogebātur mœnibus,fossaqne munire,metuētes vtrique eorum inuasiones subitas. Magis autem erat in his Tarquinius operosus, & quæ erant vrbis ipsius contra Gabios spectantia, ob multitudinem manuum circumuolabat, fossam latiorem ducens, murūq; altiorem erigens,ac locum ipsum turribus crebrioribus frimans. Ab hac enim parte maxime videbatur vrbs immunita,cū esset alibi vndique satis tuta, vixq; ascessibilis. erat enim id euenturum,quod solet cunctis vrbibus accidere in diuturnis bellis, vastatisque per continuas hostium inuasiones agris,neque ferentibus fructus amplius, vt inesset alimenti omnis in vtrisque penuria,gratusque de futuro anxietas. Acrius autem Romanos premebat, q̄ Gabinos necessariorū indigētia,atque pauperrimi eorū hinc maxime laborātes oportere putabāt fieri cū Gabinis fędera, atque bellum,quibuscūque illi vellēt cōditionibus,deponi. Mœsto aūt ex his Tarquinio, neque dissoluere bellū turpiter sustinēte,neque valēte aduersari amplius,tēptāte etiā artes oēs,dolosque multiplices cōponēte:æuo maxim⁹ filiorū sext⁹, cū p̄re solo cōmunicato cōsilio,visus qdē audax aggredi negotiū:magnique p̄iculi sed nō tn̄ impossibile:cōcedente ei p̄re:agere q̄cūque vellet: diffidere ab eo simulat: quia bellum aduersus Gabinos deponi nolet: verberatusque ab eo virgis in foro: & in cæteris contumeliæ habitus: ita vt res peruulgata esset: primum quidē ex

Gabij.

Sextus.

Proditio i Gabinos.

amicis fidissimos,tanquam transfugas, mittit ad Gabinos, qui secreto monituri eos essent,quẽadmodũ cum patre bellũ gerere cogitabat,illuc veniẽs, si fidẽ acciperet, vt se quoq; sicut cęteros Romanos exules, defẽderẽt,neq; patri se traderent,sperantes ipsi priuatas inimicitias in vtilitatẽ suam dissolui. Læte vero audientibus hũc sermonem Gabinis, neq; quicq̃ inique agere in eum spondentibus, adest ipse,amicos multos,& clientes adducẽs transfuga,ac (quo sibi magis crederẽt,verã esse defectionẽ à patre) argẽti multũ,auriq; afferẽs. Cõfluxerũt quoq; ad eum post hæc ex vrbe multi, fugere tyrannidẽ simulantes, erat'que iam circa eum manus valida. Putantes autem Gabini ,magnum sibi accidere pręcõmodũ, multis ad se aduenientibus,& ante multũ tempus se Romã obnoxiã habituros sperãtes,neq; minus item decepti ex his,quę ageret rebellis patri sextus, exiens, continue in regionẽ hostiũ,multis, magnisq; cõmoditatibus Gabinos augens. Parauerat enim prouidens ei pater, vt in quibus affuturus esset locis abunde prędã, & incustoditã inueniret regionẽ, submittebatq; ei cõtinue perdendos aliquos ex ciuibus,eos eligens, quos suspectos duceret. Ex ijs igitur omnib⁹ amicũ sibi, fidúmq; putãtes sextũ Gabini,bonúmq; esse imperatorẽ,multi etiã pecunijs inescati,corrupti que ab eo,imperatorem ipsum eligũt. Tantę vero potestatis dominus factus sextus per fraudem,atq; fallaciam,famulorum quendam ad patrem, latens Gabinos,mittit,potestatem ei quàm iam accepisset,declaraturum,& quid facto opus esset percontaturum. Tarquinius autem cognoscere volens famulum,q̃ facere filium iuberet,ducens eum secum pergit in adiacentem regiæ suæ ortum. Contigit autem papauera in eo multa innata esse, & sub tempus ipsum fructus,& collectionis,per quę transiens Tarquinius,eminentis'q; papaueris cuiusq; scęptro caput feriens, decutiebat, quę cum fecisset, dimisit nuntium, nihil prorsus respondens roganti sępius, Thrasybuli Milesij intellectum (vt mihi quidem videtur) imitatus. Nam & ille aliquando Periandro Corinthio tyranno quærenti permissum a dse nuntium, quonam pacto firmissimum obtineret dominatum, verbum quidem emisit nullum, sequi vero iubens nuntium, per segetem frumenti duxit,superq; alias eminentes spicas frangens,in humũ deijciebat, docens ipsum oportere spectatissimos ciuium perdere. Huic igitur simile quiddam faciente tunc Tarquinio,intelligens patris mentẽ sextus, ꝙ iuberet excellentes Gabinos interfici,aduocauit in cõtionẽ populum,ac multũ de se sermonẽ habẽs,ꝙ cũ in fidẽ eorũ cõfugisset,simul cũ amicis in periculo erat,ne capt⁹ à q̃busdã patri traderet̃,qđ'q; esset parat⁹ ipse magistratũ deponere,ac priusq̃ acerbũ aliquod pateret̃,vrbe volebat egredi,lachrimãs,simulq; fortunã suã miserãs vt q̃ vere de vita metuũt. Irritata autẽ multitudine,atq; multa cũ prõptitudine interrogãte,quinã essent ij qui eũ essent prodituri, charissimũ Gabinorũ ciuẽ Petronem antistiũ noĩauit, qui & in pace multa, bonaq; ciuitati peregerat,ac multa quoq; imperatoria munera exequens clarissimus omniũ effectus erat. Excusante autẽ se viro, & quia nullius esset sibi facinoris cõscius,inquisitionẽ omnẽ tollerante, velle se ait sextus domũ eius mittẽs alios perscrutari, atq; ipse in cõtione simul cum illo,donec missi homines redirent,permanere. Corruperat enim famulorum quosdam sextus pecunia,qui confectas in exitium Petronis epistolas

Sextus imperator.

Respõsio calida.

Trasibul⁹ Periendro

las, gēma patris signatas accipientes, domi eius reposuerantt. Vbi verò qui missi erāt ad inquisitionem (neq; enim contradixit Petro: sed permisit perscrutandam domū) inueniētes locū, vbi reconditę erant literę, affuerūt, alias itē multas signatas epistolas ferētes, & eā, quę ad Antistiū erat recognoscere se dicēs sextus ex gēma patris, eā soluit, dansq́ue scribę, legi iussit. Erat enim in ea scriptum, vt viuū quidem præcipue traderet sibi filium, reciperet'que ex composito mercedem ei pactam, sique esset illud impossibile, caput ei decidens mitteret. Hæc ei facienti, cęterisq́ue operis adiutoribus, præter alia, quę prius pollicitus erat, præmia, Romæ quo'que vrbis ciuilitatem se daturum offerebat, inque patriciorum numero omnes conscripturum, domosq;, & partē agri, alia'q; dona se multa, magnaq; additurū. Quibus irritati Gabini stupefactū Antistū inopinata calamitate, ac ne vocē quidē ex tēpore valētē emittere, lapidibus feriētes, interficiūt: & de alijs inquisitionē, qui cū Petrone cōsultauerāt, vt'q; suppliciū de eis sumeret sexto permisere, isque amicis custodiā portarū tradēs, ne auffugerēt qui insimulati erāt, mittēsq; ad domos illustriū virorū, multos, bonosq; occidit Gabinos ciues. Dū hæc ageret, essetq; tumultus in vrbe ortus ex tanto malo, cognoscēs oīa per literas Tarquinius, cū copijs aduētabat, circiterque noctē mediā propius vrbē factus apertis portis ab eis, qui ad hęc pręparati erāt, ingrediēs, sine vllo labore fact⁹ est vrbis dominus. Quod vbi cognitū est malum, deplorātibus sese ipsos oībus quales passuri essent occisiōes, deductionésq; in seruitutē, & quęcū'q; manēt captos à Tyranno expectātibus, siq; mitius secū ageretur, seruitutes, pecuniarūq; direptiones, & his similia, nihil eorum, quę expectabant, ac timebant (quanquā prauus Tarquinius, erat & in supplicijs inimicorum inexorabilis) peregit. Neque enim Gabinorum occidit quenquam, nec vrbe expulit, neque ignominiam, aut pecuniarum iniecit cuiquam mulctam: sed conuocans in contionem populum, atque regium ex tyrannico assumens morem, vrbem dixit se propriam eis reddere, & quas haberent res, eis oēs concedere, vt sic agens cū istis firmiorē obtineret Romanę Vrbis principatū, egregiam fore existimās custodiā, sibique, & filijs seruatorū pręter spem suam, & sua omnia recuperantiū fidem, & vt nihil resideret, eis metus in futurū, neq; dubitarent, an sibi firma ista permanerent, scribens ipse quibus æquis condictionibus amici futuri essent, adiurauit de his statim in contione per immolationes. Huius autem iusiurandi monumentum Romæ positū est, in templo Iouis Priscij, quem Romani sanctum vocant, clipeus ligneus, cū corio immolati tunc cuiusdam ad vim iuramēti bouis, priscis literis inscriptus, dictas eis continens conditiones. Hæc cum egisset, designasset'que regem Gabijs sextum filium, abduxit illinc exercitum. Bellum igitur aduersum Gabinos talē habuit exitū. ❧ Post eiusmodi opus Tarquinius, data populo quiete à militia, & bellis, ad extructionē tēplorū aīm intēdit, studens aui vota perficere. Is enim vltimo aduersus Sabinos bello pugnans, vouit Ioui, & Iunoni, atque Mineruę, si prælio vinceret, templa eis se constituturum, atque scopulum, vbi collocaturus erat delubra, impensis, magnisq́ue aggeribus exæquauit, vt dictum est superiore libro, constructionem verò templorum perficere non potuit. ❧ Hoc igitur opus volens Tarquinius ex decima prædæ Suessanæ perficere, opifices omnes

Mors Gabinij.

Captio Gabinorū

Monumētū in tēplo sacro Iouis priscij.

Prodigiũ. ad operationes constituit, Ibique prodigiũ quoddã dicitur mirabile accidisse. De fodiendis fundamẽtis, ac iam fossura in multũ altitudinis descendẽte, inuẽtũ est caput nuper occisi hominis, faciẽ'que habẽs viuis similẽ, & à capite manans sanguis calidus & adhuc recẽs. Quod prodigiũ vidẽs Tarquinius, fossione quidem desistere iussit operãtes. Ipse verò vates patrios cõuocãs, percõtabat, quid hoc prodigium significaret. Nihil verò declarantibus eis, sed concedentibus scientiã talium Etruscis, exquirẽs ab eis, & discẽs, quisnã esset prodigiorũ interpres clarissimus Etruscorũ mittit ad eũ ex ciuibus probatissimos legatos, quib⁹ domũ vatis aduenientib⁹, fit obuius adolescẽs quidã egrediẽs, cui illi aperiẽtes se Romanos legatos esse, volẽtes vatẽ cõuenire rogabãt, vt se ad ipm duceret. Tũ'q; iuuenis, pater, inquit, meus est is, quẽ vultis, occupatus aut nũc est, sed licebit vobis breui ad ipsum ingredi, dũq; eũ expectatis, declarate mihi, cuius rei gratia aduenistis. Possetis em̃, si in aliquo lapsuri sitis per imperitiam in interrogatiõe, edocti à me peccare nihil. Sors em̃ non minima est speculationũ in diuinatione recta interrogatio. Visum est igitur his viris, vt sic facerent, enarrarentque ei prodigiũ. Ille autẽ vt audiuit, parũ temporis se cõtinens: Audite, inquit, Romani prodigiũ, sanè pater distinguet vobis, nihilq; mentiet. Vati em̃ haud fas, quę vos verò dicetis, & respondebitis ad interrogata, minimé q; peccantes, minime mentientes eritis. Proderit em̃ vobis ante cognouisse hæc à me discite. Cum enarrabitis ei prodigium, dicens ipse se non clare percipere, quod dicitis, circũscribet radio terrę partem quantancun'que. Deinde vobis dicet, Hic est tarpeus collis. Pars autem eius hæc est in orientem spectans. Ista verò ad occasum. Septentrio autem eius hęc est & ei oppositum: hæc'que radio ostendens à vobis quæret qua in parte harum caput sit inuentum. Quod igitur respondendum vobis sit admoneo: ne concedatis in aliquo locorum: quos interrogans ille radio ostendet prodigium esse inuentum. Sed romę ipsum apparuisse apud vos in tarpeio colle. Hęc si custodietis responsa: nec ab eo seducamini: cognoscens ipse quod fatum transmutare non liceat distinguet vobis quid velit significare prodigium, Neq; occultabit. Hæc cũ didicissent legati vbi otium seni fuit. Ac veniens quidem eos euocauit. Ingressi ipsi enarrant vati prodigium. Cauillante autem ipso: describentéque in terra lineas: alias circulares: aliasqúe rursus directas. Et in vno quoque loco de inuentione interrogante: nihil mente perturbati legati custodiere responsa: quæ vatis eis filius demonstrarat: Romam semper & tarpeium nominantes collem: postulantesqúe enarratorem ipsum minime depeculari signum: sed æque recteqúe dicere. Nequiens autem decipere legatos vates neque augurium depeculari: dixit. Viri romani dicite vestris ciuibus: fato dari caput italiæ fore omnis hunc locum: in quo caput est repertum, Exque illo capitolinus vocatur: is locus ab inuentione ibidem capitis, Cephalas em̃ romã vocãt capita. Hęc à legatis audiens Tarquinius restituit operibus opifices multa'que perfecit templi. Explere verò ipsum non potuit: citius excidens principatu. Sed in tertio consularis imperij anno Romana ipsum consumauit ciuitas. Extructum est autem super crepidine firmatum alta octo iugerũ in circuitu ducentorũ fermè pedũ vnũquod'que latus habẽs: paucũ quiddã variantẽ inuenire posset aliquis. Eminẽtiam altitudine quindecim

Marginal notes: O cautionẽ miram. — Vnde capitolinus.

ne quindecim quidē pedibus intergis. Super iisdem namq; fundamētis: id quod post incendium ędificatum est, patrum nostrorū ętate inuenietur lauticia tantū materię differens à prisco. A parte quidem qua frons meridiem spectat compręhensum triplici colūnarum ordine. Ab obliquis verò partibus simplici. In eo autem tria insunt sacella ęqualia inter se: communia habentia latera. Medium quidem iouis & ab vtra'que parte iunonis & mineruę sub vna aquila vna'que velata tectura. Dicitur autem quoddam alterum in tarquinij principatu valde mirabile fortunatumq; affuisse romanę vrbi: siue deorum alicuius siue larium beniuolētia donatum: quod non in paruū tempus: sed per omnem vitā sępe ex magnis eā malis cōseruauit. Mulier ad tyrānū venit quędā nō indigena libros vendere volens nouē. Plenos sibyllinis oraculis ac nō cēsente æquū tarquinio libros ipsos prętio petito emere: abiens mulier: tres ex eis cōbussit: ac nō multo post redijt reliquos afferens: volensque tantidem vendere. Visa autē sine sensu quædam esse: & ex eo irrisa quòd idem peteret de pautioribus prętiū: quod nec de pluribus accipere potuisset. Abiens ipsa iterum dimidium relictorum combussit: & tres afferens reliquos tantundem auri petijt. Admiratus autem consilia mulieris tarquinius Augures accersiuit. Remque eis enarrans. Quid agendum esset petebat; illique ex quibusdam signis intelligentes: quòd à deo missum bonum auertisset: magnamque iacturam esse factam declarantes quòd non omnes emisset libros: numerari iussere aurum mulieri quantum peteret & oracula quæ superessent capere. Mulier igit̃ dans ei libros: & seruādos esse dicēs diligenter è conspectu hominum ablata est. tarquinius autem ciues duos eligens illustres famulosque eis statuens de publico: custodiam eis librorum tradidit. Quorum alterum marcū atylium visum iniuste agere: nec fidelem: & à quodam populari indicatum tanquam parricidam in vtrem insuens bubulum proiecit in mare: post eiectionem autem regum assumens ciuitas oraculorum patrocinium: viros etiam illustrissimos custodes eis designauit. Qui per omnem vitam habent eam curam à militia ipsi liberi: & ab alijs vrbanis muneribus. Publicęque apud eos deposuit: sine quibus nō permittit inspectiones oraculorū fieri: & vt (breuiter dicā) romani nihil ita custodiūt neq; sanctū neq; sacrū queādmodū sibyllina diuinit⁹ missa oracula. Vtūtur aūt eis: quādo senat⁹ decernit: seditione occupāte ciuitatē: aut infœlicitate magna aliqua bello incidēte: aut ꝓdigijs aliquib⁹ & larius magnis & inexplicabilib⁹ ipis apparētib⁹: qualia sępe eueniūt: hęcq; ꝑmāsere oracula vsq; ad bellū marsicū: sub terra posita in tēplo capitolini iouis in arca lapidea ab hoīb⁹ decē custodita. Post cētesimā aūt & septuagesimā tertiā olympiadē incēso tēplo siue ex insidijs (vt putant aliqui) siue casu: simul cum alijs deo repositis: ista quo'que corrupta sunt igni: nā quę nunc sunt: ex multis collata sunt locis: alia ex Vrbibus italię: alia ex erithris in Asia ex senatuscōsulto missis legatis tribus, ad eorum descriptionē. Alia verò ex alijs Vrbibus, ab hominibus quo'que rudibus transcripta. in quibus aliqua reperiūtur inserta sibyllinis. redarguuntur autē iis quę vocantur versuum apices. dico autem quę terentius Varo narrat in theologico tractatu. Hæc cum egisset pace, bello'que tarquinius, duasq́ue deduxisset colonias, vnam quidem signiam vocatam, non ex electone, sed ex opor-

De sybillinis libris.

Signia colonia.

tunitate quadam fortuita, hybernantibus eo loco militibus, atque ita castris dispositis, vt non multum à forma vrbis differret. Circeios verò cōsilio: quoniam pomētini campi maximi eorum qui sunt in latina regione & coniuncti ei maris iacet in loco pulchro. Est em̄ forma chersonesi scopulus modice altus super mari tyrreno positus, vbi Circem solis filiam fama est habitasse, & cum vtrasque colonias filijs duobus habitatoribus reposuisset circeos Arunti, signiam Tito, metū nullum habens amplius de imperio ob contumeliam in mulierem, quā natu maximus filiorum sextus construpauit, regno simul vrbe'que expellitur. Præsignificante ei genio futuram domus suæ cladem. Multis quidem alijs augurijs. Vltimo verò huiusmodi aquilæ conuenientes in adiacentem locum regiæ veris tempore finxere nidos. In vertice excelsæ palmæ. His autem aquilis implumes adhuc pulos habentibus: congregati vultures aduolantes nidum euerterunt: occiderunt'que pulos. Atque redeuntes è pastu aquilas pungentes atque ferientes: plantis pedum à palma abegerunt. Hæc autem videns Tarquinius auguria, adhibensque diligentiam: si qua ratione posset fatum fallere, vim tamen diuinam superare non potuit Sed imminentibus ei patricijs: populo'que consentiente excidit principatu. Qui verò fuerint insurrectionis in eum principes: & per quos modos ad rem gerendam venerint: conabor paucis percurrere. Ardeam vrbem Tarquinius obsidebat: prætendens causam quòd Romanos exules suscepissent: conspirarent'que cum eis de reditu. Re autem vera propter opes tendens vrbi insidias. Fœlicissime tunc præcipue italicarum vrbium. Repugnātibus verò strenue ardeatibus: ac durante diu obsidione: & qui in castris erant milites diuturnitatem: belli ferentes egerrime: & qui etiam in Vrbe roma tributis fessi ad defectionem spectabāt: modo aliquis inciperet. Hoc aūt in tēpore sextus, æuo maximus filiorum Tarquinij, missus a parte in vrbē, quæ Collatia vocabatur, ob negotium quoddā militare, ad cognatū suū diuertit Lucium Tarquinium, cognomine Collatinum. Hūc virū Fabius quidē scribit filium fuisse Egerij, quomodo supra dixi Tarquinij Prisci fratris fuisse filium, & qui Collatiæ dux dictus, ex multa in ea vrbe cōmoratione Collatinus vocabatur, reliquit'que nepotibus eandē à se cognominationem. Ego verò hunc etiā nepotē fuisse credo Egerij. Erat em̄ eiusdē ætatis, cuius erant Tarquinij filij, vt & Fabius, & cęteri scriptores tradūt. Tēpus enim hāc mihi opinionem firmat. Cōtigit autē tunc esse in exercitu Collatinū. Vxor verò Romana fœmina, Lucretij filia illustris viri, hospitio eū excepit tanquā viri sui cognatum, multa cum prōptitudine, & comitate. Hanc verò fœminam pulcherrimā Romanorū mulierū, atq; pudicissimā conatus est sextus corrumpere, vrgens eam quo'que antea, cum ad cognatum suū diuerteret, atque tūc putans occasionē se habere cōmodissimā. Vbi post cenā dormitum abijt, magnā partem expectans noctis, postquā oēs dormire existimauit, exurgēs vadit ad cubiculum dormientis iam Lucretię, latensque dormientes iuxta hostium cubiculi, ingreditur habēs gladium, assistensque lectulo mulieres experrectæ ad strepitum, & interrogantis, quis esset nomen suum eloquens, silere eam, & in cubiculo manere iussit, occisurum se eam minatus, si vel fugere, vel emittere vocē conaretur. Hoc modo stupefacta attonitaq; muliere, duorū ei electionē proposuit, quorum

Vbi Circes habitabat.

Auguria aquilæ

De Tarquinij electione.

quorum vtrum vellet caperet,siue mortem cum dedecore,siue vitam cum fœlicitate. Si eñ,inquit,sustines gratificari mihi,te ego meã vxorẽ faciam, mecumq́ue regnabis,nũc in ea quidem vrbe,quã dedit mihi pater. Post illius verò mortem Romanorum,& Latinorum,etruscorum'que,& aliorum quorumcunque ille dominus est,regina. Ego enim suscepturum me scio regnũ patris,vt æquum est filium natu maximum. Quæ verò regibus adsint bona,quorum tu omnium futura es mecum domina,quid te pulchre scientem opus est docere? ꝙ si enitaris obsistere,Seruare volens puditiciã,te ego occidã,famulum'que vnũ mactans, ponam simul vestra corpora,ac dicã,ꝙ indecẽter te in cõplexu deprehendẽs serui, supplicio vos affecerim,iniuriã cognati persequens. Ita,vt turpẽ finẽ probrique plenum sub eas nec honore sepulturæ corpus tuum digneť, neque alio quoquam legitimo. Vt vero multus fuit minans simul,& postulãs iurãs'q; verum vnumquodq; dictorũ fore,adacta est Lucretia ĩ necessitatẽ cedẽdi,neq; despiciẽdi ipm ignominiã mortis timẽs,& ea itẽ,quę se dixerat peracturũ. Die ante exorto,is quod ad exercitum abijt,nefario,pestifero'que desiderio expleto. Lucretia verò acerbissime ferens hunc casum,quã celerrimeq; ascendẽs vehiculum,Romã venit veste induta nigra, & absconso sub stola cultro, nec appellans ipsa quẽquam obuium,nec respõdens volenti cuiq̃ quidnã passa esset, discere: sed cogitabunda simul,& desolata, plenosque habens lachrimarum oculos. Vbi verò ingressa est domũ patris (cõtigit eñ adesse ei cognatos quosdã)genua eius cõplectẽs,& procidens,primum quidem fleuit vocẽ emittens nullã,deinde autem erigente eã patre,& quid passa esset dicere postulante, suplex,inquit, tibi pater fio, grauẽ,& intollerabilẽ sustinẽs contumeliã ,vti vltor mihi sis: neq; tuã ipsius filiã despicias morte peiora passam. Admirãte verò eo,cæteris'q; oibus,& quis eã cõtumelia affecisset,qualiq; cõtumelia discere postulãtib⁹: Audies,inquit, calamitates meas nõ multo post pater. Sed petẽti mihi primũ hãc gratiã largiaris. Euoca quoscũque potes & amicos,& cognatos, vt ex me passa acerbissima hęc audiant,nec ab alijs. Vbi vero audieris detinẽtes me turpitudines, dirasq; necessitates,cũ eis cõsulta quonam tu me modo,teq; ipsum vlciscaris:neq; multũ interponas tẽporis. Celeri autem,& studiosa euocatione facta illustrissimorũ virorum,in domum eius vt postulabatur,cõuenientium,narrat eis rem omnẽ Lucretia,à principio incipiens postea'que salutans patrẽ, multasq́ue ei preces, & eis,qui aderãt adhibẽs ac deinde deis, laribusque supplicãs, celerem dari sibi migrationem è vita,educit cultrũ,quod sub paludamentis occultauerat,vnũq; vulnus pectori inferens,trudit vsque ad cor gladiũ. Clamore autẽ,& luctu, & cõploratione muliebri domũ omnẽ detinente, pater quidẽ infusus corpori amplectebatur, reuocabat'que, &, vt reuocandę ei ex vulnere,diligẽtiam adhibebat. Ipsa verò in gremio eius palpitans,efflansque animã moritur. Assistentibus autẽ illic Romanis adeò atrox visum est hoc facinus,& miserabile,vt vna fuerit vox omniũ,mori millies esse melius pro libertate,quã huiusmodi contumelias à tyrannis negligere. Erat quidã in his Publius Valerius, sabinorum vnius,qui cum Tatio Romę mãserant,pronepos, vir prudens,& alacer. Is igitur ad exercitum ab ipsis mittitur,Lucretię viro nũtiatur⁹,quę acciderãt,& cũ eo sollicitat⁹ defectionẽ à tyrãnis militũ. Vix aũt

Lucretiæ Stuprum Lucretia.

Oro Lucretię.

Mors Lucretię.

Vrbe egresso ei fit obuius, adducente eum in vrbem numine ab exercitu Collatinus, quę domũ suã mala detinerent nesciens, & cum eo Lucius Iunius, cui Brutus cognomentũ erat. Esset autem interpetratus Brutus in linguã gręcam elithius. De quo viro, quandoquidem hunc pręcipuum autorẽ fuisse euersionis tyrãnorum Romani iudicant, necesse est pręfari pauca, quis fuerit, & ex quibus, & quam ob causam tali potitus est cognomento, nihil ipso conueniente tali viro. Pater igitur illi fuit Marcus Iunius, eorum vnus, qui cum Aenea coloniam deduxerũt progenies inter clarissimos Romanorum ob virtutẽ numerata. Mater verò Tarquinia, prioris Tarquinij regis filia. Pater ipse educationem, eruditionémque gentilẽ percipiens, ingenio etiã fuit ad honestum nullum repugnante. Postquam autem Tulium interficiens Tarquinius. vna cum alijs viris multis, & bonis, patrẽ quoq; illius clàm occidit, ob delictum quidem nullũ, sed in diuitiarũ eius adductus cupiditatẽ, quas ex vetere, & progenitorũ fœlicitate acceptas idẽ possidebat. Cũq; eo maiorem etiam occidit filium, generoso quodam sensu excellentẽ virũ, & patris mortem nõ vlcisci minime sustinentẽ. Iuuenis autem adhuc Brutus auxilijque cognatorum inops, opus omnium prudentissimum facere cognatus est, cognomen sibi mẽtiens fatui, deincepsq; perseuerauit semper, dũ sibi tempus nõ habere visus est opportunũ simulationẽ custodiens amentię, vnde eo potitus erat cognomine. Hoc autem ipsum vt nihil graue à tyrãno patereť eripuerat: multis probisque viris perditis. Nã despiciẽs Tarquinius eam, quę inesse illi videbatur, neque inerat, fatuitatem paterna ei adimens omnia, & pauca quędã ad quotidianum victum largiens, tanquam orbum puerũ, tutorũq; indigentem, sub se custodiebat, vitãque agere cum filijs suis permittebat nõ honoris ille gratia vt cognatum. Et vt proximos simulabat: sed vt risum adhiberet adolescẽtibns dicẽs stulta multa agensq́ue veris fatuis similia. Et enim cum delphico vsurus oraculo ad pestem misit eo Tarquinius duos ex filijs, Aruntem, & Titũ (Inuaserat enim principatu eius morbus quidam insuetus in virgines, & pueros, per quem multa corrumpebãtur corpora, grauissimus idẽ, vixq; sanabilis in pręgnantibus, matres ipsas in partu simul cum fœtibus interficiens) causam morbi intelligere volẽs à deo, atque liberationẽ, illum quo'que cum adolescẽtibus hoc rogantibus misit, vt haberent, quem conuitijs, cõtumęlijsque afficerent. Postquam aũt ad oraculum iuuenes aduenere, acceperunt'que responsa de his quorum causa missi erãt, donãtes deũ repositorijs muneribꝰ, irridentesque Brutũ maxime quòd bacillũ ligneũ Apollini reposuisset (Ille enim perforato baculo, tanquã tibia, virgam aureã reposuerat, sciente nemine) interrogant deinde deum, cui fato datum esset Romanum imperium suscipere, respondit'que deus, ei, qui primum matrem osculatus esset. Iuuenes igitur oraculi sensum ignorantes, inter se composuerũt vna matrẽ osculari volentes illi communiter regnum obtinere. Brutus autem intelligens, quid vellet declarare deus, vbi quã celerrime Italicam terrã ascẽdit, procidẽs, osculatꝰ est terram, hanc esse putans omnium hominũ matrem. Hæc igitur ea sunt quæ antea huic viro euenere. Tunc aũt vbi Valeriũ audiuit, q̃ Lucretię acciderãt, cędem'que eius narrantẽ, intendẽs manus in cœlum dixit. O Iupiter, & dei omnes, quicunque genus humanũ inspicitis, nunc tẽpus venit, quod ego expectans hanc simulationem

Morbus.

Respõsũ. oraculi.

ſimulationem vitę cuſtodiui. Eſt vtique fati datum Romanis, vti a me, & per me intolerabili ſeruitute liberentur. Et hęc dicens ibat feſtinans ad domũ ipſam, vna cum Collatino, & Valerio, quã vt ingreſſi ſunt, videns Colatinus Lucretiam in medio poſitam, circũfuſumque ei patrem, alte gemens, cõplectenſque mortuam oſculabatur, & vocabat, alloquebatur'que, vt viuentem, ſine ſenſu ipſe ex tanto malo. Valde aũt cõplorãte eo, & ex altera parte, patre domũ'q; totã fletu, luctu, plãgoreque obtinente, reſpiciens in eos Brutus: innumera inquit habebitis tẽpora Lucreti, & Collatine, & vos omnes huius fœminę propinqui, per quę ipſam defleatis. At nunc ipſam vt vlciſcamur, conſideremus. Hoc enim tempus pręſens poſcit. Viſus eſt autem probabilia dicere, atque ſedentes ſeorſum ſoli ipſi, familiarem'que turbam, aduenticiamq; remouentes, quid opus eſſet agi conſultabant. Primus autem Brutus incipiens de ſe diſcere, quod apparentem multis fatuitatẽ, minime verã, habuiſſet, ſed impoſitã, cauſaſq́ue dicens, ob quas ſimulationẽ hãc ſuſtinuiſſet, viſuſq́ue eſſet omnium hominũ prudentiſſimus, ſuadebat eis, vt eãdem ſententiam capientes omnes, vt Tarquinium ſcilicet, filioſque eius vrbe pellerent, multa quæ ad hoc inducerent, explicans. Poſtquam oẽs in eadem eſſe ſentẽtia animaduertit. Non verbis, inquit, aut promiſſis opus eſt, ſed operibus, ſi quod fieri oportunum debet, ſéq; ipſum incepturũ dixit. Quę cum dixiſſet, cœpiſſet q́ue cultrũ, quo ſe mulier occiderat, & accedẽs ad os eius appoſuiſſet (Iacebat eñ adhuc in propatulo ſpectaculum miſerabile) iurauit Marti, dijſque alijs ſe quantũ poſſet peracturum ad euerſionem principatus Tarquiniorum, quod'que ipſe cũ tyrãnis nunquã conciliaretur, nec conciliatis concederet: ſed inimicum quęcũque duceret hęc volentem, & ad mortem vſque tyrannidi, pro'que ea certãtibus inimicis eſſet. Quod ſi iuſiurandum tranſgrederetur, talẽ ſibi imprecabatur vitę finem, filijſque ſuis, quali eſſet potita mulier. His dictis ad iuſiurandũ idem reliquos aduocauit. Illi verò nihil amplius dubitãtes ſurrexere, ſuſcipienteſq́ue ſub inde cultrum ipſi quo'que iurauere. Perfectis autem iuramentis, quærebãt quiſnam eis futurus eſſet ad vim inferendã modus, ſubiecit'que Brutus talia, Primũ, inquit, cuſtodes portis adhibeamus, ne quid eorum, quę in vrbe agũtur aduerſus tyrannidem, ſentiat Tarquinius, priuſquã partes noſtrę diſpoſitę ſint egregię, poſteà ferẽtes corpus mulieris in forum ita, vt eſt ſanguine conſperſum, proponenteſque in aperto, cõuocemus ad cõtionem populum, & vbi cõuenerit, videbimuſq́ue forum plenum, progredientes Lucretiuſque, & Collatinus execrẽtur, ac deplorent fortunas ſuas, geſta omnia explicantes. Deinde alij procedentes accuſent tyrannidem, exhortentur'que ad libertatem ciues. Erit autem Romanis õmibus ad votum, ſi nos videant patricios principes libertatis. Multa eñ, grauia'q; perpeſſi à tyranno: parua occaſione indigent. Quando autem multitudinẽ pronam aduertemus ad principatũ vnius diſſoluendũ, ſuffragia eis tradamus, vt non amplius Romanis imperet Tarquini⁹, atq; decretũ ad milites, qui ſunt ĩ exercitu, quã celerrime mittamus. Nã qui arma tenent, ſi ſciant in vrbe eſſe omnia à tyrannis aliena, prompti erunt ad libertatẽ patriæ, neque amplius, vt antea, largitionibus detenti, ne'que vlterius contumęlias filiorũ, adulantium'que eis valentes ferre. Hæc cũ dixiſſet Brutus, ſuſcipiens ſermonẽ Valerius. Cuncta hęc, inquit mihi

Brutus.

Valerij oratio.

cogitata recte videntur Iuni. de contione autẽ volo adhuc discere, quis sit eam aduocaturus ex lege, calculosque daturus curijs. Magistatui em̃ datum est hoc agere, nostrũ verò nemo vllum magistratum obtinet. Isque respõdens, Ego, inquit, sum Valeri pręfectus celerum, permissum'q; mihi est ex lege, cũ volo, contionẽ conuocare. Dedit autem hũc mihi magistratum Tyrannus maximũ, vt fatuo, nec vim eius intellecturo, nec ea etiam, si intelligerem, vsuro: ego'que primus orationem aduersus Tyrannũ disponã. Vt hęc autẽ audierunt omnes, laudauerũt, & vt ab honesto subiecto incipientem, atque legitimo, cętera etiã vt diceret postularunt. Tum'que ille: Quãdo, inquit, hæc ita fieri videtur vobis, cõsideremus itẽ, quis sit post dissolutionem regni futurus ad tuendã rempublicã magistratus, & à quo viro sit designandus, & adhuc prius quę futura sit rei publicę administrandę ratio, quam tyrãno liberati constituamus. Consultatum em̃ de omnibus erit sanè melius, antequã tali operi accingamur, nihilque indiscussum relinqui, neque antea consultũ declaret de his quisquã vestrũ quę sentit. ❧ Post hæc multi dicti sunt, & à multis sermones visum'q; est aliquibus, potestatẽ regiã rursus esse cõstituendã, enumerãtibus ipsis quãta in ciuitatẽ bona intulissent om̃es priores reges. Alijs autẽ nõ amplius in vno principe ponendã esse rempublicã, percẽsentibus tyrannicas iniquitates, quibus & alij multi in proprios sunt vsi ciues, & postremo Tarquinius: sed consensum consilij constituendum esse omniũ rerũ dominũ, vt in multis Græcię vrbibus. Alij vero neutrũ quidem horũ eligebãt statuum, consulebant'q; popularẽ multitudinẽ in magistratu cõstituendã, vt Athenis, contumęlias, & pręcõmoda proferentes paucorum, & quę inde seditiones fierent tenuiorum aduersus eminẽtes ciues, liberam quo'q; esse declarantes æquis legibus ciuitatẽ, tutissimam'q; eam, & decẽtissimam rerum publicarũ formam. Difficili autẽ, & dijudicabili electione om̃ibus apparente, ob sequẽtia vnãquãq; formã vitia, vltimus sermonem suscipiẽs Brutus. Ego, inquit, Lucreti, & Collatine, & vos om̃es, qui astatis viri boni, & ex bonis geniti, nouã nullã nobis puto cõstituendam esse in præsentia formam reipublicæ. Tempus enim, quod conducti sumus, à rebus ipsis breue est: nec in eo ciuitatis ornatũ concinnare est facile, est'q; tentatio ipsa mutationis, etiam si in pręclara incidamus, de hac consultãtes lubrica, nec sine periculo. Licebit autem nobis posterius liberatis tyrãnide, cum maiori potestate, per'que otiũ consultantibus, meliorẽ reipublicę formam loco peioris eligere. Si quidem melior sit ea, quam Romulus, & Pompilius, cęteri post illos reges constituentes nobis tradiderunt, ex qua magna, felix'que, & multorum princeps hominum facta est vrbs nostra: quę verò sequi solẽt principatũ vnius acerba, ex quibus illi ad tyrannicã crudelitatem delinquentur, & ob quę illos oderunt om̃es, ea nobis corrigenda nũc, & ne deinceps fiãt vnquã, cauẽda esse admoneo. Quęnam verò sunt hęc. Primum quidẽ quando rerũ cõsiderant multi nomina & ex eis aut adueniunt noxia aliqua, aut fugiuntur, in quibus etiam principatum vnius esse cõtigit, mutare vobis Reipublicę nomẽ laudo, & eos, qui habituri sint omnium rerũ potestatem, neque reges, neque principes solos amplius vocare: sed moderatiorẽ aliquam, & humaniorem imponere eis appellationẽ. Deinde minimã sentẽtiã vnius rerũ oĩm dominã facere, sed duobus viris permittere principatum regium

Diuersitas administrationum.

Bruti orõ.

tum regium, vti audio Lacędemonios iam in multas ętates facere, ac propter formam istā administrandi ex gręcis eos, pręcipue bonis, vti legibus, agere'que fœliciter. Minus eñ contumęliosi, minusque graues erũt, diuisa sibi bifariam potestate, & habente vĩ vtro'que eandẽ. Pudor enim inter se, & inhibitio viuendi ad voluptatem, ambitio'que ad virtutis apparentiã innasci posset ex hoc honoris æqui principatu, maximé'que ex insignibus, quę regibus sunt tradita, multis ipsis puto equidẽ, si aliqua odiosos aspectus, & inuidiosos apud multos exhibent, eorũ alia minuere, alia'q; tollere oportere, septra dico, coronasq́ue aureas, ac violaceas, aureique staminis vestes, nisi certis quibusdam tẽporibus, diebusq́ue solẽnibus, & in pompis triũphorũ, quandoquidẽ ea honoris deorum causa suscipiẽt. Nihil enim hæc offendent, perstringent've oculos, si fiant rara. Solũ aũt his viris eburneum, in quo sedentes ius dicãt, & vestem candidam, circun'que purpurã, & præcedentes in egressibus eorũ duodecim secures relinquere. Ad hoc aũt, quod ego omnium dictorum fore puto vtilissimum, ac ne multum peccent, qui hunc magistratũ suscipiẽt, causam maximã, non per vitã oportere omnẽ eos in magistratu esse (grauis enim est res omnibus infinitũ imperiũ, neq; vllã rationẽ exhibnes gestorum, ex quo tyrãnis gignitur) sed in tempus annuũ, vt fit apud Atheniẽses, magistratus potestatem contrahere. Imperare enim aliquem quãdo'que, & eundem parere: ac priusquã vicientur sensus potestate, absistere arrogãtia ingenia cõprimit, neque sinit inebriari mores licentia. Hęc verò nobis constituentibus aderit frui regię administrationis bonis, & malis, illã consequẽtibus, liberari. Vt aũt nomen quo'que regiæ potestatis, patriũ ipsum nobis cum auspicijs prosperis confirmantium deorũ ingressum vrbẽ, pietatis causa custodiatur sacrũ, creetur aliquis rex perpetuus, hunc honorẽ habiturus per omnem vitã, ab omni bellico negotio absolutus hoc solũ habẽs vt rex, principatum sacrificiorum, & aliud nihil. Queẽadmodũ autem vnũquod'que fiet horum, audite. Conducam ego cõtionẽ, vt dixi (quando quidẽ mihi cõcessum est id ex lege) introducãque sententiã exulem fieri Tarquinium, cum filijs, & vxore: Vrbe simul, & regione om̃i romanorũ prohibitos per omne tempus, ipsosq́ue, & eorũ genus. Quando aũt per suffragia confirmarint legem ciues, declarãs ipsis, quã reipublicę formam cogitemus, interregem eligam, designaturũ eos, qui rempublicam suscepturi sint, annuumque principatum, deponãque ego celerẽ pręfecturã. Qui verò à me cõstittuurus erit interrex, curiatim adducens contionem omnẽ, nominet eos, qui sint habituri futurum regimen, suffragia'que de ipsis ferenda det ciuibus: sique pluribus apparebit centurijs, ratã esse oportere horum virorum electionẽ, ac pulchra de ijs eueniant auspicia. hi secures accipientes, & cętera regię potestatis insignia, dent operam, vt patriã incolamus liberã, neque amplius in eã reditũ habeant Tarquinij. Nitentur enim (certum habeatis) suasioné'que, & vi, & dolo, omnique modo alio redire iterum in principatũ, nisi eos arceamus. Hæc sunt igitur maxima, & principalissima eorum, quę ego vobis in præsens tempus dicenda habo. Particularia verò, neque facilia nunc clare discuti (Conducti eñ sumus in tempus velox) ab ipsis puto fieri oportere, qui imperium suscipient. Deliberare tamẽ dico oportere hoc viros cũ senatu, sicut reges faciebãt, neque quicquã sine nobis ipsos agere, &

Interrex.

quę senatui visa fuerint ad populũ referre, vt maioribus nostris facere moris fuit nihil illi auferentes eorum, quorũ antea erat dominus. Sic eñ ipsis securissime & pulcherrime se habebunt imperia. Hanc sententiam demonstrante iunio, oẽs laudauerũt, statim'que de ijs, qui suscepturi principatus essent, cõsultantes interregem creandũ decreuere spurium Lucretium, eius, quę se interemerat, patrẽ, ab eo'que constituendos esse habituros regiũ principatum Luciũ iuniũ Brutum, Lucium'que Tarquinium collatinum, hosque principes vocari instituerunt, secundum linguę suæ proprietatem Consules, hoc eñ nomẽ interpetatũ in linguã grę cam significare potest symbulos siue probulos. Symbolas eñ græci cõsiliũ Romani vocant. Hypati autem aliquãdo nominati sunt isti à Gręcis, à magnitudie potestatis, quod & oĩbus imperent, & supremã dignationem habeãt. Quod eñ eminet culmen hyapaton vocabant prisci. His discussis, atque cõstitutis, dijsque precatis, votisque nũcupatis, vt piorum operũ, iustorum'que expetẽtibus ipsis opem ferrent, exiuerũt in forũ, sequebantur'que eos famuli super lecto nigris vestibus cõstrato ferentes incultam, sanguinẽque conspersam mortuã: quam ante curiam poni iubentes altam, & conspicuam, populum in cõtionem aduocarunt.

Sp. Lucrecius prim⁹ interrex. L. brutus L. tarqni⁹ consules. Symbuli. Probuli. Hypati.

Turba autem congregata, non ea modo, quę tũc in foro erat, sed quæ in vrbe omni (erant eñ pręcones dimissi per compita populũ euocantes) ascendens Brutus in eum locũ, vnde eis, qui concilia cõuocant, mos est concionari, sibique patricios assiscens, hæc dixit. De necessarijs rebus, pulchrisque Romani ciues verba apud vos facturus, de me primum pauca pręfari volo. Fortasse eñ aliquibus vestrũ, immo quidem certo scio multis perturbata videor mente, vir, qui non prudens de rebus maximis dicere aggrediar, & is, cui ipsi curatoribus, opus sit, vt insano, sciatis igitur opinionem cõmunem, quam habetis de me oẽs, vt de fatuo, falso creditam, nec ab aliquo esse alio, quam à me confictam. Quod me autem coẽgit, nõ vt postulabat natura, nec vt decebat me viuere, sed vt gratum erat Tarquinio, & mihi quo'que conferre videbatur, metus fuit mortis. Patrem eñ meum Tarquinius occidens, simul atque imperium accepit, vt facultates illius occuparet, multas ipsas, fratrem'que seniorem meum, vltorem mortis patris futurum, nisi è medio sublatus esset clàm interfectus, non idẽ mihi parsurus erat proximorũ inopi, nisi adiectitiam hanc simulassem fatuitatem. Hęc me confictio credita à tyranno, ne eadem, quę illi, paterer eripuit, & hucusque conseruauit. Nunc autem primũ personam ipsam (Venit eñ tempus, quod optabam, & expectabam) cũ iam quintum, & vicesimũ annum custodierim, depono. Ac de me quidem hęc tantum. Publica vero, quorum causa vos in cõtionem euocaui, hęc sunt. Tarquiniũ eñ neque ex patria nostra consuetudine, aut lege principatum occupãtẽ, ne'que postquam obtinuit, capiens quoquomodo, pulchre eo regiẽque vtentem, sed contumęlijs, iniquitatẽque transgressum omnes, vbicun'que fuerint vnquam, tyrãnos, potestate hac priuare consultauimus, cõuenientes patricij pridem sanè oportuisse. Nunc verò in tẽpore id facientes idoneo, vos quo'que cõuocauimus Quirites, vt sententiam declarãtes vestram socios asciscamus vos nobis, libertatem acquirẽtes patrię. Cuius neque prius esse participes nobis licuit, ex quo imperiũ obtinuit Tarquinius, neque deinceps, si nunc langueamus, licebit. Si tẽpus igitur

Bruti ad populum oratio.

quantum

quantum vellem haberem, vel apud inscios dicturus essem, omnes vtique percensere͂ tyranni istius iniquitates, quibus ille non semel esset, sed sæpius ab omnibus perdi dignus. Postquam igitur tempus, quod dant res, mihi breue, in quo pauca opus est dicere, multa agere, apud'que scientes dico, maxima, & apertissima operum eius, & quæ nulla queant potiri defensione, vobis in memoriam redigam. Hic est ciues Tarquinius is, qui antequam imperium caperet, Aruntem suum ipsius fratrem, quia volet malus fieri, venenis sustulit, adiutricem in hoc scelus illius vxorem capiens, suæ ipsius vxoris sororem, cui stupro commiscebatur anteà. Hic deis hostis, idem quo'que nuptam sibi pudicam fœminam, & filiorum sociam per eos dies, iisdem'que venenis interficiens, ne is quidem detestari, dissimulare'ue calumnias vtrorum'que venenorum, vt non à se paratorum dignatus, misericordi vtens persona, parua'que aliqua luctus simulatione, sed statim simul atque peracta sunt opera hæc mirabilia, priusquam pyre maceratæ essent, quę infœlicia susceperant corpora, epulum amicis dedit, nuptiasque perfecit, homicidam'que sponsam, ò dij, in cubiculum sororis duxit, arcanas seruans, firmansque pactiones, impia ille, & execranda, nec in græca vsqua͂, nec in barbarica terra facta, primus in Romanam vrbem introducens, & solus. Sed qualia peregit Quirites famosa, grauia'que in vtrosque soceros iam scapulares, & in exitu vitæ positos. Seruiu͂ quidem clementissimu͂ regum deq; vobis optime meritum palam interficiens, neque funeris, neque sepulturæ legitimę potiri corpus eius sinens. Tarquiniam autem vxorem eius, cui ipsum honorem habere, tanquam matri conueniebat, patris sui sororem, sibique beniuolam, priusquàm virum lugere posset, consueta'que ad sepulturam ei perficere, miseram laqueo conficiens, à quibus ipse seruatus erat, & apud eos educatus, quibusque successurus fuerat, paululum ipse expectans, donec eos naturalis mors dissolueret. Sed quid istis increpandis insisto, tot habens istius accusandas iniquitates, præter eas, quas in cognatos, socerosque peregit. Nempe eas, quas in patriam, vosque omnes perfecit. Si quidem iniquitates appellare has oportet, ac non euersiones, exterminationesque generationum omnium, & gentium. Statim enim principatum (vt ab eo incipiam) quonam modo accepit. An quemadmodum superiores reges: Multum abest. Illi enim omnes à nobis ad ducti sunt ad principatus: secundum antiquas consuetudines, & leges. Primum quidem senatusconsulto scripto, cui quidem datum est ab omnibus de republica co͂sultare, posteà elige͂tibus interregibus, quibus permisit senatus ex dignis imperio valde idoneum, dijudicare, post'que hęc suffragia in comitijs ferente populo, per quem om͂ia confirmari maxima lex quidem iubet, vltra'que hęc om͂ia, auspicijs, & immolationibus pulchre euenientibus, sine quibus nulla esset prouidentiæ humanæ, studijque vtilitas. Age verò, quis vestrum aliquid scit horum factum cum imperium accepit Tarquinius? quam senatus consultationem? quam inter regum cognitionem? quæ populi suffragia? quę auspicia prospera? no͂ dico hæc omnia, quanquam oportuisset, si quidem pulchre se habitura res erat, nihil horum co͂suetorum ex legibus relinqui, sed si quis vnu͂ solum habet, quod possit

factū ostendere, haud ęquū censeo quę relicta sint calumniari. Quomodo igitur transgressus est ad principatum armis, & vi, & improborum coniurationibus (vt est mos tyrannis) inuitis vobis, egerrimeque ferentibus? Age vero, postquā potestatem obtinuit, quoquomodo accipiens vtrum ea vsus est regiæ, emulatus priores principes, qui dicendo, & agendo peregere ea, quibus vrbem feliciorem maioremque posteriorbus quam accepissent ipsi, tradiderunt? & quis vtique sa nę mentis hęc dicat, vides, quàm misere, pessiméque ab isto omnes affecti sim⁹, nostras quidem patriciorum calamitates, quas si quis etiam hostium diceret, fle ret, taceo pauci enim ex multis relicti sumus, humilesque ex magnis facti in pau pertatem, grauemque anxietatem, ex multis, innumerisque excidētes bonis, cla ri illi grauésque, & magni viri, per quos illustris aliquando vrbs nostra fuit: alij perditi alij patriam fugientes. Sed & res vestræ quo se modo habent quirites? an non vobis ademptæ leges? an non adempti ad sacrificia, immolationésque conuentus? inhibita comitia? & quæ ferebant suffragia? deque rebus publicis contionabantur inhibiti? Cogis enim ad omnia quæcunque seruis emptis digna sunt, misere laborare, cedentes lapides, materiam ferentes, onera in profunditates terræ, voraginesque portantes, facientes sumptum, ac ne requiem quidem malorum minimam capientes. Et quis igitur finis erit calamitatum? & quod ad tempus vsque patientes hæc sustinebimus? & quando patriam libertatem pos sidebimus moriente ne Tarquinio? & quod erit tunc plus nobis? quid non peius tres pro vno Tarquinio habituros multo scelestiores patre, quando enim factus ipse ex priuato tyrannus, tardeque incipiens malus esse, omnem tamen diligentissime explicuit tyrannicam prauitatem, quales credi oportet fore ex illo genitos, quibus genus quidem improbum, educationes prauæ, ciuile aliquid, quod fieret, aut moderatum, nec videre vnquam licuit, nec discere. Verū ne diuinetis dira, execrandaque eorum ingenia, sed vos certo cognoscatis, quales vobis educet catulos Tarquinij tyrannis, spectate opus eorūm vnius, æuo maxi. Hęc est spurij Lucretij filia, quem præfectum vrbis tyrannus ad bellum exiens declarauit, eademque Tarquinij collatini vxor, cognati horum tyrannorum, & qui pro eis multa perpessus est mala. Ipsa eñ viuere pudice volens, virumque suum diligens, vti fœminæam probam & decet, collatinoque tunc ad exercitum profecto, libidinosam contumeliam tyrannidis non potuit effugere: sed, vt captiua necessario deprehensa, sustinuit quęcunque minime fas est liberam mu lierem pati. quibus ipsa indignata, minimeque ferendam ducens hanc contumę liam, postquam patri propinquisque alijs detinentes se fortunas percurrit, multis adhibitis præcibus, & obsecrationibus, vt malorum suorum vindices ipsi fie rent, absconsum gladium in sinu nudans, vidente patre, ò quirites, per viscera exegit ferrū. O admirabilis tu quidē, summisque afferenda laudibus. Ex ista generosissima electione occisa, perditaque es, non sustinens tyrannicam contumęliā, vitę oēs paruipēdens voluptates, ne quid te tale ampli⁹ pati oporteret. Deinde tu q̄dē Lucretia muliebrē sortita sexū, generosi viri spirit⁹ habuisti. Nos aūt viri in feriores erim⁹ virtute mulierib⁹. Et tibi q̄dē q̄ a vna passa es nocte ty rannidem

Pathos.

rannídem in contaminato per vim pudore, suauior beatiorq; visa est mors, q̃ vita. Nobis aũt istud ipsum vt opinemur nõ cõstabit, quos non vnã diẽ Tarquinius, sed iam quintũ, & vigesimũ annũ vexans tyrannidem spe priuauit omni: libertatẽ adimẽs: nõ est nostrũ Quirites viuere ĩ talibus malis, qui illorũ sum⁹ virorum posteri, qui se æqua cæteris statuere dignum censuerunt, multa'que pro imperio, & gloria pericula subierunt. Atqui omnibus est duorũ alterũ eligẽdũ, aut vita libera, aut mors gloriosa. Venit enim quod optauimus tempus: sublato quidẽ ex vrbe Tarquinio, patricijs aũt aggredienđę rei huius principib⁹, nulloq; nobis deficiente, si ad opera cũ proptitudine accingamur, nõ corporibus, non pecunijs, non armis, nõ ducibus, non vllo deniq; in res bellicas apparatu. Plena enĩ horum vrbs est omnium, turpeq; est nos volscorrum, sabinorumq;, & aliorum plurium principatum postulantes seruire ipsos alijs sustinere, ac pro Tarquinij cupiditate, cõmodisq; multa gessisse bella, pro nostra vero libertate nullum. Quibus igitur facultatibus vsuri ad res gerendas simus, quibusq; societatibus (hoc enĩ mihi dicendum erat) audite, primũ dijs optima, quorũ sacra, templa'q;, & aras inquinauit Tarquinius cruẽtis manibus, ciuiliq; omni pollutione plenis, imolationes, libationesq; initians. Deinde nostra spe de nobis neq; pacis, neq; belli inexpertis. Pręter hæc, sociorũ auxilijs, qui non vocantibus nobis res nouas minime moliendas putant. Si vero videant, nos virtutem nobis vendicantes, lęti bellũ nobiscum suscipient. Tyrannis enim inimica est omnibus in libertatem esse votibus. Quod si vestrũ aliqui timẽt ciues, qui cũ Tarquinio militãt, tanq̃ eis cũ illo aduersum nos pugnaturis, haud recte timẽt. Grauis eñ illis etiã est tyrãnis, ĩnatũq; est oĩbus hoĩbus libertatis desideriũ, oĩsq; mutationis occasio satis est eis, qui sunt per necessitatẽ calamitosi. Hos enim, si esse patriæ auxilio decreueritis, neq; timor retenturus est cum tyrannis, neq; gratia, neq; aliud quicquam vi cogens, aut persuadens hominibus iniusta agere. Si vero aliquibus eorũ propter naturam prauam, mprobasq; educationes amor insidit tyrannidis, non multis ipsis hos quoque magnis adducemus necessitatibus, vt ex improbis probi fiant. Habemus enim in vrbe obsides eorum filios, & vxores, & parentes, quæ res sunt aĩa cuique propria cariores. Hęc igĩ reddere eis pollicentes, si defecerint à tyrannis, delictorũque decernẽtes impunitatẽ, ne sint ĩ metu, facile eis persuadebim⁹: quas ob causas quirites, fidẽter, spesque optimos de futuris habẽtes, ĩ certamẽ prodite bellorũ oĩm, quę nũq̃ suscceperitis, pulcherrimũ hoc statuẽtes. Vos igĩ dij patrij terrę hui⁹ custodes boni, & genij, q patres nostros ꝓtexistis, & vrbẽ oĩm religiosissimã, deoque dilectissimã, in qua geniturę, educatiõisque potiti sumus, deuouemus nos vobis sententia, sermoneque, & manibus, & animis, & parati perpeti, quodcunque numen, & fatum feret. Diuino autem conatus pulchros, felicemque finem secuturum. Inscit autem is omnibus vobis animus, vt eandem sumentes fiduciam, vna vtentes sententia seruemus ipsi, & seruemur à vobis. Talia dicente Bruto, exclamationes continuę ad vnum quidem eorum, quę dicebantur à multitudine fiebant, significantes quid vellent, & quod videbant. Pluribus aũt lachrymę etiã præ gaudio defluebãt admirabiles, ĩopinatosque auditib⁹ sermones, affectus quoque varij aĩm cuiusque occupabant, haud sibi in

Aut vita libera aut mors gloriosa.

uicem similes. Dolores enim, voluptatésque permixtæ erant. Hi quidem ex præteritis acerbitatibus, illi vero ex bonis expectatis, collidebantque cum metu spiritus, cum alij quidem tyrannidem, vt odiosam, ingratam haberent, & pro ea securitatem nolent negligere: alij vero considerantes haud facilem esse tyranni dis euersionem, vererentur insidias inferre. Vbi vero loqui desijt Brutus, velut vno ex ore omnes eandem vocem exclamarunt, duceret se ad arma, isque gauisus, si quidem, inquit, prius quæ senatui visa sunt discentes, quod statutum est firmaueritis (visum enim est nobis, proscribere Tarquinios ex vrbe Roma, Romanorumque regione quantæcunque sunt domini, genusque eorum omne, neminique licere de reditu Tarquiniorum quicquam agere, vel dicere, siquæ aliquis contraria his faciens inueniatur, ipsum mori) hanc si vultis firmam esse sententiam, diuisi in curias ferte suffragia, & hoc vobis primum esse incipiat ius libertatis. Sunt hæc facta, & vbi curiæ omnes exilium tyrannorum decreuere, progrediens iterũ Brutus dixit. Postq̃ prima confirmata sunt à vobis, vt oportuit audite etiam reliqua, quæcunque consulta sunt nobis de reipublicæ forma speculantibus, quisnam magistratus fiat publicorum dominus, Regnum quidem visum est nobis non amplius constitui oportere. Principes autem singulis annis binos creare regia potestate, quos vos in comitijs designabitis, ferentes calculos per centurias. Si igitur hæc quoque vobis volentibus sunt facta, per suffragia declarate. Laudauit quoque hanc sententiam populus, neque aduersus calculus vllus fuit. Post hæc progrediens Brutus, interregem designat, curam comitiorũ habiturũ ex patrijs legibus, spuriũ Lucretiũ: isq; solues cõtionẽ iussit oẽs in cãpũ ire, in quo eis cõsuetũ erat habere comitia cũ armis celeriter. Aduenientibusque eis, eligit duos viros, pacturos, oĩa q̃cũq; agere licebat regibus. Brutũ, & collatinũ. vocatusq; popul⁹ ꝑ cẽturias, sanxit eis imperiũ: & q̃ quidẽ sunt in vrbe, per id tẽp⁹ gesta fuere talia. Rex aũt Tarquini⁹ vt audiuit ab ijs quib⁹ licuerat añq̃ portę clauderent dilabi nũtiãtib⁹ hoc solũ, ꝙ habuerat Brut⁹ cõtionẽ populariter agẽs: ciuesq; cohortãs ac libertatẽ. Nemini alij rẽ aperiẽs: subductus est ab exercitu: assumptis filijs, amicorũq; fidissimis. Agẽsq; loris equos: ꝑuẽtur⁹ defectionẽ, sed inueniẽs portas clausas, plenaq; armis ꝓpugnacula, redit iterũ ad exercitũ, q̃ potuit celerrime: gemẽs ac dira patiẽs. Cõtigit aũt ibi quoq; iã res esse corruptas. nã cõsules celerẽ ei⁹ pręsentiã ad vrbẽ forte ꝓuidẽtes, mittũt alijs itinerib⁹ literas ad eos, qui in castris erãt: adhortãtes, vt à tyrãno deficerẽt, & q̃ visa essent ciuib⁹, in vrbe manifesta eis faciẽtes. Has aũt literas accipiẽtes, hi qui relicti erãt, à Tyrãno in exercitu Titus Erminius, & Marcus orati⁹ legerãt ĩ cõtiõe sentẽtias quoq; exquirẽtes per cẽturias: quid op⁹ esset facto. Ac postq̃ oib⁹ visum est, vt rata ducerẽt q̃ iudicata erãt in vrbe: nõ ampli⁹ Tarq̃niũ recipiũt. Isq; ab hac spe quoq; repulsus: cũ paucis fugit ad vrbẽ gabios. Quorũ regẽ designauerat filium natu maximũ, Sextũ (vt dixi etiã superi⁹) iã ipse per ętatẽ can⁹: vt qui quĩtũ iã & vigesimũ regnasset annũ. Ermeni⁹ aũt & oratius pactis cũ ardeatibus inducijs in annos quindecĩ duxere domũ exercitũ.

Sp. Lucretius.

Tarq̃nius

Erminius. Oratius.

LIBERI QVARTI FINIS.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER QVINTVS.



EGIVS igitur dominatus durans post vrbem conditã, annos ducẽtos & quadraginta quatuor, sub rege vltimo, in tyrannidẽ cõuersus his est causis per hos viros dissolutus olympiade octaua & sexagesima: qua vicit in stadio Ischomachus crotoniates, gerente Athenis annuũ magistratum Isagro: paucorũ autẽ principatu inito, primi quidem regiũ dominatũ suscipientes consules. Quatuor mensibus ad annũ illum deficientibus, Lucius Iunius Brutus, & Lucius Tarquinius collatinus, quos Romani lingua vt dixi sua cõsules appellãt: alios assumentes multos aduenientiũ in vrbem militũ ab exercitu. Post icta cum Ardeatibus fœdera: paucis diebus post eiectionem tyranni, conuocãtes populũ in contionẽ: multoq; de concordia sermones habentes, decretum iterũ sanxerũt, alterũ de eis, quę qui pri⁹ in vrbe erãt decreuerãt, exiliũ perpetuũ Tarquinijs iniũgẽtes. Posteaq; lustrationẽ vrbis faciẽtes, sacrasq; hostias cedẽtes primi ipsi superstantes, cęsis hostijs iurarũt, ciuibusq; cęteris vt iurarẽt, persuaserunt, nõ restituros se ab exilio Tarquiniũ, neq; eius filios, neq; eos: qui ex illis futuri essẽt. Neq; regẽ vrbis Romę se aliquẽ cõstituturos, neq; cõstituere volẽtib⁹ permissuros. Et hæc quidẽ de se ipsis, deq; filijs suis, deq; futuro genere suo omni iurarẽt. Sed qñ quidẽ magnorũque bonorũ authores fuisse reip. iussi erãt reges, custodire volẽtes nomẽ hui⁹ ĩperij per oẽ tẽp⁹ donec vrbs esset, iussere põtifices & augures, vnũ eligere ex senioribus, maxime idoneũ. Nullius ipsum rei alteri⁹, ꝑterq̃ eorũ quę ad diuinos cult⁹ pertinẽt pręsidẽtiã habiturũ, & ab oĩ alio ministerio ciuili bellicoq; liberũ regẽ sacrorũ vocatũ. Creatusq; rex sacrificulus prim⁹ est, Mami⁹ Papirius ex patricijs vir qet⁹ studiosus. Vbi vero cõstituta sunt hæc veriti (vt mihi videtur) ne ex hac noua forma administrandæ reipublicæ innasceretur, multis opinio nequaquam vera, ꝙ pro vno, duo reges facti essent, vrbis domini habente consulum vtroq; duodecim secures sicut reges habuerãt metum ciuibus adimere cogitarunt. Potestatisque inuidiam huius imminuere. Statuẽtes alterum cõsulum duodecim secures, procedere, alterũ vero ministros duodecim, virgarum tantũ habẽtes fasces. Et (vt quidã tradunt) etiã cornices: fieriq; securũ susceptionẽ ex conuersione: vnum mensem obtinente eas inuicẽ vtroq;. Hoc igit̃ institutũ firmãtes, prõptã efficere in perẽnitatẽ rerũ popularẽ humilemq; turbam, alia quoq; his similia perficientes non pauca, etenim leges de contractibus scriptas à Tullio, humanas eas popularésque visas, quas Tarquinius substulerat, omnes renouarunt. Sicque etiã imolationes quas & in vrbe & per agros conueniẽtes communiter popularésq; & tribules perficiebant, curę haberi iterũ statuerũt. Queadmodũ sub Iulio perficiebãtur, cõtioneq; eis restituerũt de

Rex sacrorũ primus Mamius Papirius.

rebus maximis ac feredi suffragij potestatē: aliaq; agēdi oīa quecūq; prius agere consueuerant: multi igitur voluptati erant, quæ ab illis agebantur ex diuturna seruitute in libertatem venientibus inspiratā: Inuenti tamen sunt etiā ex eis aliqui: quibus esset malorū in tyrannide desideriū ob leuitatē & auaritiam viri nō obscuri: qui in proditionem vrbis coniurarint, Tarquiniū recipere cōsules'q; interficere. Duces autē eorū qui fuerint, & quibus casibus insperatis coarguit. q̄quam omnes latuisse homines viderētur: pauca eorum quæ ante facta sunt resumens dicā. Tarquinius enim postq̄ regno excidit: tempus quoddā non multum commoratus est Gabijs. Suscipiens cōuenientes ad se ex vrbe: quibus quidē erat tyrannis libertate gratior, Latinorūque insistens spei: vt per illos reducēdus esses in regnū. Vbi vero non adhibuerunt ei mentē ciuitates: nec pro eo Romani vrbi bellum inferre voluerunt. Desperato ab eis auxilio, in etruscā profugit vrbem, ex qua ei maternū erat genus. Persuadensq; largitione tarquinatū generi perque illos in cōtionē deductus. Cognationis intulit cōmemorationē qui ei cū illa ciuitate erat. Beneficiaque percurrit quę aui sui in omnes erāt Etruscas vrbes. In memoriāque eis redigens fœdera quę cū ipso fecerāt. Postque omnia: qui se casus deprehendissent deflens: vtque ex magna excidens fœlicitate die vna, errabundus necessariorūque indigens. cum tribus filijs ad eos: qui sub se aliquādo fuerant profugere coactus esset: differens ista miserabiliter multisque cū lachrymis, persuasit populo, vt legatos Romā mitterēt conciliatorios: tunc primū inferentes sermones de se vt cōspirantibus: in ea vrbe secū potentibus laturisque ijs opem sibi ad reditum: designatis aūt legatis: quos ipse voluit, edocens eos: quæcunque opus esset dicere & agere, dāsque eis literas ab exulibus: qui cū eo erant, continentes prēces ad familiares suos ipsorū & amicos dimisit eos ferētes etiā auri aliquid. Hic'que viri Romā venientes: in senatu hæc dixerunt, postulare Tarquiniū vt accepta fide venire sine metu liceat secum paucis, primū quidem (vt æquum est) in senatum. Deinde autem: si concedat senatus, tunc in contionē ire: rationē redditurū de omnibus quę egerit, ex quo prīcipatū cœpit, iudicibusque visurum si quis accusare eū velit Romanis oībus sique excusans se persuadēsque omnibus quod nihil egerit dignū exilio. Tunc si reddant ei regimen: imperaturum se rursus quibuscunque ciues æquis conditionibus diffiniāt. Si vero maluit non amplius gubernari per regē vt antea, Sed alterum instituere formā regiminis, Tunc manere se in vrbe liceat quę prima est: atque domū habentē propriā simul cum cæteris ex æquo regi: liberarique exilio & erroribus, quę cū dixissent legati, senatum rogabant ea maxima ratione, ꝙ cum iustū æquūque esse omnibus cōstitutū esset hominibus neminē dictione causę. Iudicioq; priuari: vt ei viro etiā cōcederāt defensionē. Cui⁹ ipsi iudices futuri erāt, siq; nolēt hāc grām illi dare: vrbis cā, q̄ rogabat ꝓ eo: modeste agerēt, mun⁹ dātes, ex q̄ nihil ledendi ipsi honorē magnū videret apponere suscipiēti. Cūq; hoies, & ipsi essēt: ne supra naturā se humanā extollerēt. nec īmortales ī corporib⁹ mortalib⁹ haberēt iras, sed ꝑter sēsū suū etiā. clemēter aliqd agere sustinerēt rogātiū ipsorū cā cōsiderātes iidē prudētiū virorū eē amicitijs cōdōare īimicitias. Amētiū aūt & barbarorū īimicis pares amicos facere. His à legatis dictis: assurgēs ita locut⁹ est Brut⁹. De in gressu

Tarquinius

Legatorū verba.

Bruti responsum.

gressu tarquiniorū in vrbē viri etrusci: desinite plura dicere: latū est em̄ iam suffragiū decernens eis perpetuum exilium per'que deos iurauimus oēs. Neque esse reducturos nos tyrānos: nec reducētibus permissuros. Si verò aliquid aliud modesti rogaturi estis quod nec iuramento nec legibus agere prohibeamur: dicite. ❧ Post hoc redeuntes legati in hanc sententiā loquuti sunt. Inopinate quod nobis obuiā res fuere. Rogantes em̄ pro viro supplice rationē vobis reddere postulante, & (quę apud omnes est æquitas) in propriam gratiā reponentes: ne hoc quidē potiri potuimus. Sed postq̄ vobis sic videtur de ingressu quidē tarquinij nihil rogamus amplius: aduocamus aūt in aliud vos quoddam iustū. De quo nobis mādatū dedit patria, neque prohibens vos id facere lex vlla est. Neque iusiurādum, vt reddatis regi bona quæ auus suus possedit antea: nihil ipse vestrarū rerū nec vi, nec clàm occupans: sed à patre suscipiens idēque ad vos afferens. Sufficit .n. ei fereti sua aliquo in loco alio beate viuere: nihil vos cōturbantē & hæc quod dixissent cum legati exiuere. Consulū verò alter Brutus retinendas consulebat has pecunias, Cum multæ pro is quibus rempublicā tyranni lęserant. Multis ipsis & magnis: tum verò etiam vtilitatis causa: ne facultas ad bellum eis fierēt hę pecunię docens idem quod nequaq̄ satis esset tarquinijs bonis suis frui, neque vitam sustinerent priuatā viuere: sed romanis bellum adducerent: Alij genarū gentium conarentur'que vi ad imperiū redire. Collatinus verò contraria suadebat dicēs nō lęsisse ciuitatē pecunias tyrānorū, sed corpora. Cauerēque ipsos cēsens hæc vtra'que: ne opinionis improbæ apud omnes potirentur. Quasi propter diuitias eiecissent regno tarquinios neue iustam eis causam exhiberēt belli, tāquā ipsis re sua propria spoliatis: esse quo'que incertum dicens an pecunias recipiētes tarquinij bellū adhuc aduersus vrbem pro reditu gesturi essent alterū vero clarissimū quod fraudati bonis suis: pacem agere haud dignarētur. Talia dicētibus consulibus: multisq́ue varie alterutri assentientibus: dubitans quid agendū esset senatus: & complures dies deliberans quandoquidē vtiliora Brutus dicere videbatur: iustiora verò suadebat collatinus: cogitauit tandem vtilis iustique iudicē populum facere: multisque dictis: ab vtro'que cōsule: calculos accipientes curię triginta numero à deo parum inter vtran'que partem effecere momenti: vt vno tantum calculo vicerint qui reddi iubebāt bona: eos qui ea retinēda consulebāt. Accipientes ita'que responsum à consulibus etrusci: multum'que ciuitatem laudantes: quod iusta potius quā vtilia elegissent: nuntiarunt tarquinio vt mitteret. recepturos opes suas: ipsique in vrbe permansere: conductionē asportabiliū dispositionēque eorum quæ minime agi: ferrique possent simulantes: vt se autē res habebat: agentes pręparantesq́ue in vrbe. Quę mandarat eis tyrannus: dederant enim ab exulibus ad necessarios eorū epistolas & ab illis alias ad exules cęperāt: venientesque cum multis in cōfabulationem: volūtatem'que eorum temptātes quos captabiles inueniebāt propter sensus imbecillitatē: vt vitæ inopiam desiderium ve in tyrannide supra cęteros cōmodorum his spes subijcientes iucundas. Et vtilia pecuniasque dātes: corrumpere ipsos conabātur. Oportebat aūt (vt est verissimile in vrbe magna: multæque turbę) apparere aliquos qui peiorem reipublicæ formam, meliori anteponerēt: nec ex ignobilibus tantūmodo: sed etiā

Sētētiæ diuersæ.

Collatini sententia.

Legatorū Proditio.

Proditióis maiores.

ex illustribus aliquos in quibus erant:Iunij duo, Titus & tiberius consulis Bruti filij: tũc pubescere incipiẽtes,& cũ eis duo gelij,Marcus & malius fratres vxoris Bruti ad publica administrãda idonei. Atq; Collatini cõsulis alteri⁹ duo sororis filij Lucius & marcus aquilij ętatis illius cuius erant Bruti filij, apud quos sępe fiebant conuentus. Patre eis non amplius viuẽte, Déque tyrannorũ reditu doli cõponebãtur. Ex multis igitur cum alijs visum est mihi res romanas deorũ prouidẽtia ĩ tantã peruenisse fœlicitatem:tũ verò ex ijs quæ tunc facta sunt nõ minimũ:talis.n.illos amẽtia:& in deos offensa miseros:& insupportabiles detinuit,vt epistolas sustinuerit ad tyrannũ dare sua manu ipsorũ scriptas declarãtes ei multitudinẽ participũ cõiurationis,& tẽpus in quo impetũ in consules facturi essent. Persuasi ipsi ex missis ad se literis à tyranno quod pręscire vellet,quibus oporteret se romanis bene facere obtinentẽ imperium. Harũ autẽ facti sunt consules casu quodam tali domini apud aquilios ipsos qui nati ex sorore erant collatini adducti sunt coniurationis principes,vt ad sacra imolationẽque cõuocati. Post epulas aũt iubẽtes è cõuiuio ministros exire,& ante fores habitationis virorum ire:differebant inter se de reductione ipsa tyrannorũ, & quę visa erãt reposuerat seorsum in literis sua manu scriptis: quas opus erat. Accipientes aquilios legatis

Index sęu⁹

etruscis tradere illosq; tarquinio. Interi verò seruorum quidã vini præbitor ex vrbe cenina captiuus,cuius nomẽ erat vindices:suspicat⁹ hos viros aliquod moliri prauũ ob ministrorũ ab legationẽ:solus foris restitit ad hostium sermonesque eorum excepit, & literas ab oĩbus scriptas vidit: ad compaginẽ quãdam hostij perspicuam visum adhibuens: egrediensque domũ multa adhuc nocte vt à dominis ad opus quoddam missus ad consules quidem veritus est ire:timens ne volentes rem ipsi occultare vt cognatis prospicerẽt, Indicem cõiuratiõis perderẽt.

P. valerius

Veniens itaque ad publium Valerium:qui inter primos quatuor fuerat: qui tyrãnidem dissoluerũt, dat ei dextram, & ab eo fidẽ per iusiurandum accipi securitatis suæ. Ac eorũ quę vidit & quæ audiuit fit index: quod vt Valerius edidit:nullam interponens dilationẽ:ad aquiliorũ ædes cum magna manu clientiũ amicorum'q; proficiscit̃ sub aurorã,progrediẽsq́ue intra fores vt ad opus quoddã illud aduenien s minimẽque prohibitus: dum essent adhuc domi iuuenes epistolarum fit dominus, Comprehendẽsq́ue eos ante consules sistit. Quę verò post hęc opera fuerint alterius consulum Brutiq; magna & admirãda. Quibus maxime se extollunt romani dicenda habens. Vereor ne dura & incredibilia gręcis, videar cæteris dicere ,quandoquidem innatum est oĩbus ex effectibus proprijs qui dicũtur de alijs iudicare:& quòd credibile sit incredibile per se facere, dicã aũt nihilominus vbi dies quã primum affuit ascendens Brutus tribunal & epistolas coniuratorum recensens. Vt inuenit quę à filijs scriptæ erant:ex impressa vtram'que cęra recognoscens: post auulsa à literis manu eorum scriptis signa, legi primum à scriba eas vtrasq́ue iussit audientibus astãtibus oĩbus, deinde iussit si quid vellẽt filios ipsos dicere. Vbi verò est ausus neuter ad ĩpudentẽ se abnegationẽ verte re:iãdudũ dãnans se vtrique flebat conti nẽs aũt se parũper Brutus. Deinde exur

Bruti sęueritas ĩ filios

git ac silentium per pręconem edicens: expectantibus omnibus quem finem res ferret:se morti filios condẽnare dixit:ad quod omnes reclamarunt aut dignantes

virum

virum talem supplicium de filijs sumere. Condonareque volebant patri animas adolescentiũ. Ille autem neque voces eorum: neque vlulatus admittẽs ministros iussit abducere adolescentes: complorantes & rogãtes dilectissimisque appellationibus ipsum reuocãtes. Admirabile quidem omnibus hoc apparuit: tribuisse nihil hũc virum neque precibus ciuiũ: neque filiorũ cõmiserationi multo adhuc mirabilius eius viri illud circa supplicia eorum implacabile: neque em̃ concessit aliquem in locũ alium abductos filios extra omniũ conspectum mori: neq; ipse foro decessit: donec illi punirentur. Spectaculum acerbũ vitãs: neque sine impro peratione permisit eos decretum expellere fatũ: sed consuetudines omnes seruãs suppliciorũ atque legitima om̃ia quicũque pati statutum est maleficos. In foro omnibus spectantibus cedi eos virgis iubẽs, & ipse om̃ibus quę fierẽt pręsens tã dem colla eis dicenda securibus concessit, super om̃ia aũt præter opinionẽ, atque admirabilia huius viri erat contẽplatiuũ illud aspectans eius misericordię artifi ciale: qui cũ alij oẽs quicũque supplicio aderãt flerent solus ipse conspectus est ne quaquam filiorum fatum deflẽs, neque se ipsum miserans, aut execrans: detenturam domũ suã solitudinem. Neque aliud mole edens sed sine lachrimis & sine gemitu in obtutu permanens, alto corde pertulit calamitatẽ, adeò acer sensu erat & stabilis ad seruanda quæ iudicata essent: & ac rationem perturbantiũ affectuũ tolerãs. Occisis aũt filijs: confestim euocat collegę sui sororis filios aquilios, apud quos conuentus fiebant aduersus ciuitatem coniuratorum, & epistolas eorũ legere scribam iubens: ita vt audirent astantes defensionem se permittere, eis dixit. Vbi verò ducti sunt iuuenes ad tribunal: sine aliquo amicorũ subijciẽte, siue ipsi haud imprudentes ad genua auunculi prociderunt: vt per illũ seruandi cũ iussisset Brut⁹ lictores eos auellere: ducereque ad mortẽ, nisi vellẽt causam dicere. Dixit lictoribus collatinus: vt differrent parumper donec ipse cum collega loqueretur: prehendensque eum solũ, sępius pro iuuenibus intẽdit præces, partim quidẽ excusans eos: vt per inscitiam iuuẽtutis prauasque amicorũ cõfabulationes prolapsos in hanc sensuum corruptionem, partim verò cohortãs eum vt largiretur sibi cognatorũ animas: hoc vnũ solũ petẽti munus: nec pro aliquo alio amplius molesto ei futuro: partim quoque illud docens imminere periculum: ne tota con turbaretur ciuitas: si quicunque visi essent aliquid exulibus de reditu confecisse eos ipsi capitali poena om̃es conarẽtur afficere. Esse em̃ eos multos & ex familijs haud ignobilibus quosdã: vbi verò minime persuasit. Ad extremũ petebat ne mortem: sed moderatã aliquam decerneret in eos pœnam: absurdum esse, dicens tyrannos mulctatos esse exilio, amicos verò tyrãnorũ morte: cõtradicẽte verò etiam ad clementiorem pœnã Bruto: nec in aliud tẽpus differre iudicium sontiũ volentem: nãque vltimæ pręces collegæ istæ erant. Sed eo ipso die oẽs occidere cõminante ac iurante: mœrens collatinus quòd nullus eorũ quæ petierat se potiri contigisset. Postquã tetricus es, inquit, & amaratus: ego iuuenes ipsos eximo, eiusdẽ cuius & tu potestatis dominus. Hicque excandescẽs Brutus, nõ tu, inquit, me viuo collatine proditores patrię eripiẽs ꝑualebis. Sed & tu pœnas: quas ęquũ est non multo post dabis, & his dictis & constituta adolescentibus custodia, populum in cõciliũ aduocauit, foroque repleto turba (erat. n. in vrbe tota peruulgatũ

Aqlior̃ supplicium

Discẽsio inter Collatinum et Brutum.

filiorum eius supplicium(progrediens ipse & honoratissimos senatorum sibi assi stentes hęc dixit: Voluissem equidē ciues collatinum hunc collegā meū: de omnibus mecum eadē sentire:ac non ipsum sermone tm̄,sed operibus etiā tyrannos odisse, & cum eis bellum gerere. Sed quando quidem contraria sentiens manifeste depręhensus est mihi, neque tantū natura esse sed volūtate quoque cognatus tarquiniorum, reconciliationes cum eis tractans, & pro cōmuni omniū vtilitate cōmodum suum spectās, ego eum prohibere paro agere quę in mente habet praua ipsa & ad idē vos cohortor. Eloquar autem vobis primum in quibus fuerint. Ciuitatis res periculis deinde quonāmodo sit rebus vsus vter'que nostrū. Ciues quidam cōuenientes in aquiliorum domū, ex sorore natorum collatini, in quibus filij mei quo'que erant ambo, & vxoris meę fratres, simul'que alij cum his nō obscuri, conuentiones inter se fecerant, coniurauerāt'q; tarquinium, me interfecto nō regnum ducere. Epistolasq; de his manu sua scriptas & sigillis suis signatas missuri erant exulibus. Hęc dei nobis alicuius beniuolētia, Manifesta facta sunt ab hoc iudicante, seruius em̄ est aquiliorum, apud quos deducti illi nocte pręterita epistolas conscripserunt, quarū facti sumus domini. Titū igitur & tiberiū filios meos ipse supplicio affeci. Nec est quicquā dissolutum per meam clementiā, neque lex neque iuramentum. Aquilios autē collatinus mihi adimit, dicens nō permissurum se eos qui paria cū filijs meis cōsilia habuerint, paribus potiri pœnis. Si igitur nullam isti pœnā subeant neque fratres vxoris meę, neque cæteros proditores patriæ punire licitum erit mihi. Quid enim iusti apud eos sum habiturus quod dicam si hos sino? cuius igitur rei esse hęc putatis īditia? vtrū in ciuitatem beniuolentiæ: an cum tyrannis reconciliationū? & vtrum esse cōfirmationis iusiurandi, quod à nobis incipientes vos omnes iurati estis? an cōfusionis & periurij & si nos quidem ille latuit execrationibus obnoxius, & deis dabit quos abiurauit pœnas. Postquā tamē perspicuus est factus à nobis eum puniri conuenit. qui & paucis diebus ante tyrannis tradi pecunias persuasit vobis ne aduersus inimicos vtendas eas haberet ciuitas ad bellum, sed aduersus ciuitatem haberēt potius inimici, & nunc etiam cōiurātes de reditu tyrānorum, liberari supplicio putat oportere, illis ipsis(cui dubium)gratificans vt si redeāt, siue per proditionem, siue per bellum, has ipse prius efferens eis gratias: quęcun'que roget, vt amicus ab eis impetret, & ego posteà qui nō peperci meis, tibi parcam colatine, qui corpus quidem apud nos habes, apud hostes verò animū & qui patrię proditores seruās, me pro ea certantem interficis, cur hoc quidē? Multum absum vt faciam, immo vero ne quid tale amplius operis, magistratum à te aufero: tèque alteram suscipere vrbē iubeo, vobis autem ciues calculos dabo vocans quā primū curias, vt decernatis an oporteat hęc rata esse. Scitote aūt clare quod ex duobꝰ alterutrū habituri estis aut collatinum, aut brutum consulum. Talia dicēte eo: clamās ægréque ferēs collatinus insidiatorem'que eum & proditorē amicorum deuocās, & partim quidē calumnias refellens, partim verò pro fratruelibus suis deprecans, neque sinens aduersum se tradi ciuibus suffragia: populum acerbiorem fecit, excitauit'que diros in hæc quę dicebantur tumultus. exasperatis autē ciuibus nec excusationem sustinētibus: neque præces admittētibus, sed tradi sibi calculos iubētibus, ad cautionē

Oratio bruti ad senatores.

suscipiens hoc negotiũ socer eius spurius Lucretius vir apud populum in honore habitus,ne adiecta contumelia,magistratu simul patria'que excideret,dicẽdi veniam à consulibus petens,& impetrans primus ipse cum nõdum esset.vt scriptores romani tradunt.Potestatis huius romę cõsuetudo, vt contionaretur in concilio priuatus aliquis cõmunes habuit ad consulem vtrun'que præces, collatinum quidem admonens,ne repugnaret,neue inuitis ciuibus obtinere vellet magistratum si qui dederant reposcerent, quem à volentibus accepisset,sed sua ipse spõte deponeret,neque verbis calumnias dilueret:sed rebus habitationem'que transferret sua omnia accipiens in aliquem locum alium, donec esset in tuto respublica. Quando quidẽ id conferre populo videbatur hoc quęque cogitans quod alijs quidem delictis vbi perpetrata sint, solent irasci omnes, in proditionis autẽ tantum modo suspitione prudentius esse dicũt. Vanue etiam metuentes cauere, quẽ contemptui indulgentes ipsos posteà euersum iri. Bruto verò suadens ne cum pudore & opprobrio collegã eijceret vrbe,cũ quo optime patrię cõsuluisset, sed si ipse sustineret magistrratũ deponere, patria'que volẽs cedere res eum omẽs suas permitteret per otiũ componere, & munus aliquid de publico adijceret,vt solamen haberet calamitatis. Eam gratiam à populo hæc vtrũ'que admonente eo viro, laudantibusque sermonem ciuibus. Collatinus quidẽ valde seipsum cõplorans si propter misericordiã cognatorum reliquere cogerentur patriam nihil ipse iniuste agens magistratu se abdicat, Brutus aũt collaudãs eum quod sibi vtilia patrię quę consuluisset hortabatur vt neque sibi, neque patrię infensus esset sed alteram suscipiẽs habitationem eã esse duceret relictam patriam. Nullo neque sermone nec opere communicans, cũ inimicis aduersus eam. Peregrinationẽ'que existimans: Migrationem hanc esse, non relegationem aut auxiliũ: Corpus quidẽ apud suscipientes se haberet, auũ verò apud emittentes. Hæc'que huic viro subijciẽs persuasit populo, vt dono ei de publico viginti darent talẽta & ipse quinq; de suo addidit. Tarquinius igitur Collatinus tali casu decidẽs Lauiuiũ abijt matrẽ vrbem latinorum generis in qua defunctus est senex. Brutus autem haùd æquum censens imperare se solum,neque volẽs in suspitionem venire ciuibus quod principatus vnici desiderio adductus collegam patria eiecisset conuocato statim populo in campũ,in quo eis cõsuetũ erat Reges cæterosqúe magistratus creare,collegam sibi id consulatu eligit publium Valerium ex sabinorum (vt dixi) genere oriundum, virum quidẽ cum studiorum multorũ aliorũ gratia laude admiratione que dignum, tum verò vitæ plurimũ frugalitate (Philosophia eñ quędã percepta per se ei inerat quam in multis rebus ostendit,de quibus dicã posterius). Cũ hoc itaque vna vtẽs in omnibus sententia, omnes eos qui de reditu exulũ coniurauerant supplicio quãprimum affecerunt, indicem'que coniurationis seruũ libertatis ciuitatisque participatione donatum, multis quo'que pecunijs honorãt. Posteàque tres institutiones vtilissimas reipublicæ inferentes, ciues omẽs ad cõcordiam induxerunt, inimicorum'que imminuerunt sodalitates. Fuerũt autem institutiones horum virorum tales. Primum quidem ex pręstantibus in populo centum viros eligentes patricios ipsos fecerunt, expleuerunt'que ex eis senatum vsqúe ad trecentorum numerum. Deinde bona omnia tyrannorum ferentes in

Sp. Lucretius.

Cõsilium.

Nota.

Collatin⁹ cõsulatu ꝑuat⁹ exulat apud Lauinium.

Brut⁹ solus consul.

Pu. valer⁹ consul.

Tres institutiões reip. vtilissimę.

Ager martis vbi iuuenes exercebãt ad bella

publicũ ciuibus omnibus exposuerunt, cõcedentes vt quantũcun'que ex eis caperet quisquis obtineret, agrũ'que omnem quãtum illi possederant, ijs qui nullã haberent sortem diuisere, annum tantũ excipiẽtes campũ qui inter vrbem & flumen iacet, quem sacrum esse marti antea decreuerant, equis pratũ atque iuuenibus exercentibus se ad bellicas meditationes. Ludũ oportunissimũ hunc autem prius quo'que huic deo sacrũ ascribens sibi tarquinius seuerat. Argumẽtum aũt huius rei maximũ id quòd à consulibus factũ est tunc de frugibus quę in eo erãt nãque omnia tyrannorum bona abducenda ferenda'que populo permittentes, id quod in campo illo natum erat frumentũ, aliud in areis adhuc iacens, aliud in culmis, & quod etiã iam tritũ erat auferre nemini permiserũt, sed vt execrabile, nec idoneũ quòd in ædes importaretur iaciendum in flumen esse decreuerũt, extat que nunc monumentũ clarũ eius rei. Insula satis magna Esculapio sacra quę flumine circũluitur, quã ex aceruo dicunt stramenti putrefacti crassescẽtisque adijciente limum etiã riuo esse factam atque romanis qui cum tyranno profugerant creditum in vrbem sine metu, sinéque delicti alicuius recordatione cõcesserunt. Viginti eis dierum tempus pręfinientes, intra quã pręfinitionem. si non redirent mulctam eis statuerũt exilia perpetua & bonorum quę possederãt publicationẽ. Hęc virorum horum instituta eos quidem, qui tyrannorũ fruebãtur bonis quãtiscun'que ne ab eis auferrẽtur rursus quę habebãt cõmoda sustinere ipsos periculum omne coëgerunt eos verò qui in metu erant, ne eorum qui in tyrãnide præter leges egerant, causam dicere cogerẽtur, preciũ sibi existimantes esse liberari metu, vt nõ amplius pro tyrãnis sentirẽt. Sed vt pro vrbe coëgerunt. His pactis, ad ea quę ad bellum gerendũ pertinerent cõuersi. Primũ quidem eas quę suberãt vrbi vires cõpulerunt in campo sub signis ducibusque constitutus ad militarem disciplinam exerceri audientes ipsi ex omnibus etruscis vrbibus exercitum in se exules congregare. Duasque eis vrbes palàm reditum procurare. Tarquinios ac veios magnis vtrasque viribus exque vrbibus cęteris aliquot voluntarios, alios ab amicis paratos mercede conductos alios. Vbi verò exiuisse cognouerũt iam hostes ire eis obuiã statuerunt, atque priusquã transirẽt illi flumẽ, ipsi copias traijcientes progrederẽtur vlterius, castrametatique prope etruscos sunt in prato vocato iunio, iuxta nemus sacrum herois orati, contigit autem & multitudine prope pari esse vtrosque & pari eos prõptitudine descendentes in pugnam. Primum igitur fuit eis certamen equitum quoddã breue, simul atque se inuicẽ cõspexere. Antequam pedites cõsiderẽt, in quo de se experimentũ capientes ambo nec vincentes nec victi, ad sua vtrique castra rediere. Deinde pedites equitesque prodierunt instructi eodem vtrique modo, mediam aciẽ peditum facientes inque cornibus equitatum collocãtes, ducebat autẽ dextrũ romanorũ cornu Valerius cõsul, oppositã habens veientibus stationem, sinistrum Brutus, qua in parte tarquiniensium erant copiæ, quas earũ duces Tarquinij filij adornabant, conserturis vero manum eis, progrediens ex etruscorũ acie. Vnus filiorũ Tarquinij Arronis nomine. Robore quidẽ validissimus magnanimitatéque clarissimus fratrũ oĩm equũ proprius romanos agens. vnde vocem faciẽque eius oẽs cogni turi essent, sermones aduersus ducem romanũ Brutũ cõtumæliosa, iacebat verba polutum,

Insula escu lapio sacra

Iun. pratũ

Arrons.

eum

eum sanguine filiorũ vocãs, & ignauiã timiditateq; ei exprobrans. Postremoq; eum in certamẽ pro oĩbus prouocans solum sibi cõgressurũ, atq; ille aut dignat⁹ improperia sustinere, equũ agit ex acie. Negligens reuocantes amicos ad decretã fato mortẽ vi raptus, similiq; vtrique animo rationẽq; habentes eorum qui passuri essent nullã: sed eorũ, quę vellent agere equos. vrgent in aduersum adigentes inferuntq; infestis hastis vterque alteri per clipeos & per thoracas vulnera incurabilia: alter quidẽ intingẽs in latera ferri aciẽ. alter vero in alia: cõcurrẽtesque aduersis pectoribus eorũ qui delati impetu, in posteriores reijciunt pedes & retorto collo, vterque ascensores suos excutiunt: sicque illi corruentes multũque effũdẽtes sanguinis per vulnera animãque efflantes iacebãt. Alię aũt copię vbi colassos viderũt duces intrudũt se aduersum cũ clamore magno & armorũ strepitu. Fitq; maximũ certamẽ omniũ peditũ: atq; equitũ, & fortuna vtrisq; similis. Nã romani dextrũ cornu obtinẽtes cui alter pręerat cõsulũ valeri⁹. Vicere veniẽtes persecutiq; vsq; ad castra repleuere cadaueribus campũ. Etrusci vero dextrum habentes cornu quos ductabãt titus sextusq; tarquinij regis filij: leuũ cornu romanorum auerterunt: propiusq; vallum accedentes nõ abstitere quin tẽperarẽt an ex inuasione possent munitiones romanorũ capere. Multa aũt accipiẽtes vulnera ab ijs qui intus stabãt reuertere: erãt eñ relicti castris pręsidio hi qui triarij appellantur veterani & multorũ bellorũ experiti: quibus vltimis, vbi spes omnis amissa est in certamina de maximis rebus abutunt. Ac iã sole inclinante ĩ vesperum in sua vtriq; castra rediere: nõ tã lęti ipsi victoria q̃ multitudine amissorũ męsti. Siq; pugna eis alia opus esset: hunc satis sibi ex relictis esse viriũ putãtes, multis saucijs ad certamẽ aliud committendũ, maior aũt erat apud romanos anxietas: rerumq; desperatio ob ducis mortem opinabanturq; multi melius esse relinquere vallum anteq̃ dies fieret. Talia vero cogitantibus disputantibusque eis inter se circiter vigiliam primã ferme ex saltu iuxta quem habebant castra vox quędam apud vtrasque capias audita est clara adeo vt exaudirent omnes siue ob tinentis nemus herois, siue fauni. Nã huic genio ascribunt romani: qui sunt pau cos: & quęcunque apparentia, quæ quandoq; formas varias mutantia metum afferentes in conspectum hominum veneunt. Sicq; voces larium perturbantes auditũ esse huius opus dicunt: ea vero vox genij confidere cohortata est romanos vt victores, vno esse plus declarans hostium mortuos. Hac voce elatum dicũt Valerium. Multa adhuc nocte impulsum esse ad etruscorum vallum, atque multos eorum interficientem: reliquosque expellentem castris potitũ esse. Huncque finem ea pugna habuit: die vero postero legentes romani spolia mortuorum hostium, suosque sepeliẽtes tollentesque Bruti corpus, cũ multis laudibus & lachrymis reportarũt romã. Pręclari equitũ coronis ornatum victorialibus obuius'q; senatus iuit: cũ decreuisset ornare triumpho ducem, sicq; populus omnis crateribus mensisq; excipiens exercitum: atque vbi in vrbem venere, pompam ducens consul (vt mos erat regibus) cum tropheis ofertas ipsi pompas imolationes'que perficiebat: spoliaque reponens deis. Illam diem sacram duxit, illustrissimoque ciuium: dans epulũ. Suscepit die verò sequẽti obscurã assumẽs: vestẽ. Brutique corpus proponens in foro, ornatum decenter in lectulo aduocauit in contionem

Bruti arrõtisq; cõgress⁹ & mors

Triarij.

Fauuus.

De funereis orōnibus. populum, atque procedēs ad pulpitum, in laudē eius funereā orationem habuit. Vtrum igitur valerius primus hanc legē romanis cōstituit, an ante positā à regibus acceperit, nō habeo quod certum dicā, quod vero inuentum est hoc romanis vetus ī funeribus insignium virorum virtutis eorum laudes dici, neque ipsum greci prius instituerunt ex publica discens historia sanè scio, q̄ & poetarum vetustissimi & historicorum elegantissimi cōscripserunt. Certamina em̄ sepulcralia super gloriosis viris gymica, & equestria edita à propinquis eorum narrāt: vt ab Achille super patroclo & adhuc prius super pelope ab Hercule: laudationes aūt dictas super eis non scribunt preterq̄ Athenis tragedi, qui adulantes ciuitati in sepultis à Theseo: hoc etiā consixerunt. sero enim Athenienses funereā laudē legi apposuerunt: siue ab his qui in artemisio & in selamine inq; plateis pro patria occubuerunt, siue à rebus in Marathone gestis. Sunt autē opera illa etiā marathonia Bruti sepultura. Siquidem cepere ab his primū laudationes defunctis dici annis quindecim posteriora. Si quis autem speculari desinens, quisnam primi fuerint funereas instituentes laudationes, legem ipsam per se velit discere apud vtros habeat melius tanto prudētius positam apud hos: q̄ apud illos inueniet: & quanto Athenienses quidem super sepultis tantum bello haberi orationes funereas vidētur instituisse ex vna ipsi circa mortē virtute etiā si in cæteris leuis aliquis fuerit æstimari oportere putantes bonos. Romani vero omnibus claris viri sine bellorum illi accipientes ducatum siue ciuilium negotiorum presidētias. Prudentia consilia actionesque ediderint pulchras, hunc honorem haberi instituerunt, neq; tantum bello morientibus, sed et ceteris qualicunq; functis vitæ fine laudari ipsi ex qualibet per omnē vitam virtute oportere putans bonos, non ex vna circa mortem gloria.

De Bruto. Iunius igitur Brutus: is qui regium dominatū expulit primusque creatus est cōsul: sero quidē in claritatē proueniens inq; ea breue florens tēpus, romanorū omniū clarissimus apparens, tali fūctus est fine, prolē ipse virilē nullā neq; muliebrē linquēs, vt q certissima sunt perscrutati romanorū scribūt cōiecturas, cum aliàs multas huis rei afferētes, tū super oīa id q̄ vix refellibile est: q̄ patritij fuit ille generis. Qui vero ex illa se dicebāt esse familia iuniiq; & Bruti oēs plebei erāt magistratusque petebant, quos lex genere plebeios sinit, edilitatesq;, & tribunatus, consulatum vero nemo preter patricios petebat. Sero autē aliquando hoc etiam potiti sunt magistratu posteaq̄ plebeis quoque consessum est eum capere. Sed de istis quidē considerare, his relinquo quibus est curæ, quorū q; refert verū scire.

De Valerio. Post mortē vero Bruti: collega eius valerius plebi suspectus fit tanquam sibi regnū comparās. Primum quidē quod imperium solus obtineret, cum oportuisset ipsum statim collegā eligere, sicut Brutus fecerat collatinū eijciens. Deinde quia domū sibi inuidioso loco extruebat, collē eligens īminētē foro modice altum & preruptū, quē romani veliā vocāt.

Velia. Sp. Lucre. Audiens autē ab idoneis viris ille q̄ offenderet ista populū, comitiorū proponens diē consulē designat, spuriū Lucretiū qui nō multos dies obtinēs īperiū morit̄. Inq; locū ei⁹ Marcū oratiū substituit, domūq; trāstulit ab eo loco collis infra, vt liceret romanis, vt idē cōtionās dixit ferire ipsum à sublimi superne lapidib⁹, si quid iniuste agētē eū deprehēdissent, certaq; fidē capere libertatis volēs plebeios, abstulit à fascib⁹ secures, cōstituitq; futuris

turis post se consulibus consuetudinem, quę ad ætatē meam vsque permansit, vt cum extra vrbem essent vterentur securibus, intus vero tantū fascibus ornarētur. Legesq; posuit humanissimas, auxiliūq; ferētes plebeijs. Vnā q̄dē in qua clare esse aliquē vetuit romanorū magistratū q nō acciperet à populo imperiū capitalē imponēs pœnā si quis extra hęc egisset, Et qui eū occidisset īsontē faciēs. Aliā aūt in qua scriptū est. Si magistratus aliquis romanū quē q̄ interficere verberibus 've cedere, aut mulctare vellet pecunijs, Licere vtiq; priuato illi à magistratu ad populū prouocare patiq; eū interim à magistratu nihil, donec populus suffragia de eo ferret, ex his autē institutis in honore habitus est apud plebē, imponiturque cognomē ei publicola. Vult autē nomē hoc, lingua gręca significare democē: & quę anno illo perfecta sunt à consulibus fuere talia. sequēti vero anno designatur & ipse iterū consul valerius & cū eo Lucretius, sub quibus nihil gestū est aliud mētione dignū q̄ quòd censuere factæ sunt cōstitutiones cōferēdorum tributorum in bella, ita vt eas Tullius rex lege sanxerat, per omne ipsas tēpus Tarquinij prīcipatus intermissas. & cū primum ab his viris renouatas, ex quibus q̄dem eorum qui in pubertate essent romani inuenti sunt ad centū & triginta milia, & in oppidū signiā missus est romanorū exercitus. Præsidio futurū loci eius ad latinorum & hernicorum vrbes positi, Vnde bellū expectabāt. Publio autē valerio publicola tertium ad eundē designato magistratū, & cum eo Marco oratio iterum rex clusinorum qui in etruria erāt, Larces nomine, cognomine Porsena. Cōfugiētibus ad se Tarquinijs pollicitus est eis duorū se alterū effecturū aut recōsiliaturū eos cum ciuibus de reditu susceptiōeq; imperij aut recipiētē se, quę ablata erant eis bona redditurū. Vbi vero missa legatione Romā ferente mixtas prouocationibus minas: neq; recōsiliationes eis neq; reditū iuenit: causante senatu execrationes & iusiurādū habitū aduersus eos, neq; bona eis recuperauit, illis inter quos diuisa erant. Et sorte data haud dignū cēsentibus ea reddere, cōtumęlie se habitū apud romanos dicēs, patique grauia ꝙ ex postulatis à se, neutrū impetrasset vir arrogans, sensuque corrupto opibus & imperio maxima atque pecunijs opinatus est se causas habere pulchras dissoluendi romanū imperiū iā pridē etiā id volens, induxitque eis bellū ꝙ cū eo itē suscepit volēs omnē demōstrare prōptitudinē Tarquinij gener octauius Manilius ex vrbe descēdens tusculo camerinos & antēnates, q latinorū praticipes erāt generis adducēs oēs. Cū defecissent iam à romanis palā, atque ex alijs eiusdē gētis vrbibus. Nolētibus ipsis aperte cō federate vrbi, magnasque habenti vires, sine causa necessaria bellū inferret volūtarios cōplures gratia persuasos. Hęc intelligētes romani consules primū quidē pecunias ex agris & pecudes mācipiaque in mōtes proximos traducere colonos iussere: pręsidiū munitis locis īponētes idoneū ad seruandos qui in ea confugiebant, deinde rupē ianiculū, vocatum est enī mōs altus prope Romā trāsflumē tiberi validioribus firmās munitionib⁹ & pręsidijs ꝓuidētes oīno ne fieret locus hostibus opportun⁹: aduersus vrbē cōmunitus, ibique apparatus in bellum reponunt, & intra vrbē magis oīa populariter cōstituunt, multa agētes per humana i egenos, ne ad tyrānos trāsmutarent, rēque publicā lucri ꝓprij causa ꝑderent, & enim īmunes eos esse oīum decreuerūt tributorū cōmuniū, quæcūq; illi sub re=

Leges æq̄ sunt.

Porsena.

Octauius. Manilius.

gibus impendebāt. nihil itē conferentes illos ad ea quę in res militares & in bella absumebantur: magnū ipsi esse lucrū putantes reipublicæ, Si modo eorū corpora habituri essent pro patria periclitātia, atq; vires exercitatas multo ante & pręparatas, in cāpo igitur ante vrbē sito castra posuere. Rex aūt Porsena exercitum adducēs inuasione subita ianiculū occupat stupefaciēs custodes. Imponit ei pręsidiū ex etruscis: deinde vrbē versus properās: vt eā quoque sine labore sibi subiecturus, vbi propius pontē fuit atque romanos cōspexit ante flumē cōsidētes: apparabat se ad pugnā tanq̄ eos multitudīe cōculcaturus, adduxitque cū multo cōtemptu, copias. habebant enim sinistri cornu ducatum Tarquinij filij Titus & sextus ductantes exules romanorū: & ex vrbe gabijs id ꝙ erat robustissimum ad uenarūque & mercenariorū militum manum non exiguā, dextri vero Manilius Tarquinij gener, sub quo latini qui à romanis defecerant constituti erant. Mediā aciē Porsena obtinebat. Romanorū aūt cornu dextrū ductabāt spurius Martius, & Titus Erminius oppositi Tarquinijs. sinistrum vero Marcus valerius consulū alterius frater publicolę. Titus'que Lucretius: qui superiore anno consul fuerat, aduersus Manilium & latini constituti, mediū autē inter cornua vterque consul: vtq; ventū est ad manus, pugnabant vtriq; strenuę diuq; hostibus obstiterūt Romani peritia ipsi armorū & tollerātia pręstātes eis. Multitudine vero lōge superati ijdē ab etruscis & latinis, permultis aūt vtrinq; cadentibus, inuadit timor romanos. Primū quidem qui sinistrū habebant cornu, vbi duces conspexerunt valerium & Lucretium saucios asportatos ex acie. Deinde eos etiam qui in dextro cornu pugnabant iam vincentes Tarquiniorum copias idem occupat timor: constructione sociorum videntes fugientium in vrbem omnium confertorum, per quę vnum pontem coactorum, sicque impetus fit in eos magnus parumq; abfuit, quin vrbs per vim caperetur, sine muro ipsa secundum flumē: si in eam irrupissent, simul cū fugientibus persequētes. Qui vero impetū hostilē arcentes seruauerunt exercitū, viri tres fuere, spurius Martius, Titusq; Erminius: qui dextrū cornu obtinebāt ex senioribus: exque iunioribus publi⁹ Oratius, qui ex defectu alterius oculorū in pugna effossi Cocles vocabatur, forma ipsa hominū pulcherrim⁹ animoque egregius. erat eñ fratruelis alterius cōsulum Marci oratij, ducebatque genus à trigeminorū vno Marco oratio, qui trigeminos albanos vicit: cū de principatu contendentes hę ciuitates, & bellum constitute conuenerunt: ne totis viribus periclitarentur, sed ternis tantū ex vtraque viris, vt in prioribus declaratū est libris. Hi igitur soli, post tergū facientes sibi pontē, multos transitu prohibebāt & id vsque in multū tēpus. permanebatque in ingressu ipso varijs impetiti telis multorum ictibus, gladijsque manu percussi, donec flumen exercitus transgressus est omnis. Vbi vero in tuto esse suos ipsis visum fuit: duo ex eis Erminius & Marcus corruptis iam per continuas percussiones protegentibus se armis: reuersi sunt recessim. Oratius autē reuocātibus eum ab vrbe cōsulibus reliquisque ciuibus, plurimi quidem facientibus illi talē seruari virū patriæ & parētibus solus nō obtemperauit sed perstitit vbi erat primū iubēs Erminiū cōsulibus dicere verbis suis, vt pōtē rescinderēt ab vrbe prope. erat aūt eo tēpore lignis struct⁹ vn⁹ sine ferro ex tabulis ipsis colligatus, quē & vsq; ad me talē custodiūt romani. Mādauit'que

Cocles.

uitq; his viris, vt cum plura dissoluta essent pontis ipsius: essetq; eius parua pars reliqua indicarent sibi signis aliquibus, siue voce altiore. De reliquis autẽ curę sibi fore: hisque mandatis in ipso prestat ponte, congredientiumq; cũ eo alios gladio percutiens : alios clipeo reijciens, omnes repulit irrũpentes. Nõ enim audebant cũ eo manũ amplius cõserere, qui persecuti erant Romanos: vt furibũdo atq; letifero. Neq; erat itẽ facile adire eũ à dextra leuaq; obiectũ habentẽ flumẽ & à fronte quoq; armorũ cadauerũq; cumulũ, sed Eminius congregati stantes Lanceis cũ iaculis lapidibusq; missilibus infestabant : & quibus ista deerant: gladijs clipeisq; mortuorũ, repugnabatq; illa missis in se armis eorum vtens : ac debebat: vt est verissimile in confertos semper mittens aliquo potiri signo. Iamq; vulnerum telorũq; multitudinẽ in multis ipsum corporis habẽtẽ partibus: vnũ vulnus ex latere: quæ per alterã coxarũ super caput fœmoris. Illata est aduersa magnis eum afflixit doloribus: gressumq; offendebat. Verũ vbi exclamantes audiuit post dissolutã esse magnã pontis partem detrahitur cũ armis in fluuiũ: tranansq; defluxũ eius magna cũ difficultate: etenim scissus ex substãtacultis tabularum riuus vortices erigebat magnos: enauit in terram, nihil armorũ in quibus erat prorsus abijciẽs. Hoc ei sanè opus gloriã peperit immortalẽ confestim enim coronatũ ipsum romani in vrbem tulerũt laudes eius canentes, vt herois alicuius: omnisque domi manens turba effundebatur desiderans donec adhuc superesset eum aspectu vltimo cõtemplari, videbatur enim ob vulnera haud quaq̃ diu victurus. Atq; vbi mortẽ effugit, statuã ei in armis æneã populus posuit in præclaro fori loco. Deditque ei publice regionis tantũ: quantũ ipse iugo boum vna die circumararet. Præterque data publice secundum capita vir vnusquisque & mulier quo tempore valde grauis cibariorum necessariorum penuria omnes detinebat. Largiti sunt vnius diei alimonium plures ipsi simul omnes trecentis milibus. Oratius igitur tali demonstrata virtute dilectus quidem carusq; si quis alius. Romanis fuit. Verum ad reliquas res ciuitatis gerendas inutilis ex incessus defectu: propterque eam calamitatem neque consulatu, neq; ducatu aliquo militari potitus est, sicq; idem admirabile demonstrans opus in eo certamine romanis laudari dignus est fortitudinis gratia: si & quis alius clarorũ hominum præterq; hunc etiam caius mucius, Cui codrus cognomen erat. Vir ex claris parentibus, ipse quoque se in conatum imittẽs magistratum, de quo paulopost dicam: narrant primum in quibus esset tunc vrbs periculis. Post illam enim pugnam rex etruscorum, in monte proximo, vnde præsidium romanorum eiecerat castra metabatur: regionem omnem trans tiberim in potestate habens filijq; Tarquinij & gener eius manilius cimbis ratibusque traijcientes vires suas in alteram partem fluminis romam versus in munito & ipsi loco vallum iaciunt, vnde inuadẽtes romanũ populabãtur agrũ, caulasq; euertebant & exeũtes pastum ex locis tutis pecudes inuadebant. Obtinentibus verò hostibus, cãpestria oñia nec ex agris importatis cibarijs, nec per flumen ductis aliquibus nisi raris, subita rerum secuta est necessariarũ penuria, consumentibus multis milibus quę parata erant, non multa post hæc famuli relinquentes dominos multi quotidie transfugiebant, atque ex populari multitudine pessimi ad tyrannos deficiebant. Quæ

Cocles iterum.
Renumeratio.

videntibus consulibus. Visum est vt latinos quidem rogarēt eos qui adhuc reue- reri cognationem & in amicitia permanere videbātur vt sibi mitterent quāpri- mū auxilia, inque cumas cāpanię ac in pomentani cāpi vrbes legatos mitterent, postulaturos vt cōcederent sibi frumenti eductionē, ac latini quidem eos frustra ti sunt auxilio tanquam pium sibi nō esset, nec cum Tarquinio nec cum romanis bellum gerere, quando quidē data essent de amicitia cū vtrisque iuramenta. Ex pomentino verò campo Marcus & Erminius missi ad conuehendū frumentum legati multas scaphas onerantes omnis generis cibarijs à mari contra flumen no cte silēte luna, latētesque hostes ea cōuexerūt hoc aūt foro rerū venaliū celeriter cōsumpto eadēque inopia eos homines detinente cognoscēs ex profugis etruscis q; clausi intus fame laborarēt, præcones ad eos misit, mperās vt Tarquiniū reci perent, si vellent bello famēque liberari. Nō acceptātibus aūt romanis iussa, sed

Mucius. grauia omīa sustinere volentibus Cognoscēs Mucius quod duorū alterū eis euen turū esset aut vt non diu in eisdem permanerent cogitatis indigentia necessario- rum coacti, aut seruantes cōstanter iudiciū miserabili perderētur fato, adit consu les rogat'q; eos vt sibi senatū cogerēt tanquā magnū esset quiddā necessariūque

Oratio. allaturus. Quod vbi factum est, conatum inquit patres audaces ipse excogitans, per quē pręsentib[9] liberet vrbs malis valde quidē fido operi meq; voti puto faci le potentē fieri, de mea verò anima. An superstes futura sit operi, haud spē equi- dē magnā habeo, immo verò (si vera dicere oportet) nullā in periculū igitur me demissurus tantum aut æquū censeo latere omnes rebus magnis sublatus nec si conatu me contingat excidere, nō ex pulchris cōtingat operibus, me magnarum potiri laudū, ex quibus mihi pro mortali corpore, immortalis extet gloria. Po- pulo eṁ aperire qui cogito nequaquā tutū ne quis propria amplectās lucra, hæc ad hostes deferat, quibus opus est, vt arcanis mysterijs custodia vobis verò quos tenaciter hæc secreta habituros credidi primis solisque efferre cogitaui à vobis enim ea ciues de hinc alij tempore oportuno discent, conatus autem talis qui- dam est meus, vt personam assumēs trāsfugæ ad etruscorum vallum pergā siq;

Pulchre. minime fidem faciens apud eos moriar, vno tantū pauciores reliqui ciues eritis, si verò vallum licebit ingredi, regē vobis ipsum hostiū me interfecturū pollice or. Moriente aūt Porsena, vobis bellū dissolutum erit. Ego autē si quodcūq; vi- sum erit numini patiar, horum cōsocios vos habiturus. Apud'que populū testes iam habeo. Meliorē fortunam patrię, Vię ducē faciēs, laudatus ita'que à senatu, captisque augurijs de actione prosperis trāsgressus est flumen. Aduenièsque ad etruscorū vallū ingreditur deceptis portarū custodibus, vt eiusdem gentis vnus armorum nihil manifestū habens & etrusca lingua loquēs quā puer adhuc, à nu- trice doctus etrusci generis deciderat. Atque vbi ad forū & prætoriū venit, vi- det hominē magnitudine corporis roborēque excellentē, iuste quo'que indutum purpurea & in prætorio sedentem tribunali, circaq; eum stantes armatos plures. Deceptus aūt opinione, vt qui nūquā etruscorū vidisset regē, hunc virū esse su- spicatus est Porsenam (erat autem is regis scriba, inque tribunali sedebat, dinume rans milites perscribensque cibaria,) ad hūc igitur scribā pergens per circūstantē turbā, & ascendens vt inermis & à nemine prohibitus tribunal, educit gladium,

quem

quem occultum sub amictu habebat, feritque hominē per caput, quo vno vulnere moriente illo, statim ab ijs qui tribunal circundabant ad regem, qui iā de cęde scribę audierat ducitur. Isq; vbi eum vidit, ò scelestissime, inquit, oīm, pœnasque daturus, quibus es dignus breui, dic mihi quis es, & vnde venis, & cui fidens auxilio aggressus es opus huiusmodi & vtrū scribam meum solū interficere, an me quo'que propositū tibi fuerit? & quos habes insidiarū socios? occuleque veri nihil, nec cogaris torctus dicere? hinc'que MVCIVS, neque coloris mutatione neque vultus demissione horrorē aliquē significās neque alia perturbatione vlla quibus affici morituri solent. Ego, inquit, sum romanus, nec quacunque causa, sed patriā liberare bello volēs. Veni ad exercitum vestrū tanquā vnus ex transfugis, interficereque te volēs nec ignorās quod vel pulchre exequēti mihi hoc facinus, vel spe fraudato moriendū prorsus esset. Largiri aūt ei à qua accepissem patrię vitā eligens, pro'que mortali corpore, immortalē gloriā relinquere, deceptus cū se hac spe pro te quē non debebā, scribā tuū interfici, purpura & sede signisque alijs potestatis seductus, mortē igitur, cui ipse me deuoui, cum ad actionē hanc accingebar non deprecor. Cruciatus aūt cęterasque cōtumęlias depręcor, quas si mihi remittis, data fide per deos polliceor me tibi magnæ rei & qui ad salutē tuā ꝑtineat futurū indicē. dicebat autē hęc studēs eum eludere. ille autē extra sensum factus simulque diuinās sibi pericula à multis homibus nequaquā vera, dat ei per iusiurandum fidē. ☙ Post quod excogitās MVCIVS nouissimū fraudis modū, qui refelli palam nequiret, trecenti inquit, ò REX romani viri eiusdem ætatis, generisque omnes patritij conuenientes te occidere constituimus, accepta dataque inter nos per iusiurandū fide. Vsum'que est nobis cōsultantibus, Quis esset modus insidiarum optimus non eundum esse nobis vna ad hoc opus omnibus sed singulis, neque alterū alteri aperire quando aut vbi, aut quomodo quibusue facultatibus tibi insidiaretur, vt adesset latēdi à nobis opportunitas facilior hęcq; cogitātibus nobis, fortesq; iacientibus, sors prima. Mea rem aggrediēdi fuit, tūq; igitur pręsciēs quod multi strenuique eandem opinionem mecum sunt habituri gloriæ desiderio quorum si modo vnus meliore fortuna quā mea fuerit vtetur. Cōsidera quænam tibi aduersus oēs futura sit cautio. Vbi verò rex hęc audiuit illum quidē abducentes satellites deligare iussit custodiriq; diligenter. Ille verò amicorū fidissimos assumens, & ARVNTĒ filium iuxta sedere iubens, deliberabat quinā agendo posset frustrari horū insidias. Cęterorū igitur vnusquisque fatuas cautiones eloquens sentire nihil videbatur opportunū, filius aūt postremo sententiā protulit sua ipsius ætate seniorē haūd spectandū ei esse cēsens qualibus vtendo custodijs, Nihil esset passurus graue. Sed quid agendo potius nō egeret cautione. Admirātibus aūt sensum eius oībus, & queādmodū istud fieri posset discere postulātibus si amicos, inquit, pro hostibus efficeret sibi rex hos viros pręciosiorē q; animā suam duceret reditu in vrbē vna cū TARQVINIJS exulum. Ac pręclare rex quidem eū sentire ait, sed rem dignā esse consilio, queādmodū decentes fierent cum romanis reconciliationes, esse maxime pudēdū dicēs, si qui pugna eos vicisset & inclusos teneret muris abiret nihil per quod TARQVINIVS reciperetur peragēs, tanquā victus à victis ipse simul & fugiens eos qui ne è portis quidē egredi amplius

Mors scribæ.
Porsenæ verba.
Verba mucij.
Arrūtis filij porsenæ consilium.

sustinerent. Vnam autē pulchrā tātum demonstrabat inimicitiarū dissolutionē fore, si ab hostibus veniret ad se facturi verba aliqui de amicitia, & hæc tunc quidem ad filium & ad astantes. Verū paucis post diebus coactus est, prior ipse recōciliatorios sermones incipere propter causam huiusmodi dispersis eīn per regionem militibus, & quę in vrbē ducerentur auferentibus idque facientibus assidue, romani cōsules dispositis opportuno loco insidijs multos eorū perdunt. Et occisis adhuc plures captiuos ducūt, quā rem grauiter ferētes etrusci, disputabant inter se per cōpita criminando regē aliosque duces de diuturnitate belli, demigrare ipsi cupientes aliquādo ad lares proprios. Cunque igitur visum esset gratas omnibus recōciliationes fore, legatos misit ex amicis suis fidissimos. Dicūt tamē quidam missum esse etiā cum eis Mucium, data regi per iusiurandū fide de reditu. Alij autem dicunt obsidem donec reconciliaretur eum virū in exercitu esse custoditum. Sunt'que forsan hæc veriora. Erāt autē qui rex dedit legatos mādata huiusmodi de restitutione Tarquiniorū fieri verbum nullū, sed se æquū censere esse opes suas eis reddi. Maxime omīa quęcūque senior Tarquinius relinquerat. Et quę illi acquirētes iuste obtinerāt, vel si minus quęcūque possibilia agrorum, ædium pecorū corruptarūq; frugū estimationē. Vtro modo videret magis eis cōferre, siue vt obtinētes possidētesq; cōtribuerent, siue vt ista ipsi ex publico dissoluerent, & hęc quidem pro illis. Sibi aūt dissoluenti bellū, peti eos iubebat, qui septem pagi vocantur. Erat eīn ea regio antiquitus etruscorum. Romanique eā occupauerāt adeptā bello possidētibus, & vt romani etruscis amici manerēt certi, ex pręclaris familijs pueros futuros ipsos apud se obsides pro vrbe peti. Aduenientibus aūt legatis romam, senatus decreuit publicola altero consulū suadente concedenda esse quęcunque postularet etruscus, laborare popularē & iopem turbam putans, cibariorū penuria, cupidéq; susceptura belli dissolutionē. Quibuscūque æquis cōditionibus fieret, populus verò cętera ex senatusconsulto firma esse iussit, restitutionē autem pecuniarum minime cōfirmauit. Sed cōtraria prorsus sentiēs nec ex publico, ne ex tributis priuatorū quicquā reddi Tarquinijs statuit, mitti verò de his rebus ad Porsenā legatos, qui & obsides & regionem eum recipe æquum censerēt. De pecunijs aūt iudicē ipsum factū Tarquinio'que & romanis. Vbi vtrosque audisset, iudicare quę viderentur iusta, neque gratia, neque inimiticia abductum. Abierunt'que etrusci afferentes hęc ad regē responsa, & cum eis qui à populo decreti erāt legati, ducentes secū ex primis familijs viginti pueros, quos opus erat pro patria esse obsides, dantibus quidem filios suos primū consulibus Marco quidem Oratio filium, Publico verò Valerio filiā iam nubilem. Aduenientibus aūt istis ad exercitum, Rex gauisus, multum'que romanos laudans pactus est cū eis indicias in pręfinitum quendā numerum dierum. Recipitque causę iuducationem, dolebāt aūt Tarquinij spe maxima excidētes. Quam de rege habuerāt vt per illum in regnum reducendi, sed cōplectendi tamen pręsentia cogebātur, & quę illi visa essent suscipere. Venietibus deinde iter cōstitutū tēpus ad defensionē causę ex vrbe & ex senatu natu maximis, sedēs pro tribunali Porsena rex cum amicis, iubensque simul filium suū ius dicere, permisit eis causę dictionem, qua pendēte adhuc, Venit nuntiās quidā regi fugā virginium osidū.

Mādata legatis.

Porsena.

Fuga virginium.

Rogasse

Rogasse eñ eas custodes, vt lauare se permitterēt in flumen quòd vbi cōcessum fuit, vt absisterēt quo'que parumper eas rogasse donec lauarent, vestesque resumerent ne se viderent nudas, ꝙ cum inpetratum esset adhortāte cęteras coclia, prima'que incipiente, transnatato flumine abijsse in vrbē oēs, ibique multus erat. Tarquinius peieratione increpās perfidiāque romanorū regemque irritans, vt deceptum à dolosis hominibus, ne eis amplius mentē adhiberet. Excusante aūt cōsule ac fuisse hoc opus dicente ex ipsis virginibus, sine patrū iussu, se'que fidē facturum dicente quòd nihil gestū à se esset ex insidijs. Persuasus rex concessit euntem ipsum ad se virgines, vt pollicebat, adducere. Profectusque est ducturus virgines Valerius. Cęterū tarquinius generque eius neglecta causę dictione cōsilium ineunt imperium. Turma equitum clàm missa ad obsidendū iter rapiendasque cum ducerentur virgines. Cōsulem'que veniētes cęteros ad exercitum, Capiendos opū ipsi quas tarquinio romani abstulerāt pignora hęc corpora habituri finem litis non amplius expectātes. nō permisit autē succedere ex sentētia eis numen. Nam quo tempore latinorū vallum insidiaturi exierāt, pręueniēs romanus cōsul ducensque puellas aduenit, & ante portas iam ipsas etrusci valli existens, à persecutoribus occupatur. Quo in loco cōgressis eis, sensere statū etrusci studioque regis filij alā assumens equitū opē tulit. Et qui stabant pro statione pedites, vna cōcurrerunt. Quibus rebus excandescēs porsena ad contionē etruscos aduocat, & enarrans quemadmodū permittentes sibi romani iudicare de eis qui obijciebātur à tarquinio ante finē litis, in corpora legatorū sacra & obsidum, iniqua agere per inducias conati sunt, iuste ipsi ab eis expulsi. Quo circa etrusci quidem romanos absoluūt crimine, cum tarquinio aūt manilio'que amicitiā dissoluunt. Prædixit eis quo'que vt eodē die abierunt è castris tarquinij, igitur cū in spe essent magna à principio tanquā rursus dominaturi vrbi auxiliātibus eis etruscis, aut opes suas saltem recepturi, propter eam in legatos obsidesque iniquitatē, re vtraque fraudati, abierūt è castris, cū pudore & odio. Indéque rex etruscus obsides romanorū duci ad tribunal iussos cōsuli reddidit. meliorem se dicens genere omni obsidū ducere ciuitatis fidem, vnā verò virginem à qua persuasæ cęterę transnarunt flumē laudans, vt maioris quàm pro natura pro'que ætate sensus, ac beatā vrbem dicens. Quod non solū educaret viros strenuos: sed & virgines viris similes, puellam donat equo bellico decentibus ornato phaleris. post cōtionem autem libās cum legatis de pace deque amicitia per iusiurādū atque eos hospitio excipiens, dona ferre dat ciuitati. Captiuos omnes siue præcio complures ipsos & locum in quo castra habuerat, nō vt vallū in externa terra, ad paruū tempus, sed vt vrbem priuatim publice'que opulenter instructum, cū non esset mos etruscis, cum decederent ex hostilij agro, ædificia recta sinere, sed concremare non permisit, sed sic stare dimisit non paruum ipse vrbi ad computationem pecuniæ largitus munus: declarauit autem hoc auctio, quàm post regis demigrationem facere quęstores. bellum igitur quod romanis aduersus etruscos & clusinorum regē porsenā fuit, in magna adducentes vrbē pericula, talē sortitum est finē. Senatus aūt post demigrationē etruscorum conueniens decreuit, solum porsenæ mittere eburneum, scepturum'q; & coronā aureā. Vestē'que triumphalem, qua

Porsena.

Mucius p̃miatur. reges ornant. Mucium autẽ mori eligentẽ pro patria, pręcipuum'que autorẽ visum dissoluẽdi belli, regione trãstiberim donare de publico eodẽ modo quo Oratiũ propugnatorẽ pontis anteà donauerãt, quãtacun'que aratro vna die cõplecti possent. Hic locus prata mucia vsque ad hanc ætatẽ vocantur. Et hæc quidẽ illi viris. Prata Mucia. Cocliȩ verò virgini locũ, statuȩ dedere æneȩ, quã ei super sacra via, qua in Coclia. forum itur patres ei posuere virginum hãc nõ amplius nos extantã inuenimus, dicebatur autẽ incẽdio circa ædes proximas exorto eã esse deletã, eo quidẽ anno tẽplum capitolini iouis ad perfectionem vsque cõsummatum est, de quo partim in superiore declaratũ est libro. Dedicatiõem autẽ eius & inscriptiõem sumpsit marcus oratius, Alter cõsulum pręueniens pręsentiã collegȩ. contingerat em̃ eo tempore Valerium egressum esse vrbem anteà cum copijs ad auxilium regiõis, nã populo ante relinquentibus loca tuta hominibus, & in agros cõuenientibus, latrones mittens multos, manilius tarquinij gener, detrimenta colonis inferebat. gesta'q; sunt hęc ĩ tertia cõsulari potestate. Anno aũt quarto cõsulatũ ieũtes cõsules marcus largius, titusque erminius sine bello magistratũ gessere, hisque cõsulibus arrũni porsenę regis etruscorum filius aricinã vrbem annum iam secundum obsidens morit̃. Statim em̃ simul atque icta sunt foedera cum romanis dimidium accipiens à patre exercitus aricinis bellum intulit sibi proprium paraturus imperium, & cum parum fuisset, quin vrbem caperet, aduenĩete aricinis auxilio ex antio & tusculo cumisque cãpaniæ, instructus ipse viribusque minoribus, aduersus maiores dimicãs alios q̃dẽ aduertit, & ad vrbẽ vsque perpulit. Acumanis verò quos ductabat aristodemus mollis cognomine Victus morit̃, exercitusque etruscorum, post mortẽ eius, nõ amplius sustinens in fugam vertitur, multique eorũ à cumanis persequentibus, sunt deleti. Alij verò plures dispersi in romanum agrum haud multũ distãtem profugiunt, amissis armis, neque vlterius per vulnera valentes progredi quos romani exportãtes ex agris & in vrbẽ ferentes plaustrisque & vehiculis, alijsque sarcinarijs iumẽtis semimortuos quosdam inque ædes proprias alimonijs & curationibus, alijsque humanitatibus plurimũ misericordiæ cõtinentibus, receperunt, adeò vt eorum multi his gratijs alleti, nõ haberent amplius desiderium redeundi domũ. Sed apud beneficos suos permanendi, deditque eis senatus regionẽ vrbis in qua ædes cõstituerent inter palatiũ & capitolium quatuor ferme extensam stadia cõuallem, qui per ad ætatem vsque meã vicus tuschus à romanis lingua eorũ propria appellatur, per quem quidem transitus est à foro ad circũ maximum. Pro'que his à rege eorũ inuenerũt non parui pręcij remunerationem: sed quã plurimũ delectati sunt regionem illã transflumen, qua abstinuerãt cum depositum est bellum, immolationesque deis persoluerẽt multa pecunia, quas se facturos vouerãt si fierent iterum septem pagorum domini. Anno verò quinto post eiectiõem regum olympias quidẽ erat nona & sexagesima qua vicit in stadio ischomachus Crotoniates. Athenis verò in magistratu iterum erat acestorides. Romęque cõsules marcus Valerius publicole frater, publiusque postumius tubertus dictus, sub quibus alterũ ex finitimis gentibus excepit romanos bellũ, quod à latrocinijs incipiẽs in multa magnaque p̃cessit certamina. redit tamẽ desinẽs in decẽtes recõciliationes sub quanta post

Mors arũtis.

Aristodemus moritur.

Romanorũ clementia.

Vic' Thuscus.

M. Valerius. Pu. postumius bellũ cum Sabinis.

post hos consulari potestate gesto licet assidue hoc medio tēpore omi bello sabi norum em̄ quidem despiciētes imbecillitatē Vrbis ob iacturas ab etruscis vt nō amplius resumpturę pristinā dignitatem, inuadebant descēdentes ex locis tutis. In cāpestria latronū more inferētesq; detrimēta colonis multa, quibus de rebus mittentes romani priusquā ad arma venirent legatione postulabant de his rebus iudicium penasque dari, ac ne amplius iniqui quicquā in colonos agerēt præstari, contumacia verò accipiētibus legatis repōsa, bellū eis indixere, fuitque egressus primus vnius consulum Valerij cū equitibus, et ex leui armatura robustissimis subitus, aduersus eos qui regionē populabātur. Fuitque cędes depręhēsorū in pro cursionibus cōplurimum ipsorū magna (vt verisimile est) aduersus hoies incō-positos & pallātes, & qui eam inuasionē minime pręsensissent. Posteà verò mit tentibus sabinis magnū in romanos exercitum, sub perito belli duce, fit egressus alter in eos romanorū totis viribus, ducēteque eas vtro'que cōsule ac postumius quidem propius romā in montanis locis castra posuit, veritus ne qua fieret ab exulibus subita inuasio. Valerius aūt prope hostes iuxta flumen anienem qui ex vrbe tibure effusus, per excelsum scopulū multus per planitiem sabinorū roma-norūque fertur disterminans vtrūque regionem, influitque in tiberim, aspectu pulcher & potu dulcis. ex altera vero fluminis huius parte iactū erat sabinorum vallum, ne ipsum quidē magno spacio decursu amnis distās, super tumulo quo-dā terreo, decliuo sensu nec valde arduo, ac primū igitur caute se habentes vtriq; verebantur transmisso flumine prælium incipere, certum posteriori tēpore non consulto, aut per prouidentiā alicuique cōmodi: sed per irā & paruicatiā accēsi cō mittunt pręlium, aquātes enim potum'que ducentes equos, ingressi sunt in mul-tum fluminis, fluebat em̄ tunc exiguus. Nec dū auctus hybernis imbribus, adeò vt parum supra genua habentes riuum ipsum transgrederentur, congressu igitur paucorum primum aduersus non multos facto, excurrunt ex vtroque vallo ferē tes suis auxilium aliqui, deinde rursus vtrique alij pro repulsis suis pugnantes, ac quādoque repellebāt sabinos romani, & quādoq; romanos sabini arcebāt fluuio, multis aūt secutis cędibus atque vulneribus, studioque omibus vincendi inciden te (vt in leuibus ex temporalibusq; certaminibus solet) prōptitudo quo'que du-cum exercitui similis affuit transeundi fluuiū, pręuenitque romanus consul, atq; traijciens exercitum aduersus sabinos armatos, & in aciem instructos ad manus venerat. Neque em̄ distulerāt illi quo'que pręliū cōmittere. Ex cōtemptu mul-to elati, quòd non aduersus vtrunque cōsulem vim'que oēm romanorum certa-turi essent irruentes pugnabāt, audaciā omnē prōptitudinemque demōstrantes. Durante autem constāti certamine, & cornu dextro romanorū vbi erat consul postumius aduersarijs superueniēte vlteriusque progrediente. Sinistro aūt labo-rante iam, & ab hostibus super flumen compulso, sentiēs quæ fierent consul alter romanus eduxit copias ductās aciē quod ipse peditum, modico'que gradu subse-quens. Seniorem vero spuriū, qui superiore anno cōsul fuerat cū equitibus emit tens magna cum festinatione isq; agens flagellis equos flumen facile nullo prohi bente transit, pręterque dextrū cornu hostium adequitans transuersos concutit equites sabinorū, fit'q; magnū eo in loco die vtrorū'q; equitū acriter pugnantiū

Anienem

Initiū pu-gnæ.

certamen. Quo in tempore ductās pedites consul proprius hostes factus, irruēs que in pedites multos eorum pugnantes interfecit reliquosque ex acie detrudit. Sique nox eos nō deprehēdisset, sabini oēs circūdati à romanis equitatu valentibus, perditi omnino essent. Sed diffugiētes eos ex pugna vtiq; inermes nec multos liberarunt tenebrę remiseruntque seruatos ad propria, castris vero eorū potiti sine certamine sunt cōsules, relinquente ea pręsidio, simul ac fugā suorū vidit; ex quibus illi multa capiētes emolumēta, quę ducenda ferendaque militibus permisere, domum copias abduxerunt, tūque primum recipiens se ciuitas ex calamitate ab etruscis, pristinos resumpsit spiritus principatumque confisa est sibi sicut anteà vendicare finitimorum ambosque decreuit cōsules cōmuniter triumphū ducere. Priuatim verò eorum alteri Valerio dono locū habitandum dari in clarissimo palātij loco, & in constructionem domus sumptū de publico esse largiēdum huius domus iuxta quā stabat taurus æneus, claustrales fores sole oīm qui sint romę publicarum priuatarumque ædium, in exteriorē partē aperiuntur ab his viris consulare imperium accipiunt Publius Valerius cognomine publicola quartum Titusque Lucretius iterum Valerio collega, sub quibus oēs sabini cōmuniter ex vrbibus cōuenientes decreuerunt cum Romanis bellum gerere tanquam solutis fœderibus ex quo Tarquinius rex cum quo libatum erat, exciderat imperio persuasi ipsi à sexto filiorum Tarquinij, altero qui priuatim eos colēs donansque potentes viros cuiuscunque vrbis expugnauit omnes cōmuniter & adduxit duas vrbes fidenas & cameriam suadens vt deficerent à Romanis, illisque adherent, quibus ex rebus ipsum imperatorem eligunt, permittuntque ei milites ex vna quaque vrbe cōscribere tāquā ipsi in priore pugna imbecillitate virium ducisque prolapsi fatuitate. Et hi quidem in talibus occupati erāt. Fortuna verò exequare volens cōmodis detrimēta romanorū pro deferentibus ipsos socijs, alterum eis minime speratū auxilium ex hostibus apposuit quoddam tale. Vir ex sabinorū gente, quidā in vrbe habitans regillo, generosus, pollēsque opibus Titus Claudius ad eos transfugit, cogitationē adducens magnā & amicos & cliētes ex ipsis demigrantes domibus haud pauciores quinque milibus arma fere valentibus, deprehendens aūt eum, necessitas transferendi habitationem romā talis fuisse dicitur, clarum vrbium primores alienatim ab hoc viro, ob ambitionē in republica, diem ei dixerūt proditionis accusantes. Quoniam ad inferendū bellum romanis minime prōptus erat. Immo vero solus publicæ cōtradicebat cēsentibus soluta fœdera, nec sinebat ciues suos rata ducere, quę cęteris visa erant. Hoc horrens ille iudiciū oportebat enim ab alijs ipsum vrbibus iudicari assumens opes & amicos additur romanis ciuibus. Neq; parū momenti ad res gerendas exibuit. Visusque est bene gerendi belli fuisse omniū causa pręcipua. Quibus pro rebus senatus populusque in patricios eum conscripsit. Permisitque vrbis quantā voluit partem capere in ędificationem ædium regioneq; ei addidit de publico, eam qui inter fidenas & piculiam, quam posset oībus suis diuidere, à quibus tribus quoque quædā cum tempore effecta est claudia appellata ad me vsque permanens. Nomenque idem seruans. Vbi verò parata vtrisque sunt oīa. Primum quidē eduxere sabini copias, binaq; cōstituūt castra, sub diuo altera haud ꝓcul fidenis, altera

Sabinorū fuga.

V. Publicola. T. Lucretius.

Claudij transmigratio.

Trib⁹ claudia.

Expeditio contra romanos.

altera in fidenis ipsis: custodiæ vrbis, simulque foris confidentium profugij, si quid eis accideret causa. Cognoscentes autem romani consules: sabinorum in se expeditionem, ipsi quoq; omnes educentes militaris ætatis homines castra seorsum locant. Valerius quidem prope castra sabinorum cāpestria, Lucretius vero paulo longius, super tumulo quodam, vnde erant castra altera conspicua. Erat autem romanorum cogitatio, vt tanq̄ vno aperto certamine, de bello cito iudicaretur, cum hostibus statim cōgrediendi. Sabinorū vero dux horrens manus in aperto cōseri aduersus audaciam tollerantiāq; hominum sustinere omnia grauia paratorum, per noctem eos inuadere cogitabat, atq; paratis eis, quæ ad fossæ & aggeris valliq; ingressum opportūa futura essent, vbi soli omnia affuissent ad certamen præparata, ducturus erat post primū somnum exurgens ad munitiones romamorū partem exercitus sui validissimam eis quoq;, qui fidenis confidebant præmonitis, vt vbi suos egressos sentirent, ipsi quoq; vrbe egrederentur leuibus instructi armis. Deinde loca insidentes eos opportuno iubebat vt si auxilia aliqua valerio ex castris alteris aduenirent exurgentes ipsi, & post tergum eis facti, cum clamore multoq; armorum strepitu in hostes irent. Ac sic igitur consultans sextus consiliumq; suum apperiens cēturionibus postq̄ eis quoq; eadem videbantur occasionem expectabat. Transfuga vero quidam veniens ad munitiones romanorum consilia hæc eius consuli valerio indicat. Neq; multo post equites quidem adueniunt, adducentes captiuos aliquot ex sabinis quos prædatum egressos cœperant. Hiq; seorsum interrogati quid dux suis pararet agere, dicunt scalas eum machinasque transgressorias fabricare, verum vbi aut quando eis vtendum esset, se nescire. Hæc igitur intelligens valerius, senem MARCIŪ in altera mittit castra, consilia hostium nuntiaturum. Obtinenti ea LUCRETIO, & quemadmodum hostes aggredi opus esset, admoniturum. Ipse vero ductores ordinum, centurionesq; aduocans: & eloquens eis quęcunq; ex transfuga captiuisq; audiuisset, cohortatusq; eos vt viri essent strenui accepisse se ducentes tempus locumq; voto dignū, vbi pulchras de inimicis pœnas sumerent: tum & quæ agere opus esset vnumquēq; admonens signumq; dans. Dimisit eos ad suos ordines: nondū erat nox media, cum excitatis dux sabinorum militibus, ducebat ex his ad castra hostium partē validissimā, silere iubens omnes, nullūq; prorsus fieri armorum strepitū, ne venientes eos hostes pręsentarent, priusq̄ super vallū iam essent. Ad quod vbi propius astitere, incedentes primi, neq; lucē vidētes candelarum, neq; voces audiētes vigilū: damnabant multā romanorū fatuitatē, vtpote deserentium custodias, intraq; vallū dormiētiū, replētq; fossas in multis locis materia, transgressiq; sunt, nemine eos impediēte. Considebāt autē romani inter fossas & circūuallationes turmatim, minimeq; per tenebras conspicui, trāseuntesq; cum in manus suas inciderēt, hostes occidebant, atq; vsque ad tempus aliquod subeuntes latuit præcedentium interitus. vbi vero lux apparuit exurgentis lunę, hiq; fossę propinquabant mortuorum in ea aceruos & cateruam videntes hostium pręstantem validam, retrocedentes, abiectis armis, vertuntur in fugam. Romani vero altè exclamantes (erat enim hoc signū socijs qui in alteris castris erant) excurrunt in eos, conferti omnes atq; LUCRETIUS vt clamorem

Valerius.

Inuasio hostium.

Secūda sabinorum clades.

audiuit,permittens equites: perſcrutantes an aliquę collocatæ eſſent hoſtium inſidię, paulopoſt ſequitur robuſtiſſimos educens peditum. Eodemque tempore equites cohortes miſſas fidenis in fugam vertūt:& pedites interficientes eos qui ad caſtra ſua venerant perſequūtur:haud tenentes ipſos arma:nullumque ſeruantes ordinem ea in pugna sabinorumque & ſociorū cecidere circiter tredecim milia & quingenti, captaque ſunt eorum milia quatuor & ducenti, atque captū eodem die vallum.

Quarta clades.

Fidene vero non multos dies obeſſe,qua parte maxime incaptabiles videbantur cuſtodiebanturque à paucis, captæ non hę tamen captiuitatem hominum euerſionémve expertæ cędeſque hominum poſt captionem minime fuit magna,ſufficiens enim conſulibus viſa eſt delinquentis vrbis gentis eiuſdem pœna pecuniarum mancipiorumque direptio& eorum qui in pugna miſſi eſſent exitiū,ne vero in promptu eſſet amplius captos eos ad arma verti cuſtodia prouiſum eſt moderata: atque ea quæ conſueta erat romanis ſontiū authorūque defectionis punitione,conuocantes enim fidenatium captiuos,in forum multūque eos dementiæ ſuæ accuſantes: dignoſque eſſe diſcentes vt puberes,perderentur omnes neque gratiā habentibus eis beneficiorū: neque malis ad modeſtiā redactis:virgis ceſos nobiliſſimos eorū inſpectātibus omnibus occiderūt.

Suppliciū.

Reliquoſque habitare permiſerunt ſicut antea, pręſidiū eis conſtituentes:id ꝙ ſenatus decreuit, Et partem quandā regionis auferentes pręſidiarijs tradidere. Hiſque geſtis deduxere ex hoſtili agro exercitū: & ex ſenatus decreto triūpharent. Et hęc quidē ī cōſulatu eorū ſunt geſta.

Poſthumi⁹ Tubero. Agrippa. Menenius

Publio aūt Poſthumio Tuberto dicto cōſule iterū creato atque Agrippa Menenio Lanato dicto: fit tertia sabinorū irruptio maiore exercitu:anteq̄ ſentirēt egreſſum eorū romani &vſque muros Romę ipſi⁹ excurſio in qua magna facta eſt romanorū cędes:nō colonorum modo, quibus nihil pręuidentibus ſubitū malū aſtitit,priuſq̄ in oppida quiſque proxima cōfugeret, ſed & in vrbe tunc cōmoratiū.

Hiſtorico conueniēs.

Nam alter conſulum Poſthumius nō tollerādam eſſe ratus & hoſtium cōtumeliā auxilio accurrit propere oblatos forte idē promptius q̄ prudentius educens: quos videntes ſabini in ſe incidentes,multo cū contemptu incompoſitos & diſſipatos, volentes adhuc ipſi augere deſpicientiā eorum celerius q̄ gradu modico retrocedebant tanquam fugientes,donec eos adduxere in profundas ſyluas, vbi reliquus exercitus ſubſidebat. Deinde conuerſi in perſequentes qui credebant & qui in ſyluis erant exclamantes in eos tendunt incompoſitis autem hominibus & perturbatis ,& per ſyluam fatigato anhelitu, ſuperuenientes multi multoque cum ordine ſibi obuios,quoſcunque perdunt. Reliquoſque in fugam ſe dantes interruptis itineribus ad vrbem ferentibus in montanū quoddā cōcludūt deſertū deorſum, ponēteſque propius eos arma (iā enim eos nox occupauerat) cuſtodes eo loco in nocte totā collocant, ne ſe laterent recedentes. Vbi vero nuntiatus eſt hic caſus Romę,perturbatio fuit magna; curſuſque ſuper muros timorque omnium,ne in vrbem ea nocte ingrederentur hoſtes, bene geſta re elati :ſimulque dolor amiſſorum relictorumque cōmiſeratio tanq̄ ſtatim corripiendorū ob inopiā neceſſariorū,niſi eis aliquid adueniret ſubſidiū celerrimū. Eamque igitur noctem inſomnes acerbis animis peragere. Poſtridie vero omnes qui ī robore eſſent armans cōſul alter Menenius : ducebat auxilio ijs

qui in

qui in montē erant: ornatum ordinemque seruantes quos videntes: cum aduenirent sabini, non amplius axpectarunt. Sed reuocantes ducem suum abduxerūt suos à mōte, satis sibi esse pręsentem felicitatē existimantes. Neq; multū item tēpus cōmorati domum valde gloriantes rediere: pecorum mancipiorum & captiuorum, magna sibi adducentes emolumenta. Romani vero ferentes ægre eā calamitatem & acceptam referentes alteri consulū posthumio: decreuerunt omnibus cum copijs q̄ celerrime in sabinorum agrum irrumpere cladē suam hanc turpem inexpectatamq; sarcire cupientes. Simulq; ex missa ad se ab hostibus legationem multā continente contumeliā & arrogantiā dolore maximo affecti. Nam vt victores iam sineq; labore capturi sabini romā: si nollent illi imperata facere concedereq; tarquinijs reditū, iubebant etiā sibi eos cedere principatu: reiq; publicę formā legesq; cōstituere, quascunq; eis victores ipsi statuerent. Responso autem legatis dato, vt ciuitati suę nūtiarent: quod sabinos iuberent romani arma ponere tradereq; sibi vrbes esseq; subiectos eos iterum sicut prius. Hisq; factis venire ipsos tunc de eis quę iniuste egerant, detrimētaq; intulerant, prioribus procursionibus pręcaturos: si vellent pace amicitiaq; potiri, siq; iussa non fecissent venturum ad vrbes suas bellum, neque multo post expectarent. Talibus imperatis imperantibusque inter se vtrisque postq̄ omnibus instructi fuere ad certamen oportunis, eduxerunt exercitus sabini: optimā ex ciuitate omni iuuentutē: armisque decentibusque adornatā adducentes: ac romani quoque vrbanas vires & quę erant in pręsidijs omnes assumentes: satis esse putātes eos qui supra ętatē militare essent: seruileque turbā: & ad vrbē & castella regionis custodiēdam: obuiā prodeunt castraque vtrique ponunt paruo distantia inter se spatio nereto vrbe haud procul qui sabinorū est gentis. Vbi vero cognoscētes hostiū res vtrique & ex magnitudine castrorū cōiectātes: & de captiuis audiētes fiducia sabinis affuit atque cōtemptus hostiū paucitatis, nec nō romanis ob multitudinē aduersariorū timor. Fidebāt tñ spesque optimas de victoria capiebāt: cū signis alijs à deo missis: tū vero viso hoc vltimo cū in aciē instruēdi essent tali eo, ex defixis pilis iuxta tabernacula. Sunt aūt ista romanorū tela: quę ad manū veniētes iaculanť pręlonge manūque implētes hastę triū pedū, nec min⁹ ferrea habētes venuta prominētia secundū rectitudinē vtriusque summitatis, iaculis mediocribus ęquales simul cum ferro. Ex his pilis circa cacumē verutorum flamę accendebantur. Eratque splendor tanquam ex facibus per tota castra, durauitque hoc in multum noctis. Ex hoc igitur opinati sunt viso sicut eis demonstrarunt aruspices. Eratque omnibus hominibus cōiectura haud sanè ea difficilis: quòd victoriā sibi cęlerem claramque fata portenderent, quandoquidem omnia cedunt igni, nec ab igne tamē quicq̄ omnino corrūpebať. cūque sibi ex auxiliātibus armis accensus esset: magna cum fiducia progrediebantur è castris, irruentesque in sabinos pugnabant cum multo pluribus pauciores: in audacia spem habentes experientiaque, & laborum, tollerantia multa ipsa: quæ cogebat eos grauia omnia contemnere. Primus igitur posthumius habens sinistrum cornu sarcire cupiens priorem cladem: dextrum hostium propellit cornu: curam nullā modo viceret vitę suę habēs. Sed vt furētes & moribūdi se ī medios hostes ꝓijciētes.

Neretum.

Pila romanorū tela.

Deinde & qui cum Menenio erant: alterum habentes cornu, laborantes iam: pulsique ex statione vt sensere suos qui cum Posthumio erant vincere, fidentes ipsi quoq; propere in hostes tendũt, fitq; cornu vtriusq; sabinorũ inclinantiũ effusa fuga. Neq; enim qui in media erant acie nudati cornibus amplius permãsere, sed equitatu romanorum irrumpente vi coacti prorsus retrocedunt. Fuga autem facta omnium castra versus, Sequentes romani, vnaq; irrumpentes, vtrumq; capiunt sabinorũ vallum: ne vero omnino perderetur exercitus hostiũ, nox causa fuit. Et quod in agro suo clades ea accepta erat, facilius enim fugiẽtes ad propria seruabantur, locorum peritia impediebanturq; persequentes, transitũ imperitia. Die autem sequenti concremantes mortuos ex suis consules spoliaque colligentes. Capta enim sunt quædam etiam viuorum arma in fuga ea abijcientium: captiuosque adducẽtes, quos cæperant nõ paucos atq; pecunias, præter eas: quas milites dirripuerant, quibus venditis publice collata virtim tributa, quibus milites emiserant: ciues omnes receperunt: redierunt domũ clarissimã reportãtes victoriam. Decoratiq; sunt triũphis à senatu vtriq;. Menenius quidẽ maiore & preciosiore in curruli sella vectus, Posthumius autẽ minore & inferiore quẽ ouationem vocãt grecũ nomẽ inclinantes in incertũ, primũ enim euastes sic ab euẽtu dicebatur vt & ipse cõiecto, & in multis scriptis gẽtilibus traditũ inuenio. Tunc autem primũ, vt Licinius in historia scribit inueniente hunc triumphũ senatu: differt autẽ hic ab altero. Primũ quidẽ: quòd pedes ingreditur cũ exercitu productus qui ouatĩ triũphũ ducit: nec in curru sicut ille. Deinde etiã quia nõ picta neq; aurei claui veste induitur: nec ornatur trabea, qui peculiaris est consulũ ducumq; amictus, corona autem imponitur ei laurea. Inferior vero est altero gestatione septri, alia habens omnia. Causa autem huic viro Posthumio minoris honoris, quanquã clarissimo omniũ in pugna fuit lapsus prior in excursu magnus & pudendus. Ex quo multos ex militibus perdidit: & parum affuit quin & ipse vna cum captis in fuga captiuus fieret. Horum vero in magistratu Publius Valerius publicola in morbum incidens moritur. Clarissimus tunc romanorum ex virtute omni existimatus, cuius viri quidem cætera per quę ille admiratione memoriaq; dignus est, nihil opus est me dicere. Nam in huius libri principio dicta sunt multa. Quod autem eius viri ornamentum est omnium longe admirabile. Nec adhuc dictum: hoc mihi puto esse minime silentio prætereundũ. Etenim maxime scribentibus historias hoc conuenit, non tantũ bellicas actiones ducum narrare, nec si aliquid institutum pulchrũ salutareque vrbibus excogitantes ediderint, sed eorum quoque vitas si & moderati ipsi & continentes: & in patrijs manentes moribus studijsq; perseuerauerint sese ostendere. Ille igitur vir regij dãnatus dissolutor: vnus inter primos quatuor patricios, publicansq; tyrannorum opes, quater idem consularis potestatis, maximaq; duo bella conficiens, & ex vtrisque triũphum ducens. Primum quidem de etruscis deque sabinis alterũ, nactus eas lucrãdi facultates: quas vt turpes aut iniustas nemo vtiq; criminaret, nequaq̃ ea quę oẽs homines seruos esse suos cogitq; inhonesta agere captus est cupiditate quęstus, sed in parua & à patre data re perstitit continentẽ ipse sibiq; sufficientẽ atq; oĩ appetitione ĩmoderata superiorẽ vitã viuẽs: filiosq; qui in

Tertia sabinorum clades.

Sella curulis.

Ouatio post Euastes.

In quibus differat à triumphis Ouatio.

Mors lausq; publicolę.

Historico conueniẽs.

in paruis opibus genere illo dignos educans, clarum istud omnibus effecit quod non is quidem dui multa possidet, sed is qui paucis indiget, est diues. argumētum autem fuit certum & indubitabile re sua modica contenti viri, quod per omne vitę tempus ostendit. Apparens post mortem eius paupertas, neque in elationē corporis eius sepulchrum & funus quali talem virum potiri ęquum erat sufficiētia in ære suo reliquit. Sed oportebat eum cognatos leuiter & vt vulgarē aliquē extra vrbem ferentes, cremareque & sepelire, cæterum senatus sentiens, q̄ se illi res haberet familiaris tenuiter: ex pecunijs publicis decreuit in funus sumptum elargiri, atque locum in quo combustus atque sepultus fuit, ei soli vsque ad ætatē meam clarorum in vrbe ciuium: propinquum foro assignauit miseratione ductus. Et est locus is tanquam templum eis qui sunt ex illius genere, ad sepeliēdū dimissis diuitijs omnibus regnoque maius boū si nō voluptatibus aliquis metit, Sed honesto felicitatem. Valerius igit publicola nihil præter quę ad necessarios sumptus sufficerent possidere volens velut regum aliquis opulentissimorū illustri elatis est à ciuib⁹ suis funere. Ipsumq; romanę matronę oēs eodē mō quo Brutum auri purpurę que depositione annum luxere tempus, vt est eis luctus cōsuetudo in necessariorum admodum cognatorum funeribus: post annum autem illum consules creati sunt spurius cassius vuscellinus dictus & opiter verginius ostricatus, quorum in consulatu bellum aduersus sabinos ab altero eorū spurio est dissolutum, prelio haud paruo cōmisso prope vrbem cyritorū: in quo mortui sunt circiter decē milia & trecenti ex sabinis ac captiui ducti paulo minus tribus milibus. Hac vltima calamitate perculsi sabini legatos ad consulem misere de amicitia collocuturos. Reijciente autem eos ad senatum cassio cum romæ essent, multis cum præcibus vix inuenere reconciliationes, belliq; dissolutionem. frumento dato exercitui quantum cassius statuit: & argenti statutū quiddā virītum: & agri consiti decem iugerum milia. Spuriusque igit cassius ex hoc bello triumphum duxit. Alter vero consul verginius ad cameriam bellum intulit: ducens alterius exercitus dimidium, etenim desinerat ea vrbs per hoc bellū à romanorum societate, & aperiens is quidem nemini quo iturus esset, perq; noctem iter accelerās: vt imperate quod euenit improuideq; superueniret vrbi. Atq; propius muros factus omnes latuit clarescente iam die, ac priusquam castra poneret proferens arietes scalasque producēs, omni vsus est oppugnationis specie: stupefactis autem attonitisque camerinis. Subita eius præsentia cēsentibusque aliquibus aperiendas esse portas, suscipiendumq; consulem, alijs autem totis viribus esse repugnandū. Neq; ipsum portas ingredi permittendum: inter perturbationē seditionemq; eorum effractis portis & humillimis munimentorū per scalas deiectis, vi vrbem capit: eamque diem atque sequentem noctem ferre ducereque prædam militibus suis permisit. Die vero postero conduci iubens captiuos in vnum locum, authores omnes defectionis interfecit. Turbamque aliam vendidit, vrbemque euertit. Septuagesima autem olympiade qua vicit in stadio Niceas locrensis ex oponte: imperante Athenis Myro, cōsulatum ineunt, Posthumius Cominius & Titus Largius. Quibus quidem consulibus desciuere à romanorum amicitia latinorum vrbes, Octauio Manilio Tarquinij genero. Primori-

Quis diues

Funus.

Nota.

Mos luct⁹ apud romanos.

Spurius. Cassius. Opiter. Verginius

Vltim⁹ sabinorū cōflictus & pax.

Cameria.

Latini à romanis desistunt.

bus cuiusque vrbis persuadente aliјs pollicitatione munerum aliјsq; multa prece vt conficerent exulibus reditum. Fitque cõmunis omniũ conductarum in ferẽtinum agrum conuentus. Præter vnam romanorum vrbem, huic enim vni soli vt adesset minime nuntiarunt vt consueuerãt. In qua quidem oportebat vrbes de bello ferre suffragia ducesque creare deque aliјs apparatibus consultare. Contigit autem per hoc tempus missum esse à romanis legatum Marcum Valerium consularem virum ad vicinas ciuitates rogaturũ eas ne quid molirent̃ noui. Exercebant enim ex eis quidam missi à potẽtibus per confines, agros, latrocinia detrimentique plurimum colonis romanorum inferebant. vbi vero de cõuentu audiuit ciuitatum qui fiebat ad ferendum ab omnibus de bello suffragium pergens ipse ad conuentum: postulansque à pręsidentibus collegio dicendi potestatem se missum dixit, à romanis legatum ad eas vrbes quæ latrocinia exercebant: rogaturum eas vt obnoxios delictis inuenientes: sibi ille traderent subituros pœnas ex lege: quam in fœderibus sanxerant cũ de amicitia conuenerunt. Deincepsq; postulaturum cauere eas, ne ꝙ peccatum fieret commune, quod amicitiã eorum cogitationemq; distraheret, Videntem autẽ conuenientes vrbes in bellum aduersus romanos, Et hoc quidem cum ex aliјs multis suspicantẽ: tum ꝙ romanis solis minime nũtiarint: vt intersint consilio cũ sit scriptum in fœderibus vt adsint omnes cõmunibus concilijs ciuitates quicunque generis sunt latini nuntiantibus concilia ipsa præsidentibus mirari satis se quid tandẽ graue passi, aut quid rei ad accusandam vrbẽ habentes cõcessores illam solam in conuẽtũ minime assum pserũt quam & primã adesse omnium oportuit, & rogari primã sententiam. Pricipatum ipsam habentem eiusdem gentis: quem à volentibus accepisset pro multis magnisq; beneficijs. Post hunc vero aricini potestate petita dicendi accusarũt romanos, Quod etruscũ sibi bellum adduxissent cognati ipsi, præbuissentq; quãtum in ipsis fuit causam, vt latine vrbes omnes ab etruscis libertate priuarentur. Quodque Tarquinius rex renouans fędera quę cum cõmuni ciuitate icta fuerãt, de amicitia deque societate poscit, vt iusiurandum firmũ stabileq; facientes vrbes, in imperium reducant, camerinorum quoque fidenatiũque exules. Hi quidem captiuitatem fugãque à patria, Illi vero seruitutẽ euersionemque deflẽtes, aduocabant ipsis in bellum. Vltimusque omnium Tarquinij gener Manilius per ea tempora petens admõm apud latinos, cum assurrexisset, longam habuit aduersus vrbem orationem excusante autem omnia valerio. Visoque iure esse superiore, ea die in accusationes defensionesque absumpta, nullum finem consilio imposuere. In sequenti autem die non amplius romanorum legatos in conuentũ adducentes hi qui præsidebant, Sed Tarquinio & Manilio, aricinisque & aliјs volentibus accusare vrbem facientes potestatem dicendi, postquam omnes audierunt, soluta esse, decreuerunt à romanis fœdera. Responderuntque valerio solutam esse illorum iniurijs cognationem. Quodque per otium deliberarent quo pacto eos vlcisci oporteret. Dum hæ fiunt, coniuratio aduersus vrbẽ facta est seruorum pluriũ cõuenientiũ vt summa vrbis occuparẽt, inque loca vrbis ipsi⁹ multa ignes iacerẽt. Facto autẽ iudicio eius rei à cõsotijs, portæ statim à consulibus claudũtur, locaque tuta vrbis oĩa ab equitibus occupant̃, cõfestimque seruorum

Aricini.

Manilius.

Cõiuratio seruorum.

uorum, alij in domibus cōprehensi, alij ex agris adducti, quoscūque indices declararunt participes cōiurationis esse flagellis cruciatibus'que affligentes é scopulo precipitarunt om̄es. Et hec quidem is cōsulibus gesta. Seruilio autē sulpicio camareno Malio'que Tulio longo imperiū suscipientibus, fidenates quidem accersitis Tarquinij militibus arcē occupant, & eorū qui eadem nolebant alios occidētes; alios expellentes romanis rursus eā vrbē adimūt, adueniente'que ad eos legatione cœperunt tanq̃ hostibus his viris, prohibiti vero à senioribus. Vrbe eos eiecerūt, neque accipere neque reddere se equum cēsentes esse rationem. Cognoscens autem hec senatus romanus, nondū tamen ad inferendum bellum ciuitati omni latinorum prōptus erat sentiens non esse omnibus quæ decreta erant à primoribus suis grata. Sed in qua'que vrbe differre populares bellum, ac plures esse qui æquum censerent manere fœdera, Eis qui ea soluta dicerent: sed aduersus eos qui erant fidenis alterum cōsulū Tulium magnum adducētem exercitum decreuit mittere, qui vbi omnē populatus est regionem multa cum securitate nemine ei opem ferente, castris propius muros positis, obseruabat vt nec venales res aliquę inclusis, neque arma, neque auxiliū vllū aliud introduceretur. Sicque igitur fidenates obsessi legationes mittebāt ad latinorū vrbes subsidiū rogātes celere. Latinorum aūt princeps in dicto vrbibus concilio, factaque rursus tarquinijs dicendi potestate atque eis qui ab obsessis venerant, consessores ad ferendam sententiam aduocarunt, quonāmodo oporteret cum romanis bellum gerere à senioribus, ipsi virisque illustribus incipientes. multis aūt sermoibus habitis ac de bello ipso primū oporteret ne decerni. Hi qui erāt ex consessoribus turbulentiores, restituendum esse regem in imperium censebāt, fidenatibus'que etiam vt subuenirent admonebant, volētes ipsi in ducatibus esse militaribus domini, resque magnas attingere, hi pręcipue qui potentię tyrānidisque erant in sua quisque patria cupidi, quas paratum iri sibi existimabāt à Tarquinij recuperato romanorū imperio. Locupletissimi aūt & modestiores, manendū esse in fœderibus suadebāt, nec tam prōpte eundū ad arma, Erātque isti multitudini acceptiores. Pulsi igitur ab qui pacem suadebant ij qui festinabant ad bellū hoc vltimum concilio persuadent, vt legatos romā mittant, qui hortentur simulque vrbi consulant, vt Tarquinios cęterosque suscipiant exules, sub securitare obliuioneque pręteritorum. De'que eo libationes per iusiuradum fiāt more patrio administratum in rem publicam, vtque reuocēt fidenis exercitū tanquā ipsis haud neglecturis cognatos & amicos priuatos patria, Sique neutrum horum agere romani velint, tūc de bello cōsultandum. Dicebant autem illi iusta non ignorantes quod neutrum horū tolerarent rōani facere: sed prætextus volentes ijdē inimicitię decētes capere atque eos qui obstabant, colendo interim gratijsque cohibere existimantes. His decretis animoque præfinito tempore, romanis quidem cōsilij, sibi vero apparatus ac legatos declarātes quos volebat Tarquinius dissoluere cōuentū, Dispersis autem per vrbes latinis. Vidēs Manilius atque Tarquinius quod in fœdera recidebant multi, spes externas, vt nō multum certas omisere, atque sententia mutata moliebantur vt intestinū, nec anima aduersum bellū vt ex ipsa excitarēt romā, seditione introducta pauperum aduersus diuites. Erat enī iam pars plebis multa

Seruilius Sulpicius Malio

Fidēnatiū coniurato.

Fidene.

alienata, tūbabatque pręcipue egena & quę ære alieno oppressa, coacta erat. Nullam amplius de dignitate reipublicę curā agere, neque em̄ moderate se gerebant in potestate creditores: sed in vincula abducētes corpora obnoxiorū sibi, tanquā seruis argento emptis eis vtebātur. Hęc igitur sciens Tarquinius in vrbē misit latinorū quosdam suspicaces homines, ferentesque pecuniā, qui coeuntes in sermones cum pauperibus. Iisdemque ferocissimis, & aliqua eis iam dantes & alia si restituti reges essent pollicētes valde multos corrūperunt ex ciuibus & aduersus principatum paucorū coniuratio initur, nō liberorum modo pauperum, sed seruorum etiam prauorum, spe subductorum libertatis, & qui quidem ob conseruos suos proximo anno supplicio affectos. Infensi dominis, erant'que aduersus eos insidiose dispositi nec nō ipsi infideles crediti suspectique dominis. Tanquā iidem insidiaturi aliquādo si occasionem nacti essent, lęti igitur isti quidē cohortantibus ad imposturam optēperarunt. Erat autem cōiurationis eorum talis cogitatio, oportebat quidem princeps inuasionis, noctē sine luna obseruātes edita, Locosque munitos vrbis occupare. Famulos aūt cū sentirēt obtinētes eos oportuna. Etenim clamore magno oportebat fieri hoc eis clarum dormientes dominos interficere. Hisque peractis domos locupletū diripere, apperireque tyrannis portas, seruans verò semper vrbē, & iisque ad meā ætatem permanēs prouidentia diuina, cōsilia eorum detexit. Ex indicio quod ad alterū consulum, Sulpiciū fratres duo detulere. Tarquinij Publius & Marcus ex vrbe Laurento pręcipui quidē inter cōiuraturos illi, diuina vero necessitate coacti. Instabant enim dormientibus eis visa somniorū terribilia pœnas magnas cōminātia, ni quiescerent, abstinerent'que impostura illa, nā persequēdos esse eos ab aduersis numinibus quibusdam verberendosque & effodiendos eis oculos aliaque postremo patiēda miserrima proponere videbantur. Quibus illi pauidi perclusique tremore excitabantur, nec dormire per hos metus poterāt. Primum igitur auersoris quibusdam expiatorijsque sacrificijs placare instātia eis numina conabātur. Quæ rex vbi minime processit, conuersi sunt ad diuinationes intētionem conatus sui custodientes archanā, sed hoc solum discere postulātes, an tēpus esset iam agendi quæ proposuerāt. respondente autem vate, quod prauā illi exitialēque viā irent, ac ni mutarent consilia, miserrimo perderentur modo. Veriti ne se alij pręuenirent occulta illa efferentes in lucem indices ipsi fiunt alterum, qui domi erat cōsulum. Isq; eos laudans, multum'que se eis benefacturum pollicitus si opera quo'que similia verbis demonstrarent, domi eos penes se continuit, nemini rē aperiēs. Latinorū vero legatos, Quibus eousque dilatis, respōsum protraxerat, tunc introducens in senatum, quę visa erāt, senatoribus respōdit. Viri latini amici & cognati, nūtiate aduenientes ad latinorū ciuitatem, quod neque anteà romanus populus, postulātibus tarquiniensibus largitus est, restitutionem tyrānorum neq; posteà etruscis om̄ibus quos Porsena adduxit. Pro eisdem rogantibus, bellūque inferētibus omnium grauissimum cessit: sed sustinuit quidē agrum vastari videns caulasque cōcrematas, inclusus muris pro libertate perstare, vt eorū quę nolebat nihil agere iuberetur. Miramur autē vos latini quod scientes hęc nihilominus suscipi à nobis tyrannos, obsidionem'que dissolui iubentes fidenarum aduentis, bellum'que nobis

Modus cōiurationis.

Somnia.

Respōsio ad latinos.

nobis esset nō parētibus cōminamini, desinite igitur frigidas prętēdentes causas & in congruas inimicitiarum ac si propter ista dissoluturi estis cōgnationem bellumque decreturi nihil amplius differatis. Hæc cū respondisset legatis, comitatusque eos esset extra vrbē, aperit deinde senatui cōiurationem secretam, quàm per indices cognouerat. Et accepta ab eis potestate imperatoria inueniendi arcanorum cōsiliorum participes, puniendique inuētos, nō superbam aut tyrannicā ingressus est viā, vt aliquis fecisset alius cōclusus in necessitatē tantā: sed ad rationabilē cōuers⁹ est & tutā eā ipse q̄ deceret tūc cōstitutę reipublicę formā sequēs neque em̄ cōpręhēsos ciues ex domibus voluit ad mortem duci. Auulsos eos à complexibus vxorum filiorū'que & parentum, cogitans qualis futura esset cōmiseratio propinquorum vniuscuiusque in auulsione necessariorū suorū simulq; veritus, ne amentes aliqui impetū ad arma sumerēt perque ciuilem sanguinem cogeretur ipse iniqua agere, neque etiam iudicia cōstitui ei rei oportere existimabat, cōsiderans negaturos oēs esse eos neque vllum affuturum iudicibus argumentum certū & indubitabile, pręter solum iudicium cui illi credētes dānarent capitalium rerum ciues, nouū igitur inuenit modum quēdam fallēdi eos qui res nouas moliebātur. Per quem primū cogente nemine. in vnū ipsi locum conuenirent secreta sua esse putantes cōsilia caperētur'que deinde duces indubitabilibus cōiecturis. Clare adeò vt nulla eis defensio relinqueretur. Vltraque hęc, nō in solutarium conducti locum neque paucis redarguti testibus sed in foro inspectantibus oībus perspicui facti iidem paterentur qui æquum esset, neque vlla fieret in vrbe perturbatio, aliquorū ve insurrectio, qualia euenire solent in punitionibus res nouātium inque lubricis tēporibus, alius igitur aliquis satis sibi esse existimaret summā dixisse rerum. Quod cōpręhendens ille particeps arcanorum cōsiliorum interfecisset tanquā breui opus esse existimās istis rebus demōstratione. Ego vero modū etiam cōpræhendēdi hos viros historia dignum putans nequaquā eum pręter eundū duxi cōsiderans haud satis esse ad vtilitatē, legētibus historias, finem ipsum audisse. Sed appetit vnusquisque causas etiā gestorum scire, actionisque modos intentionesque peragentiū, & qui per numen decreta, nulliusque nō auditor fieri eorum qui res inatū est sequi ciuilibusque viris etiam esse harū rerum scientiam admodū necessariā video, vt ad ea quæ in diē accidunt vti exemplis possint: fuit igitur capiendi cōiuratos modus quē inuenit consul talis. Senatorū eligens robustissimos iussit eos cū signum acciperent, vna ipsos cum fidissimis amicorum cognatorum'que munita loca vrbis occupare, in quibus quisque haberet domos, equitatibusque prędixit, vt in oportunissimis circa forū domibus expectaret haberet gladios, & quod eis iussisset facerēt, ne vero noui aliquid molirentur, in cōpræhensione coniuratorum affines sui, aliquid ve ciues alij, neue propter ea turbationē sequerentur ciuiles cædes. datis literis ad alterum consulē, qui fidenas obsidebat, iubebat eū incipiente nocte partem adducentem exercitus electissimam, venire ad vrbē proximeque murū arma in mōtano loco ponere, hisque præparati, negotium dat indicibus, vt eūtes ipsi ad principes cōiuratorum venire eos in forum circiter mediā noctē iubeant adducētes secum, & alios quibus maxime quisque fideret. Tanquā ibi locū, ordinē, signūq;

Sulpicij prudentia.

Astutū cōsilium.

Noua astutia.

accepturos, & quæ agere vnumquem'que oporteret audituros, sunt hæc facta. Atque vbi congregati sunt cõiurationis principes. Socios ijdem in forum per oc culta signa adducentes repleta statim loca edita, sunt viris pro republica arma ca pientibus,& quicunque circa forum munita equitum præsidijs. Neque vllus prorsus relinquebatur discedere volentibus exitus. Eodemque tempore con= sul alter Malius fidenis profectus adducensq; copias in campũ aderat:& vbi dies effulsit subito armatos circũ se habẽtes cõsules, in forum veniũt, ad tribunal acce dunt, perque omnia iussere edici compita per præcones, vt ad cõtionem veniret populus. quo cõcurrente omni coniurationem detegunt, quæ de reditu fiebat ty= ranni, indicesque adducunt, posteàque defensionẽ cõcedentes, si de indicio aliqui dubitarent. Vbi nemo se ad negationẽ ausus est conuertere, trasferentes se illi in curiam de his sentẽtias cõcessorum rogauere, ac scribẽtes quæ senatui visa erãt; rediere rursus in cõtionem, recitarunt'que senatuscõsultum. Erat autẽ id huius= modi, Tarquinijs imposturę indicibus ciuitatẽ dari, & argẽti vtriq; eorũ denas millenas drachmas, agrique publici, vicena iugera, participes autẽ cõiurationis deprehensos, morti tradi, si idem quoque populo videatur. Rata autẽ faciente populo, quæ visa erant senatui, demigrare iubẽtes, è foro qui ad cõtionem conue nerant, deinde aduocantes ministros cũ gladijs, iussere vt cõiuratos oẽs inter= ficerent. Hisque sontes eo in quo cõclusi erant loca circumstantes omnes occidẽ runt, perditisque eis consules nullũ amplius indiciũ recepere aduersus quenquã cõsociorũ aliorum: sed eos omnes qui tunc supplicium effugerant crimine absol uerunt, vt ex vrbe turbulentũ prorsus oẽ toleretur, ac qui quidem cõspirarant, sunt hoc modo perditi. Senatus autẽ expugnare cõstituens ciues omnes, quod ci uilis cædis sentẽtias ferre coacti essent, ita vt nõ fas eis esset sacris interesse sacri ficia ue attingere, priusquã expiaretur ea polutio, dissolueretur'que calamitas, cõ= suetis lustrationibus, postquã quicquid pium erat peractũ est more patrio à pro= curationibus diuina sacrificia, deindegratiarũque actiones & certamina perficiẽ da iudicauit. Tresque in hæc dies sacros statuit. Malio aũt consule altero in sacri ficijs ciuitatisque nomine certaminibus, ex sacro curru inter põpam in circo ipo cadente, & die tertio post pompã moriente in tempus reliquũ quod breue erat, Solus sulpicius consulatum gessit. Consules autem in sequẽti anno creati sunt pu blius Veturius geminius,& publius Ebucius Elealas. Quorũ quidem Ebucius ad ciuilia delegatus est negotia, nõ visa ea paruæ indigere custodiæ, ne qua alia noua retur à pauperibus turba. Veturius aũt dimidiũ educẽs exercitus, populatus est fidenatem agrum, nemine prohibente,& ad vrbem castra admouẽs, excursiones agebat cõtinuas. Sed nõ valens obsidione muros capere. Vallum fossan'que cir cunduxit, tanquam famæ domiturus eos homines. Quibus quidem iam laborã tibus venit auxiliũ à latinis. Quod Tarquinius sextus misit & frumentũ atque arma, aliaque ad bellũ opportuna. Quibus rebus fretis fidenatibus, cõfisa est nõ parua manus vrbem egredi, castra'que sub diuo ponere. Cum'que igitur nõ esset amplius romanis vtilis obsidio, est res visa pręlio indigere. Pugnatũ'que est pro pe vrbem aliquandiu æquo marte, deinde aũt tolerantiã in arduis, quæ romanis diuturna excitatiõe aderat, superati fidenates, plures ipsi à paucioirb⁹ coacti sunt fugere

Malius fidenis.

Senat⁹ cõsultum.

Cõspirantium expugnatio.

P. Veturi⁹ Geminius Fidenatiũ populatio.

Tarquini⁹ Sextus.

Superati Fidenates.

fugere,cędes autem haud edita est magna ob receptus propinquitatem. Et quod è muris defensores qui persequerētur repellebant. Post hoc autem opus dispersæ auxiliares copiæ discesserūt nihil ipsæ iuuantes obsessos,ciuitas verò iterū in eisdem cōstituta est calamitatibus. Laborabat'que necessariorū penuria,per id tempus sextus Tarquinius Latinorum educēs copias ad signiam romanorū coloniā duxit exercitum tanquā vrbem esset primo capturus impetu,strenue vero repugnantibus,qui in vrbe erāt, parabātur, vt ad cogendos fame homines vt oppidū reliquerēt, multūque ibi temporis nihil agens mentione dignū absumpsit. Fraudatus verò hac spe etiam aduenientе consulibus præsidiarijs militibus cōmeatu, & auxilio soluens obsidionem abijt. Sequens autem annus cōsules romæ habuit Titum Largiū flauium,& Quintum cloelium siculū. Ex quibus alter cloelius ad res vrbanas administrandas à senatu destinatus est. Dimidiū habens exercitus custodię causa molientiū res nouas. Vir clementis visus esse ingenij atque popularis. Largius autem instructo exercitu & paratis quę ad obsidionem opportuna essent,ad fidenatum profectus est bellum, erat'que fessis eis, belli diuturnitate & inopia necessariorum omnium pergrauis. Murorū etiā fundamenta suffodiēs, aggeresque erigens admouēsque machinas,neque dies, neque noctes oppugnatione absistens,breuique vrbem tēpore vi capere posse existimās. Neque enī latinorum vrbes quibus solis fidētes bellum illi susceperāt,tunc poterāt eos seruare cū nec per se vlla sufficeret ad soluēdam eis obsidionem. Nec cōmuniter ex ea gente tota adhuc vires cōparatę essent. Mittentibus aūt eis legationes sæpius præsides vrbium eadem responsa dederant tanquā propere aduēturo auxilio,opus autem cōsentaneū nullum promissis erat,Sed vsque ad verba tantūmodo. De societate spes descendebant, nec omnino desperabāt, tamē de latinis fidenates: sed perstabant ex spe illic grauia omnia sustinētes. Erat aūt ante oīa insuperabilis res fames multorū ea hominū corruptio. Verùm postquā defessi erāt iam malis,legatos mittunt ad consulē. Petentes in statutū quendam numerum dierū inducias. Tanquā interim deliberaturi de amicitia cum romanis, quibus ęquis cōditionibus fieret. Erat aūt non deliberandi gratia petitum ab eis tempus: sed auxilia à socijs comparādi:uti trāsfugę quidem nouissime aduenientes consuli retulere. Miserant enī superiori nocte primores ciuium, & qui plurimū in latinorum vrbibus poterāt legatos supplices ad rem eorum publicam,quod cū cognouisset Largius,iussit eos qui inducias peterēt deponētes arma,portasque aperientes disputare tūc secum. Aliter enī neque reconciliationes,neque inducias,neque humani aut moderati aliquid. Impetraturos eos à romanorū ciuitate dixit,missosque interim ad latinā gentem legatos ne redirent intra muros amplius custodiebat, ferentes vias in vrbem omnes,diligentissimis præsidijs occupans, ita vt cogerentur obsessi spe de socijs deplorata ad supplicandum inimicis confugere: coeuntesque decreuerunt sustinere conditiones,quas æquas esse censeret victor, adeò aūt ciuiles erant, tunc ducū mores plurimum'que abhorrentes à tyrannica arrogantia,quā raro aliqui huius ætatis ducū magnitudine elati potestatis nituntur effugere,vt recipiens vrbem cōsul,nihil prorsus de sentētia sua egerit. Sed deponi arma iubens relinquēsque vrbi pręsidiū,romā ipse redierit. Cōgregato'que

Largius. Flauius. Cloelius. Siculis.

Deditio fidenarum.

senatu cõsiderare eos voluerit, qualiter aut quonãmodo se dedẽtibus vtẽdũ esset. quibus rebus extollentes eum patres honoris habiti sibi gratia, iustũ esse censuere vt primoribus fidenatium defectionisque principibus quibuscun'que vellet consul, virgis ante cessis eis capita decidi faceret, deque cęteris potestatem ei omnem tradidere, vt quodcũ'que vellet ageret. Factus igitur Largius omniũ horũ dominus, paucos quosdam fidenatiũ accusatos ab aduersa factione in oculis omnium fecit interfici, facultatesque eorum publicauit, alijs verò omnibus habendã vrbem atque pecunias tradidit abscissa tamen dimidia. Agri parte quã sortiti sunt inter se romani milites pręsidio relicti arci & his gestis adduxit domũ exercitum. Posteà vero quã nũtiata est latinis fidenarũ captio, erecta, trepida'que ciuitas omnis fuit, erant'que omnes præsidentibus rei publicę tanquã socios prodidissent infensi. Congregato'que cõcilio in ferentino agro, hi qui arma suadebant capi, plurimum accusarũt eos qui disuadebant bellum, maxime'que Tarquinius, gener'que eius Manilius. Pręsidesque aricinę vrbis, quorum quidẽ popularitate, victi, cæteri qui erant latini generis participes, suscipiunt cõmuniter aduersus romanos bellũ, ac ne vrbs vlla ciuitatẽ perdat, neue prę cęteris inimicitiã dissoluat, sine omnium cõsensu. Iusiurandum inter se dedere. Atque eos qui cõuentũ non obseruassent, foedifragos, execrabilesque esse decreuerunt, omniũ'que inimicos, qui has verò spõsiones scripserũt ciuitatum primores iusiurãdũ'q; dederũt. Ex his fuere vrbibus. Ardeates, Aricini, Violani, Bubentani, Corni, Variẽtani, Gabini, Laurẽtes, Lauiniẽses, Lauiniate, Lauicani, Nomẽtani, Moreani, Prænestini, Pedani, corcotulani, Atricani, scaptenij, setini, Tiburtini, Tusculani, Telerini, Telinij, velitrani, scilicet vt ex his oĩb⁹ vrbib⁹. Roboris militaris hoĩm tot exhiberẽt, quot ducibus sufficerent. Octauio Manilio, sexto'que Tarquinio. Hos enim duces imperatoresque elegerant, & vt decentes belli causas habere viderentur legatos romam misere ex vna qua'que vrbe. Illustres viros, qui cum in senatu essent accusari ab Aricinis dixere eorum vrbem, quod inferẽtibus sibi bellum etruscis, nõ modo tutos exhibuissent eis transitus per regionẽ suam: sed inuissent ipsos etiã. Quibus rebus oportuit ad bellũ, fugiẽtesque ex illa clade saucios & inermes eos omes seruauissent, nõ ignorantes ipsi eos cõmune oĩbus eiusdẽ gentis bellũ intulisse. Quod'que si vrbẽ illi aricinorũ obnoxiã sibi effecissent, nihil vtiq; prohibebat ipsos etiam reliquas in seruitutẽ redigere. Sique igitur vellent iudicium de aricinis subire ad cõmune veniẽtes ipsi latinorũ prætorium, atque eis stare quæ essent iudicata ab oĩbus, nihil eis dicebat bello opus fore. Si vero solitã custodientes arrogantiã, haud æquũ censerent cognatis aliquid moderati iustique cõcedere. Minabantur bellũ illaturos eis latinos, quantis possent viribus. Ad hæc autẽ prouocantibus legatis, haud æquum censens senatus subire se iudiciũ cum aricinis de ijs quorum accusatores ipsi iudices futuri essent. Neque vsque ad hęc tantum iudices futuros suspicans inimicos. sed istis etiam additurus grauiora, suscipere decreuit bellũ virtutis quidem experiẽtiæque certaminũ fiducia nullam esse accepturam vrbẽ putãs calamitatem, horrens tamẽ hostium multitudinem, mittensque legatos, sæpius prouocabat vrbes proximas in societatẽ. Contraria verò missa ad easdẽ vrbes latinorũ legatione romanos valde accusantiũ hernici

quidem

Marginalia: Latinorũ cõcilium. — Iusiurãdũ — Noĩa vrbiũ latinarum. — Legatorũ verba. — Bellum cũ latinis.

quidem conuenientes, suspecta quædam, nihilque legationibus vtrisque responderunt, neutris socios se in præsentia velle fieri dicentes. Cæterum consulaturos per otium vtri eorum iustiora postularent. Consultationique huic annum daturos tempus, Rutili autem latinis auxilia palàm mittere promisere. Romanis vero si dissoluere secum vellent inimicitias, moderatiorem se exhibituros dixerunt latinorum ciuitatẽ conuentionibus'q; interuenturos. Volsci etiam mirari se dixerunt romanorum impudentiam, quod sibiipsi conscij, quod & in alijs lęsissent volscos, & postremo regionis partem adimentes eis optimam obtinerent, ausi erant nihilominus inimicos ipsos in societate aduocare. consulebant vero eis vt restituta regione, postea ab amicis iusta peterent. Etrusci neutram inclinarunt in partem, cum romanis non multo ante se icta dicentes fœdera, cum Tarquinijs'que cognationem amicitiam'que sibi esse, his agentibus illis responsis romani nihilo vtique humiliores. Quod accidere solet suscipientibus magna belle, nullas'que spes habentibus sociales. Sed ope propria sola fretis, multo quidem promptiores facti sunt ad certamen, tanquam per necessitatem futuri viri inter pericula strenui. Sique sibi ex sententia succederet ex virtute sua bene fœliciterque administrato bello, nemine'que gloriæ participe, tanto sibi maiores spiritus plusque audaciæ ex multis certaminibus accersurum. Paratis igitur opportunis ad bellum scribere incipientes legiones, in multam inciderunt difficultatem, non eandem exhibentibus omnibus ad opera promptitudinem, vitę enim tenuis homines, & præcipue qui æs alienum dissoluere nequaquam poterant, multi admodum, vocati ad arma minime obtemperabant, neque esse cum patricijs participes alicuius operis volebant, nisi eis illi decernerent pecuniæ debitæ dimissionem, quin & vrbem relicturos se eorum aliqui prędicabant, cohortabantur'que alter alterum, ne in vrbe habitare cuperent, nullius boni se participes faciente. Primum igitur cohortari eos patricij, dissuadereque eis ista nitebantur. Postea vero quam nihilo moderationes illi ad has prouocationes fiebant. Conuenientes in curia speculabantur quenam dicens oportunitas liberatura esset vrbem perturbatione, quicunque igitur clementis ingenij censusque moderati erant dimittenda esse debita pauperibus admonebat, & emendam paruo sumptu ciuilem esse beniuolentiam, ex qua magna ipsi lucra priuatim publicæque assequerentur. Erat autem sententiæ huius autor Marcus filius, Marci valerij, vnius eorum qui tyrannidem dissoluerent Publij ob beniuolentiam in plebem publicolę cognominati fratris docens eos, quod de paribus certantibus præmijs, pares quoq; innasci solẽt ad res gerẽdas ambitiones, eos vero qui expectant nullo se frui commodo subit, nihil sentire generosi, irritatos'que dicens pauperes esse omnes, forum'que circumeuntes dicere. Quid enim nobis futurum est amplius, cum vicerimus externos, si obnoxij ob debitam pecuniam à creditoribus facile abducendi simus. Principatumque parantes vrbi, ne libera quidem corpora comparantes ipsi custodire valeamus nec imminuere sibi periculum solum hoc declarans, ne si bellum cum senatu gerat populus, in periculis reliquat vrbẽ, quod horrere oportet omnes, qui saluã esse volũt rẽpublicã.

Initiũ Vrbanæ seditionis.

Sed & illud quoque grauius, ne blandimentis tyrannorum deceptus, arma ad=
uersus patricios capiat, restituatque Tarquinio imperium. Dum igitur eò vs=
que verba essent & minæ, paruum autem nullum esset opus adhuc à populo, vt
præuenirent hoc auxilio, lenientes ipsi populum admonebat. Neque primi hoc
ciuile actum constituentes ipsi, nec pudori ex hoc magno futuri obnoxij.
Sed habentes quos ostendat multos istud sustinentes, aliaque grauiora multa,
quando aliter non liceret agere, esse enim necessitates natura humana valentio=
res. Ac tunc quidem quod deceret considerare debere omnes, cum res in tuto
essent, tum multa eis multisque ex vrbibus exempla enumerans, ciuitatem ad
vltimum adhibuit, Atheniensium, maximi tunc in sapientia nominis nec mul=
to ante, sed ætate patrum suorum remissionem æris alieni pauperibus elargitam,
Solone primo suadente, neque quoquam hoc institutum ciuitati obijciente, neque
rursus introductorem ipsum popularem paruumque appellante, sed & multũ
obtemperantibus prudentiæ, attestantibus omnibus persuadentique sapientiæ,
Romanis autem quibus non esset de re parui discriminis periculum. Sed de eo
ne crudeli feraque omni immaniori tradantur iterum tyranno quis mentem ha=
bens vtique obiecturus erit, si hac humanitate socios pro hostibus vrbi paupe=
res fieri curauerint, ac percurrens peregrina exempla orationem postremo ex
domesticis eorum operibus suscepit, commemorans detinentes eos paulò ante
necessitates. Quod deuicta regione sua omni ab Etruscis muris ipsi inclusi, in=
que multam constituti necessariorum penuriam nequaquam hominum insanio
rum moribundorumque cogitationes habuerint. Sed cedentes imperantibus
temporibus capientesque magistram vtilium necessitatem obsides dare Porsenę
nobilissimos pueros tollerarunt, nunquam antea hoc passi, atque parte mulctari
regionis septem pagis auferentibus Etruscis, & hoste quoque disceptatore vti de
is quæ eis tyrannis obijceret ęstimationem rerum danti armaque & cætera, quæ
pro belli dissolutione exhibere ipsos tyranni postulabant. His autem igitur ex=
emplis vtens, non eiusdem prudentiæ, dicebat esse nulli earum rerum quæ ho=
stes peterent contradicere, & cum ciuibus suis bellum pro re parui discriminis
gerere, & ijs quidem qui bella ipsi de principatu multa pulcraque gessissent, cum
rempublicam obtinebant reges, magnamque promptitudinem exhibuissent,
ad liberandam à tyrannis vrbem, plusque adhuc studij exhibituri essent, ad
reliqua opera prouocati. Victu quidem fraudantes eos corpora autem &
animas, quæ solæ eis supererant periculis nequaquam parte obijcientes, di=
xitque contionans, quod si nihil illi horum dicere aggressi essent verecundia
detenti, nihilque denuntiare oporteret tamen patricios inopie eorum ratio=
nem habentes ea prompte, quorum indigentes ipsos scirent publicæ priuatim=
que elargiri, considerantes quàm superbè agant corpora ab illis petentes, nec
victum eis saltem largiẽtes ac dicentes, apud omnes se communis libertatis cau
sa bellum gerere ipsos illis qui vna eam possideant adimere. Nec habentes quam
exprobrent improbitatem eis, sed inopiam miseratione dignam, potius quam
odio. Talia dicente Valerio atque multis sententiam eius laudantibus. Appius
Claudius

Claudius sabinus in congruenti rogatus loco contraria suadebat, docens quod, nequaquam tolleretur seditio decisione æris alieni. Sed ad huc peior esset translata à pauperibus diui aut diuites. Clarum enim est iam inquit omnibus, quod rem grauiter ferent hi, qui priuandi sunt pecunijs, ciues ipsi & insignes, & qui omnibus militarint bellis vrbi incidentibus, indignum esse censentes ea, quæ sibi patres relinquerint, & quæ sibi studiosi lucri, continenter'que viuentes acquisierint publicatum iri pessimis desidiosissimis'que ciuibus multæ quoque esse dicens fatuitatis. Volentes ipsos hoc instituto deteriori parti gratificari, despicere meliorem, publicantes'que aliena iniustissimis ciuium ab is qui ea iuste possederint auferre, cogitareque ipsos iubebat quod nequaquam à pauperibus nullam vim habentibus, ciuitates perduntur iusta eis facere cogentibus. Sed per diuites & qui ciuilia administrare possint, cum à deterioribus contumelia afficiuntur, neque iusta impetrare possint, quod si non ęgre laturi essent. Hanc rem sponsionibus priuati, mansuetéque quodammodo negligenter'que iacturas ferent, nec sic quidem pulchræ sibi rem habere, neque tute tale munus dari pauperibus, per quod sine cōmertijs contractibus'que inter se, odibilis futura esset communis vita, rerum'que necessariarum & vsuum sine quibus habitari vrbes non licet inops, non ferentibus amplius regionem colonis, neque conferentibus, neque mare nauigantibus, permutantibusque alternatim res maritimas mercatoribus, neque aliam operationem iustam peragentibus pauperibus. In hæc enim omnia indigentibus, neminem diuitem pecunias suas esse abiecturum. Ex hisque fore inuidiæ opulentiam studiumque dissolui opere melioremque habituros sortem intemperantes homines quàm continentes, & iniustos quam iustos, & qui aliena depecularentur quàm qui propria custodirent esse autem ista quæ facerent ceditiones in vrbibus; pestesque inuicem incessabiles, omneque aliud malorum genus, per quę quidem felicissimę agentes ciuitates priuatæ sunt libertate, & quæ deterioris fortunæ erant omnino perditæ, maximeque cauendum censebat. Nouam ipsis constituentibus rempublicam, ne qua in eam praua ingrederetur consuetudo. Magnam enim esse necessitatem: vt qualia sunt, quæcunque publica ciuitatum studia, tales fiant priuatorum vitæ. Consuetudinem autem nullam peiorem esse neque vrbibus, neque domibus, quàm vt semper ad voluptatem viuat quisque, concedanturque minoribus à superioribus omnia, siue ad gratiam, siue per necessitatem, non enim expleri desideria stultorum potentia, quorum indigent. Sed maiora alia, statim appetere, inque infinitum progredi, esseque hoc maxime proprium, multitudinis. Quæ per se quisque agere erubescit, aut timet à meliore coercitus ea multis si fiant communia peccari prōptius vim sententiæ suæ assumentibus quibusque, ex volentibus similia, inexplebiles autem nullius'que esse termini, stultæ turbæ appetiones. Incipientes igit̄ inhiberi oportere inquit, donec debiles sunt & infirmę, non cum vehemētes magnęq; euelli nequeūt. Esse enim grauiorē iram omniū cū fraudātur cōcessis q̄ si speratis minime potiantur, vtebaturq; exemplis in hoc multis, percurrens gesta græcarum vrbium, quæcunque causis aliquibus intempestiuis molles factæ prauorumque studiorum principia sinentes ingredi, non amplius

Appij clau dij oratio.

Causę omnium malorum.

Nullā capitaliorem pestem q̄ voluptatē esse. Nota.

cohibendi ea tollendique potestatem habuerunt: Ex his in turpes insollerabilesque deuenire coacti sunt calamitates: haberéque simile aiebat aliquid cū priuatis rempublicam, animo homini, proportionem aliquam ad senatum habente corporeque aliquę ad populum. Sique igitur dominari senatui populum amentem sinant, paria passuros ipsos inquit cum eis qui corpori animum subijciunt, non ex ratione illi: sed secundum affectionem viuentes, Si vero Regi Ducique à senatu populum consuescant, idem facient quod qui corpus animo subijciunt, & ad optimum non ad suauissimum spectantes vitas ducunt. Iacturam autem nullam magnam faciendam vrbi declarabat, si ferentes egre pauperes non concessam sibi abscissionem æris alieni nolint arma pro ea capere, paucos quosdam esse dicens qui nihil prorsus sibi præter corpus relinquerint. Neque eos vtilitatem aliquam exhibere miram reipublicæ si intersim militiæ, neque damnum si absint commemorans eis quod vltimum in bellis locum accipiunt, qui minimum habent censum, & quod sortes habuerunt adiectiones, ad eos qui sunt in acie collocati, accedentes isti stupfactionis hostium causa, tanquam nihil ferentes armorum præter fumdas quarum minima est in prælijs vtilitas. Eos vero qui misereri paupertatis ciuium, opitularique nequentibus dissoluere ęs alienum suadent exquirere inquit oportere. Quid tandem eos pauperes effecerit, sortem quidem accipientes, quam eis patres relinquerunt, exque militia plurimum emolumenti adeptos. Ex reque postremo tyrannorum contingentem eis partem sortientes & quos deinde viderent neutri turpissimisque indulgentes voluptatibus, perque ista excidisse censu dedecus eos vrbis detrimentumque existimare, magnumque opinari lucrum hoc publicum, si volentes sponte ipsi extra vrbem corrumpantur quoscunque aut ob fortunæ iniquitatem sentirent amissę res suas, his ex rebus ipsos proprijs benefacere. Optime enim hoc etiam cognituros eos facturos'que dicebat qui pecunias credidissent, opem'que ad infœlicitates eorum laturos illos ipsos non vi coactos ab alijs sed sponte vti eis pro pecunia superesset pulchrum emolumentum gratia commune autem afferre omnibus subsidium, cuius essent futuri ex æquo mali bonique participes, nec proprijs sed ex alienis aliquos benefacere, & à quibus pecunias auferrent, ne pro meritis quidem gratiam saltem relinquere virtuti minime conuenire romanorum. Super omniaque hæc & alia,' graue quiddam, nec ferendum esse romanis principatum sibi vendicantibus quæ laboribus multis patres acquirentes posteris suis reliquerint, non ex eorum voluntate, nec è persuasis ipsis, nec quo tempore agere optima conueniat reipublicæ vtilia sed tanquā vrbe capta vel pati expectante, prętei q̄ quę eis videantur exigere. Ex quibus quidem vtilitatem nullam, aut paruam admodum quandam capiant. Ex malis autē cōtingat eos pati turpissima. Lōge enim esse melius quę iubeāt latini agere tanquam moderatiora, nec in periculum venire belli quam his qui nulla ī repror sus sint vtiles. Concedentes ipsos quæ velim eximere ex vrbe fidem: quam & templi extructione & sacrificijs annuersarijs patres sui decorare statuerunt, & hoc quidem vt funditores in societatem sibi ad bellum capiant. Caput autem tale erat ei sententieæ, vt ciues eos qui fortunæ belli vellent esse participes, quibus

bus æquis conditionibus & cæteri ad res gerendas assumerent. eos vero qui per fœdera qualiacunque ęquum senserent, se pro patria arma capere, tanquam nihil profuturos etiam si caperent, valere sinerent. quòd si sciant illi aiebat exhibituros se ipsos obsequentes eis qui de republica pręclare sentiāt. Solet enim fere semper quodammodo insensatum omne si quis ei aduletur magnifice sentire de se. Cum vero exterreat aliquis modestum esse, & hæ quidem differentes inter se plurimum dictæ sunt sententiæ. aliæ vero mediæ quædam inter has plerę que, aliæ enim eos tantum liberari ære alieno, qui nil possiderent, censebant rem eorum abductilem creditoribus facientes non corpora. alij vero dissoluendas esse de publico pro inualidis sponsiones, vt fides pauperum custodiretur caritate publica. nec qui eis contulerant pecunias læderentur. Videbatur autem aliquibus, etiam eorum qui iam ob pecuniam sibi creditam detinebantur, & eorum quibus libertas auferenda videretur, liberari oportere, corpora captiuitatis metu, corporibus alijs pro istis creditores remunerantes. Talibus vero quibusdam dictis victrix fuit sententia, nullum fieri in præsentia de his rebus senatusconsultum, cum vero finem caperent præclarum bella, tunc referrent ad senatū consules. Exquirerentq; ab eis sententias, nullāq; interi exactionē fieri. Cōtractus alicuius siue vadimonij siue cōdēnationis intermittitq; alias disceptationes oēs institītiūq; indici. Neq; cognoscere magistratus de aliquo, præterea quæ ad bellum pertinerēt, hoc senatusconsultū elatum in plebē diminuit quidem aliqui ciuilis perturbationis, sed non tamen seditionem sustulit ex vrbe omnem. Erant enim mercenariæ multitudinis aliqui, quibus minime sufficiens auxilium videbatur spes de senatu clari, certique habens nihil, sed ex duobus alterum postulabant senatum facere, aut dare eis iam iam debitæ pecuniæ dimissionem, si eos socios habere vellet periculorum, aut non verba eis dantem. Rem omnem ipsum in alia differre tempora, non enim sensus eosdem esse hominum, cum indigent, & cum omnibus quorumcunque indigebant, sunt expleti. In tali vero reipublicæ constitutione speculans senatus, per quem maxime modum fieret, ne plebs amplius moliretur, res nouas tollendam esse indicauit, in pręsentia consularem potestatem, aliquemque alium magistratum creandum, belli pacis reique omnis alius dominum imperatorem, neque obnoxium rationi reddendæ alicuins eorum, quæ vellet aut ageret. Esse vero potestatis tempus magistratui nouo moderatum sex menses, postque tempus illud semestre imperare rursus consules. Quæ vero senatum cogebant, ad tyrannicum dissoluendum bellum, vltroneam tollerare tyrannidem. Multa quidem erant alia, super omnia vero lex, quam alter consulum sanxerat publius valerius publicola (de qua prius dixi) fecisse eam sententias, consulum inualidas, ad puniendum romanorum, quenquam ante causæ dictionem permittentem eis qui ducebātur ad supplicia prouocare cognitionē causę à magistratibus ad populum. Donec que tulisset populus de corporibus eorum vtraque suffragium, esse eos in tuto, ac iubentem qui præter ista facere conarent morti impune tradi. Cogitabat igitur hac lege stante minime obtemperaturos esse coactos à magi-

Victrix sententia.

Lex publicolæ.

ſtratibus pauperes deſpicientes, vt veriſimile erat ſupplicia, quæ non ſtatim ſubi tura eſſent. Sed cum eos condonaſſet populus, abrogata vero hac lege in multam adduci omnes neceſſitatem vt viſa facerent. Ne ergo pauperes aduerſarētur, ſi quis hanc legem palàm abrogaret, ſtatuit parem tyrannidi magiſtratum ad res gerendas adducere: qui leges omnes ſub ſe habiturus eſſet. Scribitque ſenatuſconſultum per quod quidem decipiens pauperes, & qui eis libertatem confirmabat legem auferens latuit. Erat autem ſenatuſconſultum tale, vt largius & Clœlius: tunc conſules poteſtatem deponerent, & ſi quis alius magiſtratum haberet, aut publicarum rerum procurationem, vnuſque vir quemcunque ſenatus eligeret, populuſque confirmaret, rerum omnium poteſtatem aſſumens imperaret, non plus ſemeſtre tempus maiorem habens quàm conſules poteſtatem hoc quàm haberet vim ignorans plebs decernit firma eſſe, que ſenatui viderentur. Erat igitur magiſtratus hic maior tyrannide, ſecundum leges electionem'que futuri magiſtratus ſenatui ipſe concedunt conſultanti per ſeſe facere.

Senatus aſtutia.

Senatuſcō ſultum.

Poſt hæc vero multa affuit primoribus ſenatus inquiſitio, atque prouidentia de viro, qui eſſet ad imperium ſuſcipiendus. Videbantur enim ſibi viro prompto & alacri ad res gerendas indigere: multam'que habente certaminum bellicorum experientiam, vltraque hæc prudente & moderato. Neque propter magnitudinem poteſtatis ad inſanum aliquod adducendo. Super'que iſta omnia atque alia quæcunque adeſſe opus eſt imperatoribus boni, imperare conſtanter ſciente. Neque aliquid molliter ignoſcente contumacibus, cuius rei in preſentia maxime indigebant. Videntes autem eſſe omnia, quæcunque poſtulabant, in altero conſulum Tito Largio, neque enim virtutibus excellens Clœlius: alacre illud bellicum'que habebat imperatoriumque terribile. Sed clemens erat vltor, non parentum. Pudori tamen ſibi eſſe ducebant, alteri magiſtratum auferre, quem ex legibus accœpiſſet, largirique alteri vtriuſque poteſtatem regia maiorem ſpecie, nec non ſubibat timor, ne egre ferens Clœlius ablationem hanc magiſtratus vt ab indigno, & affectus ignominia à ſenatu mutaret vitæ propoſitum. fieretque patronus plebis, ac rempublicam euerteret. Verentibus itaque omnibus: quæ ſentirent, in medium efferre. Hocque diu facientibus, natu maximus honoratiſſimus'que conſularium ſententiam tulit, per quam vtroque conſulum in honore æquo cuſtodito, ab illis ipſis magnis idoneum ad imperandum inuenere. dixit enim videri ſibi, quandoquidem vim imperij decreuit ſenatus, populuſque confirmauit vni viro dari, reliqui duo conſilij curæ'que indigentia non paruæ. Quiſnam eſſet parem regio ſuſcepturus magiſtratum, & à qua dictus poteſtate legitima, quodque eorum alter qui tunc erant conſules, ſiue contradicente collega, ſiue iacta ſorte eligeret ex romanis quem putaret, & præclara & vtiliſſima ciuitati procuraturū interregibus eñ in pręſentia opus nō eſſe ſuę ipſis ſentētiæ (vt ī monarchis creandis) conſuetudo erat, habente vrbe pium ſanctū'que imperium. Laudātibus autem ſentētiā eius, omnibus. Aſſurgens alter poſt hunc dixit. mihi videtur patres hoc etiam ſentētiæ huic addere duobus viris claris hoc tempore rempublicā adminiſtrantibus, quibus meliores vtique nō inueniretis, alterum eorū dominū deſignari electionis al

nis, alterū'que à collega, eligi illis ipsis dijudicantibus inter se opportuniorem, vt adsit eis cum honore par gaudiū, alteri quidem quod pręclarū collegam elegerit, alteri vero quod optimus sit à collega iudicatus, suene eñ pulchrū'que vtrūque: scio tamen quod hac parte etiam sētētiæ non addita, ipsis vtique visu, esset sic facere, ne vobis quidem melius aliud volētibus, visum est omnibus hoc esse advotum dictum nullo'que amplius adijciēte quicquā ei sententiæ, decretum confirmarunt. Vbi verò potestatē acceperūt consules cognoscēdi vter eorum esset ad imperandum idoneor, admirabilem quādam præterque oēs humanas opiniones rem egere. Non eñ dignū vterque sese declarabat principatu. Sed vter'que alterum, contriuerūt'que totam diē illam, virtutes alter alterius percensentes, ac multis pręcibus deprecātes imperium, adeò vt in multa essent qui in senatu aderant consilij inopia. dissoluto cōcilio autem propinqui genere utrique eorum, senatorūq; cęterorum qui peritissimi, honoratissimique erāt, eūtes ad largiū multas ei adhibuerunt vsque in noctē pręces, docētes vt spes in eo oēs posuisset senatus, illud'que minime studiosum eius ad magistratū dānosum esse respublicæ affirmantes. Erat autem ille immutabilis, partim'que rogās vnūquem'que, partiq; cōtradicēs diūq; perstitit. Die verò insequēte, cōgregato iterū senatu, posteà quā tunc etiā repugnabat, suadētibusque oībus sentētia nō absistebat. Assurgens Cloelius, pronūtiat ipsum queadmodū soliti erāt interreges, seq; magistratu abdicat. Sicque prim⁹ creatus est hic romę princeps vnicus, belli pacis rerūq; cęterarū imperator, nomēque ei impositū est dictator. Siue propter potestatē iubēdi dictandique quod vellet, & quę iusta pulchra'q; cæteris queadmodū ei videretur, nam præcepta & præscriptiones iustorum & iniustorum, romani edicta vocant. siue (vt quidam scribunt) propter eam quæ tunc fiebat dictionem, quandoquidem non à populo magistratum inuentū more patrio habiturus erat. Sed ab vno viro dictus. Neque eñ oportere putabāt inuidioso etiā nomine grauari eū magistratum, qui liberā administraret ciuitatem, cum parētium ipsorū causa ne odiosis appellatiōibus perturbarētur, tū ad suscipientium etiā magistratus prouidentia: ne laterēt patientes delictū aliquod ab alijs aut iniustę ijdem in proximos quę tales ferre solent potētiæ. Quandoquidem magnitudo potestatis, quàm habet dictator minime declaratur nomine, tyrannis eñ electa est, dictatoria potestas. Vidētur autem mihi romani sumpsisse etiam hoc institutum à græcis. Nā qui ἐξύμνετι vocati sunt apud gręcos antiquitus (vt in libris historiæ de regno scribit Theophrastus) electi quidam tyranni erāt, eligebant'que eos ciuitates, nō in tempus infinitū, neque, semper sed in tempore, quādo eis expedire videretur. Et ad quātū temporis. Sicut etiam Mitylinei eligerunt aliquādo pita cum aduersus exules, qui cum Alceo poeta erāt. Venerunt aūt adhoc primi experimēto docto docti, hoc esse vtile, à principio eñ regibus suberat vrbs quæque græca non vt barbaræ gentes tyrānicę, sed secūdum leges quasdam consuetudinesque patrias. Eratq; omniū clarissimus is qui iustissimus legū'que studiosissim⁹. Nihilque statuens extra mores patrios. Declarat autem hoc etiā Homerus ius dicentes & fas constituētes reges vocans, inque multū permanserūt tempus sub conditionibus certis administrata regna, sicuti lacedęmonium. Incipientibus aūt quibusdam in

Pulchra cōtrouersatio

Dictator p̄mus. T. Largius & quare sic vocatus Vide de dictatura pulchra. Edicta.

Theophrastus.

Alceus.

potestatib⁹ delinquere,parũ'q; vtẽtibus legibus:sed ex sensib⁹ suis multa administrantibus rem totã mœstę ferẽtes multi,dissoluerũt regna, idque administrandi genus atque cõdentes leges, magistratusq́ue creantes, his vtebãtur vrbiũ custodijs. Vbi vero nõ sufficiebant leges ab eis positæ ad ius stabiliendum, nec magistratus, & qui curam tuendarũ rerum suscipiebant, auxilio erant legibus. Temporaque ipsa multa afferentes noua non præclara institutorum: sed cõuenientia occupantibus se casibus cogerẽt eligere. Nec in calamitatibus tantũ improuisis: sed excedẽtibus quoque modum fœlicitatibus ornatu per eas ciuili corrupto, cui celeri opus erat correctione vniusque sententia introducere sunt coacti in vrbes, iterũ regias tyrannicasq́ue potestates nominibus vellãtes eas decẽtioribus Thessali Archos, Lacedęmonijque armostas vocantes, timẽtes illi reges eos aut tyrãnos appellare tanquã sibi minime pium esset, vt quas deluissent potestates sacramentis & execrationibus, ac deis quoque per oracula annuẽtibus, Eas iterũ cõfirmarent. Mihi igitur videtur romani sumpsisse (vt dixi) hoc exemplũ à græcis. Licinius autẽ putat eos dictatorem ab albanis sumpsisse dicens illos primos post Amulij Numitorisque mortẽ deficiẽte regia cognatiõe, annuos creasse magistratus potestatẽ habentes eandem, quã reges anteà, vocasseque eos dictatores. Ego verò haud quęrendum duxi, vnde nomẽ hoc romana ciuitas acceperit: sed vnde exemplum cõpręhensę potestatis hoc nomine. Sed de his forsan opere precium nõ est plura scribere, quemadmodũ autem rebus vsus sit dictator hic primus, & quę ornatũ apposuerit magstratui, conabor breuiter percurrere, putans ista vtilissima esse lecturis, quę magnã exhibent copiam exemplorũ honestorũ, plurimũq́ue cõferentiũ legum latoribus, populorũ'que ductatoribus, oĩbusq; alijs qui tractare velint ciuilia, rẽ'que publicã administrare, neque eñ in honore, humilisq́ue ciuitatis instituta, aut vitas, nec obscurorũ abiectorũque hominũ consilia, actionesque sum narraturus, ita vt molestũ in aliquo, garrulitasque in paruis leuibusque appareat, nostrũ studium. Sed de ea quę iusta oĩbus & honesta statuerit, deque ducibus, qui in eam in hanc cõstituerint dignationẽ, quas res studeret quisque non ignorare philosophus virque ciuilis declarabitur, statim igitur simul atque potestatẽ assumpsit, magistrum equitum designat Sp. Cassiũ consulatũ gerentem, olympiade septuagesima. Hęcque cõsuetudo vsque ad ætatẽ meam custodita est à romanis. Nec hucusque dictator vllus creatus, sine magistro equitum dictaturam gessit, deinde volẽs potestatis vim quanta esset ostẽdere, ad stupefactionem terroreq̃ue potius quàm ad vsum, iussit vt cum facibus virgarum, secures etiam per vrbem lictores ferrent morẽ ipse renouãs qui fuerat gẽtilis regibus, sed à cõsulibus relictus, ex quo Valerius publicola primus in cõsulatu suo minuerat inuidiam imperij, exterritis autẽ ex hoc alijsque signis regij principatus ciuibus turbulentis & nouarum rerũ auidis, pręclarum illud omniũ à seruio Tullio popularissimo rege institutum exequi romanos oẽs quãprimum statuit, censum'que suum curiatim oñes ferre & ascribere vxorẽ, nec non filiorum nomina, & ætatem, suã'que & filiorum census autem breui omnibus propter poenę magnitudinem (erat eñ non parentibus res ciuitasq́ue amittenda) centũ & quinquaginta milia, & septingenti romanæ pudis inuenti sunt, hincque segregans qui

militaris

Archi. Armostę. Licinius. Creatio Dictatorũ. Sp. cassius magister equitũ. Census descriptio

militaris ætatis erat à ſeruioribus in centuriaſque diſtribuens pedites & equites in quatuor diuiſit partes, quarū vnā ſtrenuiſſimā circum eſſe habuit ex reliquis autem iuſſit. Clœlium paulò ante collegā ſuum quam vellet capere tertiā verò ſpurium Caſſium magiſtratū equitum, adque vltimā fratrem ſuum. Spurium largiū ſtatuitque eam eſſe vrbi prçſidio ſimul cum ſenioribus intra muros manē tem vbi vero parata ei fuere ad bellum opportuna oīa, duxit copias in campeſtria trinaque ponit caſtra ſecūdum ea loca maxime, vnde incurſus faciēdos à latinis ſuſpicabatur cogitans vero prudētium ducum eſſe confirmare tantum res ſuas: ſed res hoſtium etiam infirmare, ſineque pugna bella quātum liceat ſine'que labore, diſſoluere, ſique minus ſumptu minimo militaris multitudinis, bellorum quoque peſſima omniū ducēs, plurimūque habentia triſticiæ ea quç coacti aliq cum amicis cognatiſque ſuſcipiūt clemētioribus quā iuſtiorib⁹, putauit eis opus eſſe diſſolutionibus, clàmque igitur mittens ad primores latinorū minime ſuſpectos quoſdam ſuaſit eis vt agerent de amicitia ciuiū vrbibus mittenſque palàm legationem & per vrbes & ad ciuitatem haùd difficulter aſſecutus eſt, vt nō eundem impetum amplius haberēt oīes ad bellum, colenſque eos maxime talibuſque egregijs operibus vt diſſederent à ducibus effecit, qui verò latinorum ducatum imperatorium acceperāt Manilius & ſextus in vrbe tuſculo copias cōtinentes, parabant quidem ſe tanquā romā verſus irrupturi, abſumebāt verò multum temporis differētes, ſiue vrbes expectarent tardiores, ſiue extis non procedentibus eis pulchre. Hoc igitur in tempore ſeorſum quidā ab exercitu romanū agrū populabantur, quod ſentiens largius, mittit in eos. Clœliū ducentem equitum & inermiū fortiſſimos, qui apparēs improuiſus eis, paucos quoſdā pugnātes interfecit, reliquoſque captiuos ducit, quos quidē largius refouens ex vulneribus alijſque cōplectēs humanitatibus ſimul oīes remiſit tuſculum ſine prçcio, legatos quoque cum his, mittēs illuſtriſſimos romanorū, qui hoc quidem perfecerūt vt latinorum diſſoueretur exercitus, fierēt annuç vrbibus induciç, quæ cum peregiſſet hic vir abduxit copias ex campeſtribus, ac priuſquam expleretur tempus poteſtatis omne creatis cōſulibus, depoſuit imperium ne vnū quidē romanorū interficiens, nec expellēs patria, nec vlla alia calamitate graui afficiēs. Huius aūt rei emulatio ab illo viro incipiens, permiſit oīibus accipientibus eam poteſtatē vſque ad tertiam ante nos ętatem. etenim neminem ex hiſtoria accepimus, qui non ea moderate ciuiliterq; vſus fuerit coacta ſçpe. Vrbe magiſtratus legitimos diſſoluere, ſubque vna res oīes facere, & ſi quidē in externis bellis tātū fuiſſent qui dictaturam ſuſcipiebāt prçſides patriç egregij, nec imperij corrupti magnitudine, minus vtique mirandū eſſet, nūc verò etiā in ciuilibus ſeditionibus multis & magnis, Regū'que eiectione ſuſpitio, neque tyrannidis aliarū'que calamitatum plurimarū prohibitione, quicunque tāta potiti ſunt poteſtate in reprçhēſibiles, & primo imperiū hoc aſſumenti ſimiles, ſeipſi omnes exibuere, ita vt omnibus cōfirmata fuerit hçc opinio, quod inſanabilis mali omnis vnicum ſit remedium, ſpeſque ſalutis vltima cū reſcinduntur omnia aliquibus temporibus ſit dictatorius magiſtratus, patrū verò noſtrorum ætate elapſis fermè quadringētis à Titi largi dictatura calūniæ habita odioſa'q; res oīibus hominibus apparuit.

C. sylla crudelis.

Lucio cornelio sylla primo & solo amare crudeliterq; ea potestate vso, ita, vt tūc primum senserint id quòd anteà per omne tempus iguorauerāt romani tyrānidem esse dictaturum. Senatum em̄ ex qualibuscūque hominibus constituit, tribunitiam que redegit potestatē in minimū. Vrbes euertit totas, & regna alia quidem sustulit, alia ipse cōstituit, aliaque peregit multa & arrogātia, de quibus multo operę esset dicere, ciues quo que pręter amissos in pręlijs dedētes sese ei haud pauciores quadraginta milib⁹ interfecit, aliquos eorū etiam cruciatibus affligēs. Vtrum autē necessario vel vtiliter pro republica ista peregerit, nō est tempus in pręsentia exquirēdi. Quod verò propter ista odio est habitum visumque graue dictatoris nomen, hoc mihi propositum fuit ostendere, innatum em̄ est nō potestatibus solis sed & alijs hoc accidere, admirabilibusque & de quibus decertatur in cōmuni vita rebus, honesta em̄ omnia vtiliaque apparēt, cum pulchre vtitur eis aliquis. Turpia vero & inutilia cum prauos nactæ sunt præsidentes. Huius autem rei causa est natura, adijciens bonis omnibus pestes itē insitas aliquas: sed de his, tempus dicendi esse posset illud magis opportunum.

Honesta oia & vtilia cū pulchre vtimur.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER SEXTVS.

A. sempronius. M. minucius.



EQVENTI ANNO SVSCIPIENTES CONSVLARE imperiū Aulus sēpronius Atratinus. M. q; minucius septuagesima pma olympiade quo vicit ī stadio tisicrates crotoniates īperāte athenis hipparco, nihil qdē aliud bellicū, aut ciuile dignū historia ī magistratu suo egerūt, nam & inducię cū latinis multā eis exhibebant ab extremis bellis qetē, & nubitio exactiōis pecunię debitę, quā senatus decreuerat, quoad bellū qđ expectabant in tutū exiret finē, cohibebat intra muros īnouationes, quas paupes mouerāt postulātes liberari ęre alieno publice, decretū aūt senat⁹ sanxerūt clemētissimis romanorū & prudētibus verbis, vt si quibus eorū cōtingerant latini generis vxores, aut latinis romani essent iuris eę sui siue apud viros manere vellēt, siue nolētes malēt in patriam ā sureuerti, & ex filijs quidē matres apud parētes suos manerent, puellæ vero nondū nuptę, matrem sequerentur, erant autē in vrbes datæ fœminę inuicem plurimę ob cognationem & amicitiā, quę potitę facultate decreti huius clarum effecere quātū inesset eis habitandę romæ desideriū. Nāq; erāt ī latinis vrbibus romanę prope omnes relinquētes viros, reuersę sunt ad patres, nuptæ vero romanis latinæ præter duas reliquæ spreta patria, apud viros permāserūt, omnē sanè infœlix bello præualiturę vrbis his cōsulibus dedicatū esse, aut saturni ędē secundū assensum eum qui fert ex foro in capitoliū sumptúque publico designatas esse quotannis deo solēnitates & sacrificia, ante hæc autem collocatā dicunt fuisse hic aram extructā ab hercule, sub qua igneas primitias immolabāt græcis

moribus

moribus, ij qui sacra ab illo accęperunt, inscriptionē autē locationis tēpli dicunt quidā accępisse Titū largiū superiore anno cōsulatū gerentē. Alij etiam tarquinium regem illum qui principatu excidit, dedicationem vero tēpli accępisse ex senatus decreto Posthumiū cominium. sicque igitur his (vt dixi) cōsulibus profunda pace frui licuit. Post hos vero imperium suscipiūt, Aulus Posthumius, Titusque verginius, quibus cōsulibus, elapsæ sunt cum induciæ latinis apparatusq; in bellum fiebāt ab vtrisque magni, erāt autem plebis romana omnis volens & cum alacritate multa veniēs ad certamē latinorū autem pars magna, non propte quidem sed coacta necessitate primoribus vrbiū pœne omniū muneribus pollicitationibusque à Tarquinio, Manilioque corruptis, popularibusque omnibus quicūque bellum nollent à cura reipublicę abactis, neque enim potestas dicēdi dabatur amplius volētibus, cogebanturque exacerbati ex hoc plures patriam relinquere, & ad romanos trāsfugere, eis minime prohibētibus, qui sui iuris vrbes fecerant, sed habentibus magnā emulis vltroneæ fugæ gratiam, suscipiētes autem ipsos romani, eos qui cum vxoribus & filijs adueniebant, intra muros statuebāt. Vrbanæ quoque eos militię manipulis admiscētes, reliquosque immunita loca circum vrbem dimittebāt, & in colonias dispertiētes, ne quid noui molirētur, obseruabāt. cum'que esset eadē omnibus sentētia quod egerēt res iterum pręmisso rege suo cōsilio omnia magistratu, nec obnoxio quidē ipso dictator dicit iunior consulū Aulus Posthumius à collega verginio, isque magistrum equitū sibi eligit, eo modo quo dictator prior, Titū Ebucium elbam, ac describēs breui pubem romanā omnē in quatuor diuisit partes, vnā ductas ipse, alijque præesse statuēs collegam suum in cōsulatu verginiū, alij Ebutium magistrum equitum, quartę vero perfectum reliquit, Aulum sempronium, cui vrbis custodiā, permisit. Paratis aūt opportunis omnibus, ad bellū venere ei exploratores nūtiātes exiuisse totis viribus latinos, rursusque alij declarātes captū ab eisdē esse ex inuasione locū quendam munitū, corbionē dictum, in quo erat pręsidium quoddā romanorū inhabitans paruum, quod ille quidem totū perdentes obtinētesque locum belli eum receptaculum faciebant, mācipia vero pecudesque in agris nequaquā tantas, quātas corbione cœperāt. prouidētibus multò ante colonis vt in vltimū munitorū locorum quæcunque aut ducere quisque poterat reponerentur, domos verò concremabāt hostes, ijdē desertas, agrūque populabātur, aduenerat.n. eis cū eduxissent iam exercitū ex antio vrbe illustrissima volscorū gētis exercitus nouus, armaque frumentum & alia quibuscū'que indigebant ad bellum, quibus rebus fidētes, in spe erāt optima, tanquā bellū quo'que cæteris volscis secū suscepturis cū incepissent iam antiates. Audiēs autem hoc Posthumius accurrit propere auxilio priusquam hostes omnes cōuenirent, ducens copias suas per noctem celeri itinere, propiusq'ue latinos factus, castra ad lacum regillū in munito loco habētes, iacit & ipse vallum fronti hostiū obuersum in excelso colle, vixque accessibili in quo perstās multa habiturus erat pręcōmoda. Duces antiorū aūt octauus tusculanus Tarquinij regis gener: siue vt quidā scribūt, generi filius, sextusque Tarquinius, qui tūc seorsum castra posuerāt, vires omnes in vnū contrahunt, aduocan-

A. Posthumius. T. verginius.

Corbio.

Antiū volscorū illustrissima vrbs.

tesque pręfectos & cēturiones speculabātur, quę nam eis futura esset belli gerēdi ratio. sunt'que multę dictæ sentētię, alij enim ex incursu eundum esse in eos censebant, qui cum dictatore mōtem occupauerant, donec erāt ipsi eis adhuc terribiles, non fiduciæ signum esse existimantes occupationem munitorū sed timoris. alij vero ducta fossa esse eos pauca aliqua custodia coercēdos, esseque copias reliquas ducēdas, romā captu facilem. Cum esset foris strenuissima iuuētus, alij volscorum cęterorum auxilia expectāda esse cōsulebāt, tutiora quàm audaciora eligētes, romanos eñi nihil frui protractione tēporis, sibi vero res tardatas meliores fieri: adhuc eis cōsulātibus aduenit roma cū exercitu cōsul alter Tit⁹ verginius, subito iter sequenti nocte accelerās: ponitque castra seorsum à dictatore super altero dorso mōtano valdéque munito, ita vt excluderēt latinos vtroque exitu ad inuadendū hostilem agrum cōsidēte à leua cōsule dictāte'que à dextra, maiore vero adhuc turbatione detinēte duces, nihil magis quàm tuta eligētes & timore ne domestica quanquam multa cōsumere cogerētur cunctantes. Intelligens dictator quanta inesset eis imperatoriæ rei imperitia, magistratū equitum Titum

T. ebutius

Ebucium robustissimos ducentē equites, leuēque armaturā iussum occupare mōtem pulchre situm quēdam præter transitū, qua latinis importabatur domo cōmeatus, ac priusquā sentirent hostes pręuenit emissa illa cum magistro equitum manus delata noctu per syluas minimèque tritas semitas montē in potestate habēs, quod cum hostium duces sensissent, occupata sibi etiā loca tuta à tergo, neq; domo cōmeatus spem haberēt optimā tanquā tute importādi eius deturbare cogitarunt romanos monte priusquā vallo præter montē quo'q; augerētur, & assumens ducum alter sextus equitatum agit pro viribus tanquā eum romano equitatu minime excæpturo. Strenue aūt sustinētibus eos romanis ad tēpus aliquod contra stetit aliquando cōuersus, aliquādo'que subducēs suos & accedēs postquā autem natura loci, obtinētibus iam vertices romanis, magna exhibebat pręcommoda, ascendētibusque infernę in arduū nihil aliud quā plurima vulnera & inefficaces afferebat labores, rursusque altera manus aderat romanis electorū virorū ex pedestri legione auxiliatrix, quā Posthumius subsequētem miserat nihil amplius valens agere, sextus abduxit equitatū in castra. Obtinētesque iam fidenter romani locū palā firmat munitiones. Post hoc opus autē Manilio sexto'que visum est, haud quāq̄ multa tēporis interpositiōe: sed pugna celeri res egere. Dictatorique romano sic cōstitutū à principio habenti, vt sine prælio bellum conficeret, idque maxime oppositorū sibi ductum pęnuria se facturū sperāti, tūc quidē visum est veniendū ad certamē, nam obseruātibus equitibus itinere, capti nūtij erant quidam ferētes literas à volscis ad latinorū duces, quibus significabatur vēturas esse eis copias multas in diē tertium præcipue, Rursusque ab ernicis alias. Sicque igitur quę afferent celeriter cōfligēdi acie ducibus necessitatē, quod eousque aut cōstitutum eis fuerat hęc erāt. Vbi vero elatum est signum, ab vtrisque pugnæ processerunt in locum mediū. Instruxerunt'q; vtrique aciem hoc modo.

Aciorū instructio.

Sextus quidem Tarquinius in leuo collocatus cornu, Octauiusq; Manilius in dextro. Mediam'q; aciem Titus filiorum alter Tarquinij tenuit, vbi etiam perfugæ

exulesque

exulesque romanorum collocati erāt. Equitatus vero omnis triphariam in vtrū que cornu, mediam'que diuisus est aciem. Romani autem exercitus sinistrum cornu tenuit magister equitum Ebutius, Sexto tarquinio oppositus. Dextrum, Titus verginius consul, Octauo Manilio oppositam stationem habens, mediam que aciem supplebat dictatori ipse: Tito tarquinio & qui cum eo erant exulibus occursus, numerus autem congredientium vtrinque in acie copiarum, ab romanis quidem erat peditum circiter vigintiquatuor milia, trecentis demptis, equitesque milia. Latinis vero vnà cum socijs quadraginta fermè peditum milia, tria que equitum. Cum autem essent congressuri exercitus: Conuocantes suos milites latinorum duces, multa'que eis ad fortitudinem adhortantia percurrētes, preces quoque multas adiecerunt. Sicque romanus videns hortātes suos, quod multitudini conferentur hostium, multo excedenti suam, eximere'que hunc metum ex sensibus eorum volens in contionem eos conuocauit, sistens'que eo loco, natu maximos senatorij ordinis & honoratissimos huiusmodi orationē habuit. Dei nobis per auspicia, perque exta, aliasque diuinationes pollicentur se præstaturos libertatem vrbi, victoriam'que fœlicem pulchras nobis tribuentes remunerationes, pro ijs quibus colentes eos ipsi iusta'que exercentes in omni vita perseuerauimus, infensique ijdem (vt æquum est) inimicis nostris, quod à nobis affecti multis magnisque beneficijs, cognati quoque & amici & iurati se eosdem habituros, quos nos, & amicos & vicinos his omnibus neglectis tamen bellum nobis iniustum afferunt, non de imperio aut potentia vtros nostrum magis conueniat potiri eis esset enim hoc minus graue, sed de tyrannide tarquiniorum, vt eis seruam pro libera vrbē faciant, oportet autem cēturiones & milites, vos quoque cognoscentes, quod habetis deos socios qui perpetuo vrbem seruant viros esse in hoc certamine strenuos hoc scientes quod potiri deorum auxilio contingit generose decertātibus. Atque omnia (quātum in se est) ad victoriam prompte existentibus, nec fugientibus extra pericula: sed volentibus ipsis pro se, difficultates subire omnes, adsunt nobis multa etiam præopportūa alta ad vincendum à fortuna præparata. Tria vero omnium maxima at'que clarissima. Primum quidem inter nos fiducia qua maxime eis opus est, à quibus superandi sunt inimici. non enim hodie incipiendum est nobis amicus esse certis fidisque socijs: sed omnibus nobis paria multo autem præparauit hoc bonum vna enim educati estis disciplina'que potiti eadem & deis super aris ijsdem immolatis, multisque vna bonis fruimini, multa'que experti estis aduersa cōmuniter, ex quibus firme permisceri solent indissolubilesque omnibus hominibus amicitię quando vtique adest omnibus cōmune de rebus maximis certamen, nam si obnoxij inimicis fiamus. Non alijs quidē vestrum continget nihil experiri mali. Alijs pati vltima. Sed dignitatem pariter & principatum libertatem'que omnibus amittere nec aut vxoribus, aut filijs, aut re, bonoue alio quod habeatis frui. Ciuitatis autem principibus rem'que publicam administrantibus, hac accidet morte mori miserrima, cum verberibus & cruciatibus, quando enim mali nihil à nobis illi neq; magnū neque paruū perpessi, multis varijsq; nos omēs affecere cōtumelijs, quid oportet nos opinari facturos ipsos, si nūc armis vincāt malorū memores quod ex vrbe ab

straxistis eos,resq; admittitis,neque patriã terrã ingredi eos sinitis. Postremũ autem eorũ quę dicta sunt pręcõmodorum,nullo alio dicetis inferius, si recte inspicietis,quod nõ talia occurrunt vobis ab hostibus,qualia suspicabamur. Sed ea longe opinione inferiora, prẹter enim antiatum auxilia,videns ne eis assistẽtes alios belli socios? At nos volscos omnes eis aduenturos socios suspicati sumus,& ex sabinis Hernicisque complures, & innumeros ob inanem metum nobis alios ipsi confinximus. erant igitur ista somnia latinorum, pollicitationes vacuas, & spes inanes habentia. deseruerunt enim societatem eorum aliqui, despicientes imperatorum ducatum, alij differunt magis quã opem ferũt,in spes teretes temp⁹. Qui vero nunc sunt in apparatibus posteriores pugna, ne ipsi quidem vtiles eis erunt. Si vero aliqui vestrum recte hæc dicta putant. Horrent vero hostium multitudinem, breui sanè doctrina discant, immo commemoratione potius se timere non grauia. Primum quidem considerãtes, quod in eis maior est pars coacta arma aduersum nos capere,vt ex multis nobis operibus rationibusque declarauit tempus. Voluntarium autem & prompte pro tyrannis certans valde paucum. Immo vero pars quędam misericordia est ad nostrum,deinde etiam quod bella omnia,nõ qui plures quidẽ sint numero recte conficiunt:sed qui potius virtute superiores. Longum esset exempla afferre. Quòd grẹcorum barbarorũque exercitus excedentes multitudine,paucæ quædam copię debellarint,adeò,vt ne satis quidem de eis crediti sint sermones:trãseo alia. Sed nos ipsi quanta pulchre fœliciter'que gessistis bella, minoribus quàm quas nunc habetis viribus oppositi ijdem maioribus,aut certe tantis hostium apparatibus,age alijs quos vicistis pugnantes terribiles ipsi estis. Latinis vero istis socijsque eorum volscis facile contemnendi quia nunquam sint experti vestras pugnas. At qui probe omne scitis quod has gentes vtrasque multis vicere prælijs patris nostri, habet'ne igitur verisimilitudinis aliquid res victorum ex talibus calamitatibus meliores esse,vincentium autem ex talibus prosperitatibus deteriores? Et quis enim mentem habens hoc dicat? mirari sanè possem,si quis vestrum multitudinem istam hostiũ, in qua parum est strenui horreret, vires autem domesticas tam multas tan'que strenuas contemneret, quibus neque virtute superiores, neque plures vnquam numero bello alio vllo sunt nobis alię comparatę? Est hęc itẽ ciues ne exhorreatis,neue extorreamini grauibus maxima adhortatio,quod senatori ordinis principes adsunt (vt videtis omnes) fortunam belli vobiscũ eandem communiter subituri, quibus ætas vocationem, lexque permisit militiæ. Turpe igitur est vos quidem,qui per ætatem robusti estis, graui fugere. Hos vero qui sunt supra ætatem,persequi. Et senum quidem promptitudinem quando neminẽ occidere possit hostium pro patria mori velle. Robur vero vestrum quibus vtrumque liceat rem gerentibus fœliciter seruari tutæque vincere agendo aliquid generosi quoque & patiendo de fortuna exprimentum non capere,neque famã virtutis relinquere, an non ante nos quirites sunt multa admiranda'que aliorum opera, quos laudare pro dignitate nulla possit oratio? ac nõ multas itẽ celebresq; actiones domesticas vestrũ possidebit gen⁹ si hoc probe dirigãt bellum? ne vero etiã ex vobis his qui præclare sentiũt sine lucro generositas fiat, & eis qui plusquam æquũ

est,

est, acerba timent, sit id impunitum, priusquam in hæc veniant, qualibus vtrosque potiri cōtinget. Audite me. Cui enim pulchri aliquid aut generosi egisse in pugnam attestabūtur gestorum gnari. Cum alios habēs statim ei honores quos ex patria consuetudine datū est vnicuique ferre, agri quoque sortē adijciā ex eo qui possidet publice adeo sufficientē vt nihilo necessariorū indigeat. Cui autem turpis nequissimusque & deos lędēs sensus inijciet inhonestę fugę desideriū hūc eam ipsam, quam fugit propius assistā mortem, melius enim ei reliquisque erit mortuus ciuis talis. Neq; ita morientibus licebit sepulturę aliorū ve legitimorū esse participibus: sed in honoris & in defletis eis ab alitibus ferisque laniari. His igitur ante cognitis, ite omnes alacriter ad certamen. Assumentes ipsi spes pulchras, operum pulchrorum duces, tanquam vno hoc periculo, præclarum, & ad votum omniū habente finem, maxima habituri bona, mœtu ipsi à tyrānis vos liberātes, & vrbique vos genuit, debitas educationis, iustasque referētes gratias, filiosque vos quibus adsunt infantes, & vxores, minime visuri pati ab inimicis intollerabilia. Senibusque patribus reliquum tempus breue, dulcissimum facturi seculum, o beatos, quibus cōtigit de hoc bello triumphum adducere, excipientibus vos filijs, & vxoribus, & patribus gloriosos honoratos'que ex virtute, qui patriæ largimini corpora. mori enim datum est omibus malisque & bonis, pulchrę vero & gloriosę bonis solis. Adhuc autem dicente eo, adhortantia ad generositatē animi, fiducia quadam diuinitus in exercitu incessit, & tanquā vna ex anima exclamarunt omnes simul fide & dux imperato, risque laudās alacritatem eorum, & si fœlix pulcherque pugnam sequeretur finis, vouens deis imolatiões magnas multisque pecunijs, editurūque magno sumptu certamina, quæ quotānis populus romanus perficiat, dimisit eos ad suos ordines. Vbi vero accepere signū vtrique à ducibus: Cęcinerūtque tubicines bellicum, concurrere cum clamore alacri aduersum, quidem Velites & equites vtrinque, deindeque pedestres copię arma ordinesque habentes similes, fitque certamen omnium pugnantum permixtim acerrimum, omnisque in manibus pugna. Atque vbi vtrisque longe pręter opinionē euenit. Neutri em̄ opus sibi esse putabātur pugna. Sed incursu vtrique primo sperabāt sese exterrituros hostes. Latini quidē equitatui fidētes ius ne fremitum quidē opinabantur romanis equites sustinere posse. Romani vero audacia, periculorū'que contēptus se hostes obstupefacturos credebāt. Sic'que igitur vbi inuicem hæc vtrique de hostibus male operantes contraria statim ab initio ipso conspexerunt, non amplius in timore hostium spem habētes: sed fiduciam de se, causam seruandi sui vincendique futuram existimantes, strenui vtrique pugnatores apparuere. Fiebant aūt cōuersionis varię pugnęque fortunę. Ac primū igitur media acies, in qua erat dictator Posthumius electos circū se habens equites, ipseque in primis pugnans, aciem sibi oppositam propellunt. Vulnerato per pilum in humero dextro, filio Tarquinij Tito, neque manu vti amplius valente. Licinius enim & Gelius nihil exquirentes probabilium aut possibilium regē ipsum inducunt Tarquinium decertatem esse vulneratum, virum iam annum nonagesimum agentem. Cadente autem Tito pugnantes parumper hi qui cum eo erāt corpusque tollentes, viuum generosi nihil amplius ædiderūt. Sed cedebant,

Pugnę initium.

Titi vulnus

Fallit forsā hic quoque Liuius.

superuenientibus romanis recessim. Deinde rursus constituerunt, & in hostes redierunt alterum Tarquinij sexto cum exulibus romanis, alijs'q; electis equitibus, opem eis afferente, sique igitur confirmati iterũ isti pugnabant. Duces vero vtriusque cornu Titus Ebucius, Maniliusq; octauius strenuissime inter omnes pugnãtes, auertentes'que quacunque irent obsistentes eis, confirmantes'que perturbatos suos, alter alteri occurrũt, irruẽtes'que inferũt. Vterque alteri grauia vulnera, sed non ea tamen lætalia. magister equitũ Manilio adigens per thoracem in pectus ferri aciem. Manilius autem brachium ei dextrum traijciens, & equis decidunt, ablatis autem ambobus ex acie, succẽturiatus ei legatus Marcus valerius suscipiens magistri equitum ducatum, ac perstans cum equitibus, quos habebat, ad frõtem hostium breueque obsistens tempus, statim pellitur ex statione nimium. Venerat enim istis etiam ab romanis exulibus equitibus, leuique armatura auxilium, ac Manilius cum se recepisset, ex vulnere iam adderat, adducens equitum peditum'que numerum nequaquam paruum. Hoc in certamine legatus ipse Marcus valerius primus de sabinis triumphans, spiritus'que vrbis humiles ex etrusco casu erigens, asta percusssus cadit. Circa'que eum alij romanorum, multique & boni, fit'que ob casum eius certamen validum, Publio & Marco valerij publicolæ filijs, patrum protegentibus. Illum igitur minime expoliatum paululum'que adhuc spirantem subscutatis tradentes, remiserunt ad vallum. ipsi vero ob egregiam indolem & alacritatem, proijcientes se in medium hostium, multa'que accipientes vulnera, à confertis circunfusis'que exulibus, vna moriuntur. Propellitur'que post eorum casum à sinistra multum romana legio, & ad aciem vsque mediam scinditur. Quod percipiens dictator Posthumius suorum fugam, celerrime accurrit auxilio, equites circum se ducens, iubens'que legatum alterum Titum Germinium, alia ducentem equitum, à tergo ire legionis suæ conuerteréque in aciem fugientes. Sique illi non pareant occidere, & simul ipse cum præclaris, id hostium agmen tendens, vbi prope hostes fuit. Primus equũ adigit dimisso fræno, conserta autem & terribili facta incursione, non sustinentes hostes, furiosum illud efferatum'que romanorum vertuntur in fugam, cadunt'que eorum plures. Interimque legatus Germinius suscipiẽs ex fuga territos suos contra Manilium ductabat. Cum'que eo congrediens maximo tunc roboréque excellentissimo, omnium, qui cũ eo erant, interficit. Atq; ipse dum mortuum spoliat percussus gladio in ilibus à quodam moritur. Sextus autem Tarquinius sinistrum ductans cornu, resistebat adhuc in duris. Et qui erãt in dextro cornu romanorum, deturbabat é statione. Verum vbi Posthumium conspexit cum electis equitibus apparentem, distitutus spe omni in medios ipsos tendit. Ibique igitur circundatus, à romano equitatu & peditatu, atque percussus vndique tanquam fera, non sine cęde multorum obuiam occurrentium moritur. His'que cadentibus ducibus, fit conserta latinorum fuga, atque valli eorũ deserti à custodib⁹ captio. Vnde multa romãi puchraque sumpserũt emolumẽta. Fuitque clades ea latinis maxima, & per q̃ plurimũ sunt afflicti corporũ corruptio, quãta nõdũ pri⁹ fuerat, ex quadragita eñ peditũ tribusq; equitũ vt dixi milibus, decẽ milibus pauciores relicti, seruati sunt ad propria. In hac pugna dicitur

Ebutij mãilijq; cõcursus.

M. Valerij mors.

Mors sexti tarqnij. Latinorũ fuga & clades.

dicitur Posthumio dictatori, & qui cum eo erant in acie, erant equitibus apparuisse duos forma & magnitudine, longe superiores viris, quos nunc nostra natura nutrit, pubescere'q; incipientes ducentes equitatum romanum, & qui obuiam latinorũ irent ferientes hastis propellentesq;, & cohortantes socios. post'q; fugã latinorũ captionem'q; castrorũ suorũ inclinante, iã die in vesperũ visi esse in romano foro, eodem habitu adolescentes dicuntur duo bellicas induti lenas, proceriq; & pulcherrimi, & eandẽ habentes ętatẽ, faciẽq; seruantes, tanq̃ redeuntium ex prelio specie pugillũ, equos'q; madidos sudore adducẽtes, ascendentẽ'q; aiũt deinde vtrũq; equos, abluere ad saturiginẽ, quę manet iuxta tẽplũ vestæ lacũ faciens profũdũ paruũ multis circunstantibus, & si quid esset ab exercitu noui discere postulantibus narrasse eos pugnam vt fuerat, & quod vicisset romani nuntiasse. Discedentes'q; deinde dicunt eos ex foro, à nemine visos amplius, quanq̃ multã eorũ inquisitionẽ relicto in vrbe duce faciẽte. Postq̃ aũt die postero accęperunt à dictatore epistolas, hi qui rei publicę pręsidebant, & cum cęteris quę gesta erant in pręlio, de apparitione etiam numinũ percepere, existimãtes vtraq; esse eorundem mõstra, vt verissimile est castoris & Pollucis simulacra, ea esse crediderunt. Huius autem inopinate admirabilis'q; lariũ apparitionis, cum signa adhuc Romę multa, tum vero ędes est Polucis et castoris, super foro extruxit ciuitas, vbi visa sunt simulachra, & iuxta eam fons deorũ horũ vocataq; & sacra, & hucus'q; existimata, sacrificiaq; sumptuosa, quę quot annis populus perficit idibus quintilibus, quo die prospere administrarunt hoc bellum super ista vero omnia, cum'q; post sacrificiũ ducitur pompa habentium equos de publico, qui tributim curiatimq; ornati, cateruatimq; equis vecti incedunt omnes, vt ex pugna venientes, Coronati oliuarũ ramis purpureis'q; pumicei subtegminis togis, quas trabeas vocant, circumuelati à templo quodam extra vrbem matris incipientes, peruadentes'q; vrbẽ reliq per forum, idemq; castoris & Pollucis pręteruadẽtes. Virorum milia aliquando quinque, ferentiũ, quęcunque in prælijs acceperint à ducibus præmia fortitudinis pulchra sanè dignaque principatus magnitudine representatio. & hęc quidem de apparitione horum numinũ, quæ dicuntur, & agũtur à romanis didici: ex quibus quidem cum alijs multis'que & magnis coniectare potest quisquam amici dilectique deis erant tunc illi homines: Posthumius autem ea nocte consedit in planicię. Sequenti vero die donans coronis eos qui strenue egerant in pręlio, & captiuos custodiendos tradens. Præmia deis obtulit victoriæ. Adhucque coronato eo & primitias super ignes aris imponente, decurantes ex editis exploratores quidam aduentare in se exercitum hostilem nuntiant, erat enim volscorum gentis clectum robur socium latinis missum priusq̃ pręliũ cõmitteretur. Quod vbi cognouit dictator, iussit omnes ad arma ire, intra'que vallum stare, apud signa sua quem'q; silentium ordinemq; seruantes, donec eis quid opus esset agi nuntiaretur. duces autem volscorum irrupturi de improuiso in romanos, vt viderunt cadaueribus plenum campum, & vtraque erecta castra, neq; quenq̃ prodeũtẽ extra munimẽta hostiũ aut amicorũ, primũ quidẽ sunt admirati, & quę fuisset fortuna res suscipiens dubie cõiectabãt, postea vero q̃ ex seruatis è clade oĩa de pręlio didicere cõsultabãt, vnà cũ alijs ductoribus, quidnam

Miraculũ.

Sacra.

agi oporteret. Ferociſſimis itaque eorum videbatur optimum, vt ex itinere ipſo ad vallum romanorũ irent dum languebant ex vulneribus adhuc, multi deficiebant'que omnes laſſitudine, erant'que arma plurimis inutilia, alia obtuſa acie, alia etiam fracta, neque auxilium adhuc eis vllum recens domo aderat ſibi vero exercitus multus'que & bonus pulchrę'que inſtructus armis, peritus belli, nec expectantibus eis aſtans ſubito, terribilis etiam audaciſſimis appariturus eſſet. Moderatiſſimus vero eorum nequaquam tuta periclitatio videbatur viris bello ſtrenuis, & qui latinorum vires nuper ſubſtuliſſent, ſine socijs ire obuiam, facturos ipſos de rebus maximis aliena terra periculum, vbi ſi quis aduerſus eis caſus accideret, nullum eſſent ſibi profugium habituri tutum. Sed potius de ſalute ſua prouidendum eſſe celeriter iudicabant, ęſtimandũq; lucrum eſſe magnum, ſi nullius mali ex hac militia potirentur. Alijs autem videbatur neutrũ horum agi oportere iuuenile demonſtrantibus eſſe promptũ illud impetus ad certamẽ, turpe vero extraq; rationẽ eſſe domũ fugã, tanquã hoſtibus ſuſcepturis ad votum vtrũuis, horum effeciſſent. Erat aũt ſententia eorũ firmãda eſſe caſtra, atq; paranda interim ad certamẽ opportuna, mittens'q; ipſos ad volſcos cæteros è duobus alterutrũ poſtulare, vt vel copias alias mitterent ad pugnandũ cum romanis idoneas, aut quas miſerant reuocarẽt. Conueniẽtior autem ſententia viſa plurimis & à primoribus confirmata admonebat eos vt aliquos exploratores mitterent ad romana caſtra, legatorũ nomine futuros tutos, qui & ducis dextram contingerent, & ei dicerent, ꝙ veniẽtes romanis ſocij à volſcorum republica, dolent quidem in ſe fuiſſe tardiores prælio, tanquam nullã, aut certe parua promptitudinis laturi gratiam, illorum vero fortunæ gratulantur re bene eis pulchręq; geſta ſine ſocijs, magnoq; vicentibus prælio. Quoq; iidem fallentes romanos hac ſermonum humanitate & amici crediti, cuncta explorarent, redeuntes'q; referent eorum numerum armaturaſque & apparatus, & ſi quid illi agere cogitarent, cum vero ſibi certa iſta manifeſta'que eſſent, tunc aiebat conſultandũ eſſe, vtrũ melius eſſet aggredi hoſtes, viribus domo alijs accerſitis, an copias etiam præſentes abducere, vbi vero in hanc ſententiam deſcenſum eſt, & decreti ab eis legati venientes ad dictatorem, producti ſunt in contionem, fallaces illos ſermones exponunt. Hicque parumper ſe contin ens poſthumius, ita deinde poſthumij oratio locutus eſt. Aduenitis volſci concilia parua verbis ſuauibus veſtientes, atque hoſtium agentes opera inferre vultis opinionem amicorum, miſſi enim à ciuitate veſtra latini, ſocij, & aduerſum nos futuri, poſtquam pugna poſteriores veniſtis. Victoſque videtis eos, decipere nunc vos vultis, verba rebus quas acturi eratis contraria eloquentes, ſed nec verborum quæ ad præſens tempus fingitis humanitatis, neque veſtra ſimulatio aduentus ad nos, ſana eſt, ſed doli plena atque fallacię, neque enim noſtris bonis congauiſuri miſſi eſtis, ſed quemadmodum ſint res noſtræ debiles an validæ exploraturi, & eſtis ſane legati verbis, exploratores vero opere. Negantibus autem legatis ea omnia, ſe non multo poſt eis inquit, horum facturum fidem ſtatum'que epiſtolas protulit, quas cœperat ante prelium ducibus latinorum ferendas, in quibus volſci eis auxilia ſe miſſuros pollicebantur. Introduxit'que ferentes eas: Lectis

autem

autem his literis enarrantibusque captiuis, quę mãdata accęperãt, multitudo militum ad violãdos volscos impetu ferebatur, vt depręhẽsos palàm exploratores. Cæterum Posthumius minime oportere existimans, malis similes bonos fieri, & esse melius, maiorisque dicẽs animi immittẽtes quã immissos seruare iram, & ob nomen legationis vanum esse potius dimittẽdos hos viros, quam ob minime clarum opus explorationis perdẽdos, vt nec causam exhiberẽt volscis decentem belli, legatorum cędẽ simulãtibus pręter ius legem'que omniũ, neue item inimicis insimulandi occasionem, quanquam falsam, nõ tamẽ incongruam aut incredibilem darẽt, sicque cohibẽs multitudinis impetũ, dimitti. Viros illos iussit minime reuersuros, mittens ipsis præsidio equites, qui ad vallum volscorũ vsq; eos præmiserunt. eiectis aũt exploratoribus, iussit parare milites ad prælium opportuna, vt die postero in aciem instruẽdos. Non opus erat tamẽ pręlio, nam volscorum duces multa adhuc de nocte excitantes exercitũ, reuersi sunt ad propria, sicque om̃ibus ad votum ei succedẽtibus sepeliẽs mortuos, lustratoque exercitu reuersus est in vrbem decẽtissimo ornatus triumph, oarmorum portãs super plaustris multis cumulos opumque ferẽs militarium apparatus copiosos & captorũ in pugna demptis quingentis, sex hominũ, ducẽs milia, atque excipiẽs ex pręda decimas, certamina & immolationes deis quadragita talẽtis peregit, templũ'que locauit, ex voto extruendũ cęreri liberos, & proserpinę. Erãt em̃ eis rara alimẽta circiter principiũ belli, magnum'que eis mœtum exhibuerat, queãdmodum ea caperent, agro infœcundo facto, neque rebus venalibus amplius propter bellum extrinsecus importãdis. hoc ita'q; mœtu iussis inspicere sybillinos libros custodibus, vt cognouit quòd hos deos placari iuberent oracula, vota eis nũcupauit aduecturus exercitũ, si vbertas euenisset vrbi, se dictatore, qualis prius fuerat templa deis ipsis collocaturum, institurũ'que sacrificia in annos singulos. Hique pręcibus annuẽtes agrũ fruges permiscerunt opimas ferre, nõ modo satum, sed etiã arboriferum, rebusque omnibus aduecticijs abundare vrbẽ, quæ tunc videns Posthumius decreuit extructionem templorũ. Sic'q; igitur romani tyrannico repulso bello prouidẽtia deorũ, dies festos sacrificia'que peragebant. Diebus verò post paucis legati ab omnibus cõmuniter latinis ex om̃ibus electi vrbibus, ab ijs qui bello aduersati erant, aduenĩũt supplices, velatique infulis, introductique in senatum, initia bellique causas referentes impotẽtes homines, pręsidentesque vrbibus, in hoc peccasse solum multitudinẽ dicebant, quod populis ductoribus credidisset prauis ipsis, & lucra sibi propria cõparãtibus. Huius autem deceptionis, cuius causa maiori ex parte necessitas fuisset, inculpabiles dedisse pœnas. Vnamquanque egebant vrbem pręclare suę iuuentutis interitum, vt nõ facile esset domum expertem luctus aliquam inuenire, postulãtque, vt susciperent se, volentes neque amplius differẽtes de principatu, neque de æquis cõditionibus cõtendẽtes socios & subiectos ipsos in om̃e tẽpus reliquũ futuros, & quodcũ'que abstulisset numen dignitatis latinorum, id romanorũ apposituros fœlicitati, in postrema'q; oratione reuocantes cognitionẽ societates'que aliquãdo inuiolatas cõmemorantes, calamitates deflebãt, quas minime delinquẽtes acceperãt, lõge plures ipsi delinquẽtibus, deplorantes singula, genua'que attingẽtes senatus omniũ, pręcesque

Latinorũ legati

T. Largij orõ sanctissima.·.·
Fœlicitates maxiē inuidiosas.
Oib⁹ inatis libertatis desiderium.
Spurij Cassij

ad pedes posthumij supplices deponētes, ita vt cōmoueretur admodū ad lachrymas, pręcesque eorum senatus. Vbi vero submoti sunt è curia, estque facta quibus solebat sententię dicendę potestas. primus quidē Titus largius, is qui primus superiore anno dictator fuerat, parce eis vtendū esse fortuna cōsulebat, esse maximum ornamentum dicēst, vt vnius viri, sic & ciuitatis om̄is si nō corrumperetur prosperis: sed benigne moderate'que ferre cōmoda, esse enim fœlicitates omnes maxime inuidiosas, quibuscū'que inesset in humiles subiectosque factos, cōtumęlia & acerbitas, haù d opus esse fortunę credere, qui sępe eius experimētum sumpserint in malis bonisque proprijsque incerta varia'q; sit atque volubilis, neque adducendā esse contendētibus necessitatē periculorum extremorū, per quā fiunt pręter sententiam. Et audaces & supra vires pugnaces aliqui, ac esse sibi quoque metuendū docens, ne odium cōmune contrahāt ab omnibus quibuscū'que imperare postulāt. si amaras à delinquētibus & inexorabiles pœnas exigāt, tanq̄ studia egredientes cōsueta obliti, ex quibus in claritatem processerint, ac conuertens in tyrannidē imperium non principatū vt anteà, siue etiam patronatū, esse quoque mediocria nec vlciscenda peccata dicens, si libertatē amplectātes vrbes aliquę non obmitterēt dignitatē pristinam, quòd si insanabiliter puniātur se excidentes, qui pręclara expetunt nihil fore quòd prohibeat om̄es homines se inuicē perdere, esse ei inatū oib⁹ libertatis desideriū: esse quoq; multò meli⁹ certiusq; id īperiū demōstrās, ꝙ nō supplicijs: sed bn̄ficijs, vincere cōtinereq; vult subiectos. Seq̄ em̄ istud beniuolentiā, illud nō metū hācq; esse naturę necessitatem, vt sint maxime odiosa terribilia, ac cōcludens orationē postulabāt, vt exēpla sibi sumerēt ex pręclaris maiorū operib⁹, ex quib⁹ illi potiti sunt laudū captas Vrbes vt ijdē colliges quascūque ipsi nō euertēdo, neque puberes interficiendo, nec in seruitutem trahēdo homines: sed colonias facientes ipsi eas romanas, & si qui vellent ex captis Vrbibus habitare roma, participes facientes rei publicæ, ex parua eam magnam effecere, erat autē sentētię eis caput, renouenda esse cum ciuitate latinorum fœdera prius icta, neque vrbi prorsus alicui delictorum aliquid obijciēdum aut mandādum esse memorię. Seruilius aūt sulpicius de pace quidē, deque renouatione fœderum nihil ei cōtradicebat sed quādoquidē priores fœdus latini soluerant, nec tunc primi, ita vt venia eis opus esset aliqua necessitatē deceptionē'q; prętendētibus, sed sępius tā quoque anteà ita vt eis correctione opus esset securitatem quidem omnibus libertatēque ob cogitationem concedendā dicebat, agri verò dimidiū auferēdum, & colonos in eū romanos mitti oportere, qui & illum possiderent, & hos viros custodirēt, ne quid noui moliret. Spurius vero Cassius mirari dicēs se fatuitates admonētiū delicta eis impunita dimittenda, si nō possent intelligere quod ob inuidiā innatā eis, & quę auferri nequiret aduers⁹ Vrbē romam crescentē bella alia super alijs cōtexerēt, desituri nunquā sua sponte insidiari, donec insidat eorū animis hic affectus insupportabilis, qui postremo sub tyrannis fera omni immanioribus, cognatam vrbem redigere sunt conati, sponsiones quas per deos iurāt omnes euertētes, nō spe aliqua elati alia, quàm quòd si eis ex sententia non successisset de bello pœnā nullam aut paruam admodum subituri essent, exemplis idem quo'que vtendum cēsens esse, maiorū operibus, qui

vrbem

vrbem albam, ex qua ipsi deducti erāt, vrbesque latinorum cæterę postquā eam inuidētem fœlicitati suę cognouere, securitatē'que quam inuenerat delictorum priorum, maiorū causam insidiarū fuisse intra diem vnam euertere eam cogitarunt, in æquo esse opinati, misereri nullius mediocriter delinquentiū, punireque neminē peccata maxīa incorrigibiliaque peragentiū multęque esse stultitię, multæque ignauiæ, nō humanitatis aut modestiæ, eos qui illorū, qui se in coloniā deduxerūt inuidiam, vbi vltra opportunū apparuit grauis esse, minime'q; ferenda non tollerarūt sustinere cognatorū horum, coargutosque in minoribus dolis hostes, ablatione vrbis mulctātes, ab eis, qui sæpius irreconciliabile odium demonstrarint, nullam pœnā exigere. Hisque dictis & defectionibus oībus latinorū enumeratis, mortuorū'que in prælijs aduersus eos romanorū multitudinē quanta esset cōmemorans æquum esse censebat, vti eo modo, cum his, quo cum albanis anteà vsi essent, maiores vrbes eis euertēdas, regionēque romanis adijciendā, & ex hominibus qui beniuolētiam erga se aliquā demōstrassent, illos retinentes sua ciues romanos facere, auctores vero defectionis à quibus essent dissoluta fœdera, vt proditores interficeret, quo dū'q; vero plebis esset ægenū segnéque & inutile mancipiorum habere loco, & hęc igitur quæ dicta sunt à præsidētibus senatui, dictatore vero largij sententiā eligente neminéque contradicēte, amplius in senatum vocati aderāt accepturi respōsum legati. Atq; posthumius exprobrans eis illum qui nūquam redigi ad modestiam potuisset malignitatis excessum. Iustum esset, inquit, pati vos vltima, & quę ipsi facturi eratis, si vobis prospe derigere cōtigisset, eas quas sępe cogitastis in nos prauas vias, non tamen iuste mittibus pręponere statuētes romanos, quoniam cognati estis, & ad petendā iniuste gestorū veniā confugistis supplicia reddere peccatis sumere cogitasse. Vos scire volo: sed delicta hęc latinis dimittere impunita velle, cū deorū eiusdē sectæ vtriusque causa, tum fortunę inconiecturabilis, à qua potestatē habuerūt, ac nunc igitur inquit prorsus liberati ite, si vero captiuos dimiseritis perfugasque tradentes nobis exules expuleritis, tunc legatos de societate deque amicitia disputaturos ad nos mittite, tanquam nullius nō potituros, æquique & moderati abierunt legati hæc responsa accipientes. Postque paucos dies ijdem rediere dimissis captiuis & quos cęperāt perfugas vinctos adducētes, expulsis quo'que qui cum Tarquinijs erant exulibus, quorū gratia amicitiam veterē & societatem à senatu impetrauere, ac iusiurandum quod aliquādo per feciales datum & acceptum erat, renouarūt. Sicque igitur perstans annos quatuordecim, bellū cum tyrānis ab eorum eiectione incipiēs, hunc finem habuit, Tarquinius autē rex (supererat enim generis hic adhuc reliquus) annos natus circiter nonaginta hocque tēpore amittēs filios generorūque domum miserabilem, etiā apud hostes senectutem degens, non eū amplius recipiētibus latinorum vrbibus, neque sabinorum, neque vlla alia proxima vrbe libera ad campaniæ diuertit cumas. Ad Aristodemū cognomine Malacum siue melem vrbis eius tunc tyranum, apud quē breuem quendā numerum dierū viuēs moritur: sepeliturque ab eo: exullum autē qui cum eo erāt, alij permansere cumis, alij, in alias vrbes aliquas dispersi ad hospitalē cōuersi sunt vitā. Romanis verò cāpestri solutis bello itestina rursus resurrexit seditio, decernēte senatu ius

Romani ab vrbe alba deducti.

Dictatoris iudicium.

Tarquini9

dici atq; lites, quas propter bellum distulerant, secundū leges dijudicari, rixisque circa cōtractus.n. magnos fluct9 graues'que progressis absurditates & impudē dentias: simulantem quidem plebę inualidam se esse ad æs alienum dissoluendū: vastata ei religione bello multorū annorum atque corrupto pecore seruis quo'q; per transfugia: excursiones'que deficiētibus, ac vrbanis rebus suis per sumptus in militiā exhaustis: creditoribus autē dicentibus calamitates istas pariter affuisse omnibus neque tantū debitoribus & esse certe intolerabile, non ea modo qui per bellum sint ablata ab inimicis perdidisse: sed ea quo'que qui rogantibus ciuibus tempore pacis mutuo dederīt amittere: sic que æquum censentibus creditoribus ne moderati quidē aliquid se pati, debitoribusque se nihil iusti exequi: nec vsuras hos illis remittere: nec his illos saltem sortē persoluere: ex hoc cōuentus iam fiebant per cōpita eorū qui in pari fortuna essent: perq; forū caterue hominum iter se aduersę ac quādoq; ad manus etiā vētum erat perturbatusque ornatus ciuilis omnis. Vidēs autē hęc postumi9 cui bonos habebatur ęque ab omnib9 bello graui tēpestates vrbanas tradere pulchrum duxit: ac priusquā expleretur tēpus imperatorię potestatis vltimū dictatura se abdicauit: ac proponens comitiorum diem simul cum collega cōsueta patriaque cōstituit ipsa. Suscipiūtque igitur annuum

Ap. clau. P. Seruili9

legitimumque imperiū consules, Appius claudius sabinus, publiusque seruilius priscus: quiquidem recte quod esset sūmum cōmodū, vidētes, quod intra muros tumultum oporteret ad externa bella diuertere, pręparabāt: vt eorū alter aduersus Volscos exercitum educeret, vlcisci eos cupientes ob auxilium aduersus romanos latinis missum pręoccupare'que compressos adhuc apparatus eorum volentes, nuntiabantur.n. illi quo'que legiones omni studio cōscribere. Missisq; ad gentes proximas legationibus aduocare eas ad societatem audiētes desciuisse à patricijs romanam plebem: neque esse difficile existimantes laborātem bello vrbem intestino tollere: sicque cogitantes cōsules in hos exercitū educere. Visi que ijdem senatoribus pulchre cōsuluisse edixere omnibus qui in ætate militari essent vt in constitutum quoddam tempus eo conuenirent, vbi ipsi facturi erant descriptionem militum. Posteà vero quàm vocata plebs sæpius ad sacramentū militare eis non obtemperabat: non amplius vterque eorum sentētiam eandem habuit. sed hinc quidem incipientes dissidebant & agentes inuicē contraria per omne tempus consulatus perseuerarunt. Seruilio.n. videbatur clemētiori eūdē via marcij Valerij sentētię accedenti qui sanandā esse censebat turbulentiā seditionis remissione pręcipue, aut diminutione decreta æris alieni: aut si id minus prohibitione saltem in pręsentia quotidianę abductionis adhortationēque poti9 quam necessitate adducendos pauperes ad sacramentum militare neque pœnas

Apij sentētia

cōtumatium graues inexorabiles'que constituendas. sed vt in concordi ciuitate moderatas aliquas & clementes. Apij vero pręcipui pręsidentiū potentię optimatum austera erat arrogansque sententia nihil plebi indulgendū nole. sed permittendas creditoribus esse contractuū exactiones his quibus mutuas dederint pecunias pactionibus constituendaque iudicia, ac manentem in vrbe consulem, secundū patrias consuetudines etiā pœnas quas aduersum deserētes vadimonia leges statuūt exigere oportere: nec plębeis nisi iustū aliquid cōcedere, neue vires

eis

eis prauas comparare. Nam & nunc inquit extra moderatū lasciuiunt dimissis tributis quæ sub regibus pendebant antea, & à corporis supplicijs quibus puniebantur, ab eis eum non propere exequebantur imperatorum, aliquid facti liberi. Si vero aliquid aut mouere, aut īferre moliātur noui cohercebimus eos modesta sanaque ciuitas is parte maiori sane ea quā quę ægrotat apparitura. Adest.n. vis nobis ad res gerendas nō parua cū iuuētus patriciorū parata quę iubeātur facere, tum maximū nobis telum scutumq; vix expugnabile, quo vtētes plębem facile superaturi sumus, senatus potentia qua exterrebimus eos. perstantes ipsi quoque cum legimus. quod si, inquit, cędamus eis dignatione. Primū quidem pudori subiacebimus si nos quibus per optimates licuerit administrare rem publicā, populo permittamus. deinde autem in periculū venturi sumus non minimum si colens aliquis populum, vir tyrannicus potentiam cōparet maiorem legibus libertatē iterum amittendi. Hoc itaque modo differentibus consulibus īter se & quotiens congregarentur senatores assentiētibus vtrisque multis. Senatus quidē cōcertationes audiens & tumultus, verbaque indecentia improperiaq; mutua, salutare vero consilium nullum constituens, dimittebatur. Extracto autē multo in isto tempore, alter consulum seruilius, obuenerat enim ei sorte militia multis pręcib⁹ & colendo parans plebem ad suscipiendum bellum, copiasque habēs nō coactas ex descriptione: sed vltroneas quemadmodum poscebant tempora: ægressus est ad bellum, apparantibus se adhuc volscis, nec expectantibus romanos in se cum exercitu venturos, seditiose adeò ciuitatem administrātes inimiceq; inter se habentes, ne ad manū quidam conserendā si aduenirent descensuros eos existimātibus, sibi vero potestatem multam esse cum vellent incipiendi belli: verū postq̄ cogebāt bellū gerere oppugnādi ipsi stupefacti cęleritate romanorū assumētes personas supplicū, hi qui in vrbibus honoratissimi, erant exiuere, permittentes tanq̄ peccassent seruilio se quemadmodū vellet vti. Ille autem cōmeatū sumēs, ab eis exercitui vestimentaq; & obsides trecentos eligens, ex illustribus domib⁹ discessit, putans dissolutum bellum. erat autem hęc non dissolutio, sed dilatio quędam facultasque eis apparatus pręuēturis inuasione pręter expectatum. sicq; romano exercitu abeunte, accigebantur iterum ad bellum, munientes oppida. & si quis erat locus alius oportunus, cautionem sibi custodię melioris exibens. erāt autem socij periculi aperte quidē eis Hernici & Sabini. occulte vero ex alijs cōplures. At latini adueniente ad se appetendam societatē legatione vincentes, legatos ipsos romā adducere, quibus senatus referens fidei firme gratiam magisq; adhuc promptitudinis, erant. n. parati vltro ad suscipiendū cū eis bellū id quod maxime quidem cupere putabat eos, nec pre pudore petere captiuos eis omnes reddidit paulò pautiores sex milib⁹ gratis largiēs, & vt ornatus maxime cognationi cōueniens muneri accederet omnes induēs eos, vestimentis corpora libera decentibus donauit: auxilio vero eorum se nihil indigere respondens. dixit satis romę fore copias domesticas ad resistendum discidentibus, hęcque respondens decernit bellū aduersus volscos. Adhuc autē sedentibus senatoribus & quę vires exiturę essent cōsiderantibus. Vir senior in foro apparuit, panno indutus sordido barba promissa, squalidaq; & coma, clamāsque & implorans ab hominibus auxi-

Seruili⁹ aduers⁹ volscos.

lium. Cōcurrēte autem propius turba stans ipse eo vnde à multis conspiciendus esset se fuisse ait liberum. ac cum per ætatem licuit militasse bellis omnibus atq; duo de triginta plurimis decertasse pręmiaq; victorię ex illis sępenumero accepisse. Verum vbi vrbem tēpora detinuere in vltimas eam angustias adducentia coactum ait se sumere pecuniam mutuo soluendorum tributorum necessitate, ac postea quā rus ei populati sunt hostes, res'que vrbanas vict⁹ quotidian⁹ assumpsit, non habens, inquit, vnde possem ęs alienum dissoluere. abductus sum à creditore seruus cum duobus filijs. imperante vero domino, opus quoddam haud facile contradicens ei verbera accepi plurima. Et hęc dicēs proiecit panum, ostēditque pectus plenum cicatricibus, dorsum vero ex verberibus repletum sanguine, hincq; clamore à circūstantibus vlulatu'que exorto dimissus est senatus per que vrbem totā cōcursus erat pauperum vicem suam deplorantium, & opem proximis ferri postulantium. sicque ex domibus redacti in seruitutem ob pecunias creditas cōmoti & catenas habētes compedesque plurimi, nemine eis audiente opem ferre, quin si manu tantūmodo tetigisset aliquis vendendo eo ex lege tāta eo tempore rabies populū detinebat, neque multo post plenum erat effugientium necessitates forum. Appius igitur timens impetum in se multitudinis quādoquidem autor erat, malorū per quæ illum hæc fieri videbantur, fugiens è foro abijt. Seruilius autē purpuream vestem abijciens & obuolutus plebeorū cuique cū lachrimis vix persuasit, vt ea die se continerent, inque posterum redirent, tanquam curam assumpturo aliquā de eis senatu. & his dictis iusso'que pręcone proclamare nemini creditorum licere corpus liberū debitę pecunię causa ducere, donec senatus de eis cognosceret, & astātes quo vellent omnes abire secure tumultum sedauit, sicque igitur discesserūt tunc è foro. Die autē sequenti aderat nō vrbana modo turba, sed ex agris etiam propinquis popularis multitudo, & erat mane forum plenum, coacto autem senatu vt cōsultarent quid eis agendum esset. Appius popularem collegā ducē'que dementię pauperum appellabat. Seruilius austerum illum & arrogantem & præsentium malorum causam, neque finis fiebat sermonibus, cum interim latinorum equites agentes equos pro viribus in forum adueniunt, nūtiantes exisse hostes magno cū exercitu, esse'que iam ad eorū confinia. quibus auditis patricij equitumque multitudo, & ex alijs quicū'que opibus aut maiorū pollebant gloria vt de magnis periclitantes rebus propere armabantur, pauperes autem hique maxime qui ęre alieno oppressi erant, neque arma attingebāt, neque vllo prorsus opere rebus cōmunibus opem afferebāt, quin gaudebant, ad votum quoque accipientes externum bellū, tanq̄ se malis pręsentibus liberaturum, atq; eis qui ad pugnam cohortarentur, ostendentes catenas cōpedesque eisdem mordaciter explorantes interrogabāt, nō ad custodiam horum bonorum ęquū esset se bellum gerere, multi quo'que dicere audentes esse melius seruire volscis, quā tollerare patriciorū cōtumęlias. Vrbsque fletu replebatur ac tumultu varijsque complorationibus, quę videntes senatores alterum consulum seruilium. Visum sanè in pręsentia magis congruum, vt opem patriæ ferret pręcabantur. Isque populo ad cōtionem cōuocato, ostendens eis præsentis temporis necessitatē, nō expectantem vlterius ciuiles contētiones, tūc quidē ob uiā eundū

hostibus cēsebat de cōmuni sententia:neq; esse negligendam imminentē patrię euersionem,in qua dij patrij,& cōsuetudines,& ex progenitoribus vnicuiq; erāt, quę preciosissima sunt omnibus hominibus, cum parentum verecūdia nequeūtium ipsorum sibi ob senectutem opem ferre,tum vxorum cōmiseratione,quæ acerbas infendasq; contumælias tollerare quāprimum cogēdę essent. tum īfantium non eis in spes tales educatorū miseranda luę vituperijsque inclementibus. Cum vero pręsens periculum dissoluissent pari vsi omnes promptitudine.tunc quidem esse speculandum quo pacto æquam cōmunem'que & salutarem oībus reipublicæ formam cōstituerant,non insidiantibus quidē pauperibus locupletū diuitijs:neque illis improperantibus miseris humilioribusque fortunā.esse enim ista minime ciuilia, sed pauperibus ciuili aliquo potituris auxilio creditoribusq; lęsis subsidio moderato nec præclaro in omnibus bono. ciuitates'que omnes in cōcordia seruāte fide in cōmertijs ex romana vrbe sola poenitus auferēda,hęcq; & alia quęcunque dici in tali tempore cōueniebat,percurrēs postremo suę quo'q; ipsius in populum beniuolētię mētionem fecit,postulās vt susciperent secū hanc militiam in remunerationem promptitudinis in ipsos suę obtingente cura vrbis collegę suo bellorum vero sibi ducatu dato,dedisse enim has eis cōditiones sortē pollicitumq; sibi ait senatum esse se quodcunq; cōcesisset plębi confirmaturum atq; ipsum senatui se esse persuasurum, popularibus ne patriam hostibus prodāt. & his dictis proclamare iussit pręconē,vt quicūque militarent ciues per se bello aduersus volscos horū ædes obtinere, licere nemini,neque vendere,aut pignoris loco sumere,neq; familiā abducere vllius cōtractus causa:neque quēq; remorari qui vellet esse militię particeps. Quicūque vero militiā desererent aduersus eos exactiones essent firme creditoribus secūdū vnasquasque spōtiones. Vbi vero hęc audiuere, pauperes consenserūt, atq; multa cum prōptitudine ferebantur ad bellum,alij quidē emolumentorū spe ducti,alij ducis gratia, plurimi vero appiū & eorum qui in vrbe remanerent improperia fugientes. Accipiens itaque exercitum seruilius multa cum festinatione proficiscitur nullum tempus interponēs vt prius hostibus cōmisceretur, quam illi in regionē irrūperent. depręhendēsq; eos circa pomentinum agrū cōsidentes inque latinorum excurrentes regionem: quia eis aduocantibus non susceperant vna bellū circiter vesperū in colle quodā ab illorū castris distante ad viginti stadia vallū iacit,inuadūtque eum per noctē volsci paucos esse eos opinati, & vt ex via lōgiore lassos parū'que prōpte habētes sese propter pauperum innouationes de pecunia debita, tūc vigere maxime apparentes. Seruilius igitur nocte ex vallo certans,vbi lux affuit, cognouit'que hostes imcomposite procurrētes aperiri egressus ex vallo. plures occultos iubēs ab vna cohortatione emisit in eos exercitū. Volscis autem hoc malo repentino pręter'q; expectatū incidente: pauci quidam qui sub vallo erant pugnātes trucidantur, alij vero fede fugientes multos'que suorū amittentes vulnerati plurimi armis'que amissis in castra seruabātur.Sequētibus vero eos romanis,circūstantibus'que castra paruū quoddam repugnātes tempus,castra tradiderunt mancipiorum multorū'q; pecorum & armorū apparatus'que bellici referta. captaque sunt corpora plura libera,alia volscorū ipsorum, alia etiā sociarū gentiū pecunię

que & argenti auriq; & vestis,tanquam vrbe preclara capta valde multum,quę seruilius militibus dimittens vt vnusquisque lucraretur,ne'q; aliquid referrēt in publicū iussit diuidi. Castris'que cōcrematis abducens inde copias ad proximā vrbem suessam promentianā eas duxit magnitudine visam ipsam.& mœnibus multitudine'que habitantiū,gloria'que & diuitijs multo alias excedere,erat eñ tanquam gentis illius caput circūsidens autē eam,ne'que die,ne'q; nocte reuocās exercitū,ne vllo tēpore hostes quiescerēt,somnū ve caperent,aut vllā belli cessationē acciperent,fame eos & imbecillitate torquens sociorū'q; inopia, intra non multum tempus cępit,interfectis'que puberibus,permittens quæcunq; ibi erant milites ferre & educere,ad vrbes alias abduxit exercitū,nemine volscorū āplius valēte ei obsistere. Vbi vero depressę humiles'q; romanis factę sunt res volscorū, producēs obsides eorum in forū cōsul alter Appius claudius,trecentos viros datos cautionis grā,ne fœdus frāgerēt,verberib⁹ afflixit:inspectātibus oib⁹, decidique, deinde capita eis iussit.aduenietiq; non multis post diebus collegę ex militia & triumphum consuetū à senatu tradi pugna clara vincētibus postulāti impedimento fuit, seditiosum prauæ'q; administrationis reipublicę amatorem eū vocans, accusabat autē pręcipue quod nevnà quidem partem spoliorum belli in publicum redegisset,sed quibus ipse voluerat largitus esset:persuasit'que senatui, ne triūphū ei concederant.Seruilius autē cōtumęlia affici à senatu visus in arrogantiam conuersus est minime consuetam romanis. Vocato enim in cāpum ad cōtionem populo,res'que à se bello gestas percensens, narrans'q; collegę inuidiā & senatus īproperiū se à rebus suis certantis'que vna exercitus potestatē habere dixit,ex operibus claris fœlicibus'que triumphū ducendi. Et his dictis,coronari lictores iubens, coronatus'que & ipse,vestem'que triūphalem habens. Vrbem inijt,cōmitatus ab omni populo,donec in capitoliū ascēderet:persoluit'quevota: spoliaque reposuit:quo ex facto maiorem adhuc contraxit à patricijs inuidiam, plebem vero pręparauit sibi peculiarem. Tali autē in constitutione vrbis,vacationes quędā interim sacrificiorum patriciorū causa cęlebritates'que interuenientes clarę sumptibus:cohibuerunt in pręsentia seditionem plębis. sed agentibus dies festos,epulentibus'que eis,insultāt magnis viribus sabini,obseruato iam diu hoc tempore: facturique nocte incipiente imposturam. Vti anteq̄ sentirent qui intus stabant:ipsi in vrbe essent,ac facillime quidē vicissent,ni digressi à legione iermes qdā caulas'q; inuadētes,prędę grā,tumultū excitassent.clamor eñ exortus'est stati: & cursus intra muros colonorū, priusquā hostes portis propinquarēt. Vbi vero cognouere inuasionem eorum:spectatores simul & coronati:relinquentes certamina,ad arma decurrunt.Peruenitque sua spōte seruilio conducta manus sufficiens:quam ille secum instructā habens,in hostes irruit. vigilia lassitudineq; afflictos,nec expectātes romanorū inuasionē. Cōmittitur'que statim pugna ordine:adornatuque adepto,ob festinationem vtrorum'que. Sed vt forte legio legioni: manipulus manipulo,aut vir viro incidens, permixtique equites, pedites'que pugnabāt,adueniebātq; eis auxiliares copię.cum haùd procul essent vrbes:quæ quod langueret confirmantes, vt diu resisterent calamitatibus effecere. postea vero æquitatu romanis addito, vincunt ipsi iterū sabinos: multisq; illorum

illorũ occisis: reuersi sunt in vrbẽ, captiuos adducẽtes plurimos, atq; eos perquirẽtes, qui ex vrbib⁹ sabinorũ aduenerãt per speciẽ spectãdi ludos preocupaturi, deinde superueniẽtibus suis loca vrbis edita, vt mãdatũ erat eis quos cõprehendẽtes in ergastula cõiecere, sacrificiaq; quib⁹ bellũ ĩpedimẽto fuerat, maiora duplo, quã priora instaurãtes, in letitia rursus erãt. Verũ adhuc nũdinantibus eis legati ab Aruncorũ gẽte, qui cãpane regionis pulcherrimos cãpos obtinẽt adueniũt postulãtes, vt volscorũ regionẽ, quã romani echetranis ademerãt, missoq; ad obseruandã eã gentẽ delectui diuiserãt sibi redderẽt deducerẽtque inde presidiũ, quod si nõ facerẽt vẽturos in romanũ agrũ, Aruncos intra breue tẽpus, penasque sumpturos malorũ quibus affecerant, finitimos expectarent. Eis autem romani ita responderunt. Nũtiate legati Aruncis, nos iustum censere, quæcũque aliquis per virtutẽ adimẽs hostibus possideat, ea ipsum tanquã propria posteris suis tradere. bellum vero non timemus Aruncorũ, neque primũ, neque grauissimũ futurum, sed est nobis consuetum pugnare cum omnibus de principatu, & virtute, quẽ in certamine futurum videtes ipsum minime attoniti excipiemus. Post hec Arunci domo profecti magno cum exercitu, atque romani proprias habentes copias, occurrunt sibi vtrique prope vrbẽ Ariciã, distantem Roma centũ viginti stadijs, ponuntque in mõtibus tutis castra, parũ inter se distantia, & vbi vallũ firmarũt vtrique, processerunt in medium pugnaturi. Perstiterũtque congressi à prima luce, vsque ad meridiẽ, ita, vt vtrinque multa sequeretur cedes: erant eñ studiosi belli Arũci magnitudineq; & robore, atque aspectu multũ ferini hñtes, acritate terribilissimi. Hoc in prelio dicũtur fuisse romani equites strenuissimi, dux'que eorũ Posthumius, qui anno proximo dictator fuerat. Erat enim locus ille in quo cõmissa est pugna, minime equitabilis, tumulos petrosos cõualesq́ue profundas habens, ita vt neutri prodesset aliquãdo equitatus. Ceterũ Posthumius iussus qui secũ erãt equitibus ab equis descendere, instituto'q; agmine sexcẽtorũ hominũ, vbi maxime laborabat acies romanis per decliue propulsis, eo loco occurrebat hostibus, repr imuntq; eorũ acies, vt vero semel defecere barbari, fiducia romãis incidit, emulatio'que peditibus erga equites, & vtrique vnà cuneiam propellunt dextrum cornu hostium vsque ad collẽ, & alij quidem fugiẽtes, ad vallum hostes persequẽtes multos interficiunt. Alij vero pugnantes adhuc à tergo, vrgẽtes vertebant, illos quoque in fugam atque laboriosum regressum, tardũ'que remeijentes eos ad rupes, scopulosos'que locos persequebantur: plantas'que succidentes pedum, transuersis'que gladijs poplites diuidẽtes, vsque ad vallũ eorũ adueniũt. inferentes'q; vim illis quo'que nõ multis potiti sunt castris quæ dirripiẽtes, haud multũ inuenerũt prædæ præter arma, & equos, & si qua erat alia, res bellica. Et hec quidem seruilius Appiusque cõsules gessere. Posteàq; cõsulare imperium suscipiunt Aulus verginius montanus, & Titus vetusius geminius, imperante athenis Themistocle, ducentesimo & sexagesimo anno post vrbem conditam, futura deinde septuagesima secunda olympiade, qua vicit iterum Tisicrates crotoniates. His cõsulibus sabini iterũ exercitũ educere maiorẽ parabãt, desciscẽtes ꝙ à romanis medulini ad eam gentem iusiurandum de societate dederant. audiẽtes vero intentionẽ eorũ patricij, vt cum omñi exercitu exirent, propere parabãtur.

Arunci. Seditio iterum.

plebs vero eis minime obtēperabat memores deceptę sibi sępe numero pollicita tiōis, de subsidio rogātiū pauperū, irritis factis quę ipsi decreuerāt, pauciq; collecti inter se, iusiurandū dederāt & acceperāt: ne āplius bellū vllū cū patricijs susciperēt, pro vno quoq; pauperū enitētes cōmuniter, & auxiliū occurrētib⁹ ferētes, & est quidē aliūde sæpe leuib⁹ certaminibus verborū operūq; cōiuratio manifesta facta, maxīe vero declarata est cōsulibus, cū nō prodeūtibus ad dāda nomina ciuitatis, corripi iusso plebęo quodā cōferti pauperes, conuersiq;, eū qui ducebat, abstulerūt, atq; ministros cōsulū nō dimittētes, eū pulsantes ijdē abegerūt, ne'q; equitib⁹, neq; patricijs, quicūq; pręsentes prohibēda quę fierēt censebāt, abstinuere quin violarēt, fuitq; breui vrbs tota inornatus tumultusq; plena, simul aūt cū seditione gliscēte in vrbe. Apparatus quoq; hostiū maiorē quandā accessionē assumpserūt. Volscis eñ de defectione iterū deliberātibus, & ęquis legatio ab omnibus romanorū subiectis aderat sibi auxiliū postulantibus in detrito belli positis, latini eñ irrūpētes dicebant, ęquos in regionē suam populari agrū, ac iam vrbes quasdā dirripuisse, q̃ vero erāt crustumerię pręsidiari milites, sabinos esse proximos nunciabant, multaq; vtentes prōptitudine, vt opidū caperēt, sicq; alij aliud nunciantes malū, factum vel faciendū, & maturū petituri auxiliū, aduentabāt. aderāt aūt etiā ad senatum legati à volscis postulantes regionē ademptā eis, sibi reddi potiusquā bellū inciperēt. congregato autē ex his senatu, rogatus primum à consulibus sententiam Titus largius, cum præcellere dignitate cæteris, tum ad sentiēdum opportuna visus sufficientissimus progrediēs dixit. Mihi patres, qui quidem alijs vidētur esse terribilia, cęlerisq; indigētia auxilij, neq; esse terribilia videntur, neque ea valde vrgentia, quod opem ferre socijs oporteat, haud quemadmodum hostibus repugnare, quę vero illi neque malorū maxima, neq; opis indigentia hoc tēpore existimāt, negligentięq; tradūt, tanq̃ nihil nos læsura, ea mihi terribilissima videntur, ac ni mature corrigantur, euersionis vltimæ confusionisque communiū rerum causa contumacia plebis, nolētis iussa consulū peragere, atque vestra erga contumaciā eorū liberā'que actionem acerbitas. Puto aūt oportere nos nihil in præsentia speculari, nisi quemadmodum hæc ex vrbe euellantur & vnà oēs sentētia, pręponētes priuatis publica, rempublicā administraremus, concors.n. ciuitatis potentia satis erit ad pręstādum securitatem amicis, incutiendum'que inimicis metū, seditiosa autē (vt nūc) horū neutrū posset agere, mirarerque eā, nisi eā perderet, exhiberetque iimicis sine labore potestatē, quod (per deos immortales) puto intra nō lōgum tēpus, adminstrantibus vobis taliter euenturū. Habitamus enim vt videtis, duasq́ue habemus ciuitates, vnam quidē pauperie necessitatéque detentā, alteram vero sacietate contumęlia'q; delinquētem, pudor autem & ornatus, & ius per quę ciuilis societas seruatur omnis, apud neutram manet ciuitatē, manu eñ iustū capimus inuicem, & inuiolentissimo iustissimum ponimus, tanquā ferę volētes potius hostem suo cū malo perdere, quā quod tutum est in eis custodiētes cōmuniter cum aduersario seruari, quorū ego sanè censeo habendam vobis magnā prouidentiā constituto his ipsis cōsilio, vbi legationes dimiseritis, respondenda vero eis in pręsentia quę moueam, hæc sunt quandoquidē volscis à nobis repetunt, quę vincentes ipsi armis possidemus, nō parentibus

Volsci æqui.

Sabini.

Titus largius.

parētibusque minātur bellū. Hęc dicamus, ꝙ romani nos pulcherrimas iustissi masq; possessiões putamus, quascūq; bello captas obtinem⁹ & lege neq; vnq̄ su stineremus, stultitia delere virtutē, tradētes ista his qui ea amiserūt, & pugnātes vt haberem⁹ relinq̄remusq; posteris, nūc iā partis priuaremur. Et ipi nosmet tā q̄ hostes lęderemus, & hęc q̄dē volscis latinorū vero beniuolētiā laudātes, à pa uore reuocem⁹, tāq̄ minime relicturi eos, donec fidē seruēt, ī malo aliq̄ nostri cau sa, sed missuri vires eis ad repugnādū sufficiētes intra nō lōgū tēpus. Hęc pręcla ra iustissimaq; futura respōsa puto, emissis vero legationib⁹, Primū nobis consi liū puto, ad tumult⁹ vrbis dādū, neq; esse differendū. Sed die crastina hāc sentē tiā afferēte largio, oībusq; laudātib⁹, tūc quidē accipiētes respōsa legati demigra runt. Postridie aūt congregantes senatum consules, cōsultationē de correctione ciuiliū tumultuū proposuere. primusque igit̄ rogatus sentētiā Publius Virginius, vir popularis, mediam'que vadens viam, quando inquit plebeia multitudo supe riore anno plurimam ostendit prōptitudinem in certaminibus de vrbe. Volscis ea quidem & Aruncis multo cum exercitu aduenientibus, pro salute nostra op posita, puto equidē eos, qui tūc nobis pręsidio fuerint omniū bellorū socij, dimit ti oportere, neque vllius eorum corpus à creditoribus aut rem detineri. Hoc que ipsum iustum esse in eorum patribus vsque ad auos & in filijs vsque ad nepo tes censeo. Alios autē abductiles obnoxios'que esse creditoribus, secundū spō siones suas. Post hęc autē Titus Largius: mihi inquit, pręclarū videtur patres, nō modo eos qui fuerint bello strenui. Sed populū simul omnē liberū à spōsionibus vadimonijs'q; dimitti, hoc em̄ solo cōcordē efficiemus ciuitatē. Tertius aūt ꝓ grediēs Appi⁹ claudius, superioris anni cōsul dixit. Sēper quidē patres quoties ꝓ ponit̄ de his sermo in sentētia sum eadē, nihil esse cōcedēdū populo ꝙ petat, nisi legitimū & honestū, minimēq; minuēdū esse ciuitatis propositū: nec nūc quicq̄ cognosco aliter q̄ mihi visum sit à principio. Essem enim omniū hominū im prudētissimus, si qui superiore anno cōsul aduersante mihi collega plebēq; cōcu tiente, pręualui perseuerauiq; incognitis, neq; metu auersus, aut precibus, aut gra tię sedēs, non priuatus me ipse abijcerē proderēq; fiduciā, siue enim liberā vocē meā quisq; vestrā generositatē velit appellare, siue arrogātiā nullo nūq̄ absistā tpe donec viuā. Eo quod mihi iā visum est pulchrūq; neq; vnq̄ largiēs ī ꝓbis, in troducā pecunię debitę decisiones, immo vero introducentibus eas, obuius om ni vtens promptitudine incedam. Considerās quod omne vicium & corruptio & (vt vno verbo dicam) ciuitatis euersio à decisione æris alieni incipit. Et si aliquis siue ex prudentia aliqua, siue per insaniam, quando quidem non securita tem propriā. Sed ciuitatis considerandū censeo, quoquo modo dici hæc putabit permittā ei quemadmodū velit iudicare. Ego vero totis viribus ibo obuiā intro ducentibus nequaq̄ patrias administrationes, ac q̄n igitur tēpora, potiusq̄ debita pecunia poscūt magnū auxiliū, q̄d solū erit seditionis in pręsentia medicamētū ostēdā, dictatorē eligite sine mora, qui vtēs minime obnoxia potestate, senatū, populūq; sentire p̄clara cogat, alia em̄ nulla erit tāti mali ꝓhibitio. His ab Appio dictis, tumultuātibusq; iuuenib⁹, tāq̄ eo oportūa ītroducēte: surrexit seruili⁹ cō tra dicturus, alijque seniorū quidā. Victi vero sunt à iuniorib⁹ ex p̄parato adue

Virginij sententia.

Largij.

Appij.

niētibus, vique multa vtētib⁹. Vicitq; tandē Appij sentētia. postque hęc cōsules, opinātib⁹ plurimis, electū iri Appiū dictatorē, tāquā solū obtinere patrocinium

Valerius dictator.

valiturū, reiecto illo, de cōmuni sentētia Marcū Valeriū, Publij Valerij primi cō sulatū gerētis fratrē popularissimūq; futurū visum, seniorē virū, dictatorē dixere, sufficere putātes ei potestatis terribile, ęgere'q; res viro in oībus clemente, ne quid rerū nouarū fieret. Suscipiēs aūt imperiū Valeri⁹, magistrūq; equitū dicēs quintū seruiliū seruilij fratrē, college Appij, populū ad cōcionē aduocauit. Cōue niēte aūt turba multa, tūc primū ex q̄ magistratū deposuerat seruilius, eductusq́ue populus ad militias, in apertā cōuertebat demētiā, ascēdēs tribunal sic dixit:

Oratio.

Scimus ꝓpe, qđ volētib⁹ vobis quirites licet semꝑ aliquos ex genere valeriorū imperare, sub quib⁹ liberi redditi estis à graui tyrānide, nulliusq; vnquā nō potiti moderatorū, nec eratis forsan, ꝑmittētes vos eis qui esse popularissimi oīm vidētur, & sunt ita minime docendis vobis, firmaturos nos esse populo libertatē, sicut etiā à principio dedimus, verba sint faciēda. Sed cohortatiōe opus sit moderata, vt credatis nobis, quodcūque pollicebimur opere perfecturis, ætatis eñ qua minime fallere deceat, ad perfectionē venimus atque dignationis, cuius sit minime leuē esse, satis quidem nos habemus tempus que reliquū quodāmodo non alibi quā inter vos victuri sumus pœnas ipsi quorūcun'que visi erimus vos decipere, subituri. Hæc igitur quę (vt dixi) non lōge orationis indigēt, apud scientes sinā, quod autem mihi videmini ab alijs perpessi, merito ab oībus suspicari, videntes semper aliquem cohortantium vos ad bella consulum, pollicentem se, quęcūque rogetis à senatu impetraturū, perfecturūque esse, nihil'que ad finem ducentem. hoc quā non iuste de me etiam suspicaremini, ex his duobus maxime debetis credere & quod non me senatus abuteretur ad hoc ministeriū, qui popularissimus videor, alios habēs ad hęc magis idoneos, & quod me vtique nō ornasset dictatorio imperio, per quod possem ea quę mihi viderentur præclara, sine eo quoque ad opem vestram cōferre: sicq; igitur vos me scientē fallere, aut cōsulatum male agere ne omnino opinemini, si enim hæc vobis opinio incidat me vt oīūm hominū improbissimo vtimini, vt vultis, ista vero suspicione, credentes mihi, animū liberetis, & ad hostes iram vestram ab amicis trāsferatis, qui vrbem vobis adempturi venientes, & pro liberis facturi seruos, atque alijs, quæcūque acerba in hominibus putantur, festinantes vos afficere, haud procul esse à regione nostra nunciantur, prompte igitur accingamini, ostendite'que eis. quod dissidēs etiam inter se romanorum potentia superior est concordi altera, aut enim illi non expectabunt, aduenientes vos vno animo, aut dignas dabunt temeritatis pœnas. Considerate enim volscos & sabinos istos, quos vicistis sæpe pugnantes, eos esse qui nunc bellum adducunt nobis, nec corporibus nunc illi maioribus, neque animis nunc quàm anteà fortioribus: sed vt pugnantes vos inter vos despicientes. Cum vero hostes viri erimus, spondeo ego vobis: senatum de contentione æris alieni, & quocun'que alio, quod ab eo petieritis moderate, digne pro virtute vestra, quam in bello exhibebitis, intercessurum. Interim autē res omnis vestra, omne dimittetur corpus: omnis honos romani ciuis impignorabilis erit ob pecuniam creditā omnēq; cōtractū aliū. Prompte autem pugnātibus

tibus corona pulcherrima futura est. Hęc vrbs erecta & pulchra laus à conscijs: & à nobis ornatus sufficiens,& ad erigendam domum pecunijs, & ad genus illustrandum honoribus. Exemplum autem esse vobis postulo,in pericula alacritatem meam pugnaturi,tanquam vestrum quisque robustissimus. Hæc cum dixisset,audisset'que populus omnis lætus,quod non amplius decipiendus esset,pollicitus est se belli futurum socium, conscribuntur'que legiones decem militares, quaternorum millium hominũ singulæ,quarũ ternas consules accepere,& ex eqtibus quantum cuique diuisum est, quatuor autẽ & reliquos equites dictator sumpsit, atque instructi omnes, quàm celerrime proficiscuntur. Ad æquos pergẽs Titus veturius,& ad volscos Aulus verginius. Dictator vero ipse ad sabinos vrbem'que interim:vna cum senioribus:& paruo quodam vigentium robore exercitu,Titus largius custodiebat, ac volscorum quidem bellum celerem habuit exitum. Multitudine enim excedere sese existimantes, ac malorum priorum memores:pugnatores'que celeriores quàm prudentiores coacti fieri. Primi ocius in romanos feruntur,vbi primum in conspectu visi sunt castra ponere. Commisso autem prælio acerrimo: multa agentes strennue, plura quoque patientes grauia, vertuntur in fugam. Estque eis vallum: vrbis'que insignis capta, Velitræ ei nomen erat. Simul autem sabini spiritus paruo admodum tempore sunt humiles redditi vna vtris'q; acie dijudicare volẽtib⁹ de bello. Deindéq; regio excursa est & castella quędã capta,ex qb⁹ corpora,multãq; cępere prędã. Aequi vero ibecillitatem suam videntes,vbi finẽ iam habere sociorum res audiuere, Confidebant in munitis locis, nec in pugnã descendebant, atque leues vbi poterant incursus ꝑ montes saltus'que faciẽtes, cõtriuerunt aliquantũ tẽporis differẽtes bellũ sed nõ tamen seruare potuerunt exercitũ omnino innoxiũ, inuadentibus eos romanis: in locis etiam præcipitibus audacissime, capientibus'que per vim castra: est'que fuga deinde eorum ex agro latinorum facta oppidorũ'que traditio: quæ prima inuasione cęperant, fuerunt etiam, quorum arces non relinquentibus hostibus, ob peruicaciam sunt vi captę. Valerius igitur, succedente ei ad votum bello,consuetum'que triumphũ ducens, adsoluit populum à militia, senatu nondum tẽpus esse existimante,ne promissa repeterent pauperes,nique quęsitum bello,volscorũ agrum colonos misit,eligens pauperes, vt & præsidio essent aduersus regionem hostilem:& in vrbe seditionem minuerent. His'que administratis postulabat à senatu vt post acceptam plebis promptitudinẽ in prælijs, promissa ei impleret. Vbi vero non adhibuit ei mentem senatus, sed qui antea obuiabant sententię cõuertentes se iuuenes, & violenti superioresque multitudine tunc quoque aduersabantur, multoque vtebantur clamore,eorum domum adulatricem populi vocãtes,& prauarum legum administram,& quod maxime obijciebant,hi viri in cõcione cupere eos hoc instituto de iudicijs,potestatem omnem patritiorum delere, ægre admodum ferens Valerius, & quod iniusta pateretur, calumniæ ab eis habitus, ad populum exprobrãs,& quæ ipsos susceptura fortuna esset,taliter cõsultantes deflens,& (vt solet) in tali malo,alia ex affectu: alia vero, quia plusquã multos intelligeret diuinãs,discessit abiens ex curia. Cõuocato'que ad concionẽ populo magnam inquit quirites habens vobis gratiam promptitudinis, quam

Vincunt Volsci.
Velitræ captæ
Sabini victi.
Volsci victi
Valeri⁹.

exhibuistis: suscipientes vltro bellum, adhuc'que maiorem virtutis quam in prælijs ostendistis. Magnum studium adhibebam remunerandi vos cum alijs, tum ne eis fraudaremini, qui vobis de senatu sum pollicitus: & in concordia constituendæ aliquando seditionis vestræ: conciliarius & discrepator factus, ea agere prohibeor per illos qui non optima reipublicæ, sed sibi ipsis hoc tempore gratiosa eligentes, numero cæteros vincunt:& vi, quam eis iuuentus: plusquã res poscunt: exhibet. Ego vero senex (vt videtis) tales quoque socios habeo. Quorum ea quæ est in sententia. Vis inualida est ad exequendũ opus & restitit quidem illa nostra apparens de republica prouidentia, priuatim apud vtranque partem inuisa. apud senatum enim accusor tanquam vestram multitudinem colens, apud'que vos criminationem subeo, tanquam illi maiorem beniuolentiam demonstrans, si igitur prius bene accipiens populus, deseruisset factas per me de eo senatui sponsiones, ea mihi fatendum erat quod vos decepisse tis. In me vero nullum esset maleficium. Postquam vero ea quæ pollicitus erat senatus non perfecta sunt vobis integre, fit iam mihi necessaria ad populum oratio: quod perpessi quidem (quæ mihi non apparebant) estis. Sed decępti simus pariter circunscritique vtrique magis'que ego, quàm vos: qui non in eis modo quę passi sumus communiter, lędor: sed in ijs etiam quæ priuatim audiui male quodque de hostibus sunt capta, non cum multa senatus sententia pauperibus vestrum aliquibus dederim propriã mihi vtilitatẽ cõparans, & res ciuiũ publicare postulans: ꝓhibẽte sine nõ ꝓhibẽte eo, pręterque legẽ egisse dimittentẽ, me senatu aduersante: cũ oporteret in campestribus vos erroribus'que detineri. Exprobrata'que est item mihi delectorum in volscos emissio, qui agrum bonum & multum, nõ patricijs aut equitibus sum largitus, sed in pauperes vos diuisi, & quod mihi plurimum anxietatis exhibet, quod sint à me quadringentis viris plures ex plebe equitibus ascripti ex militia rem ampliantes. Si igitur vigenti mihi corpore hæc accidissent: notum'opere effecissem inimicis, in quem virum improperia iacerent. Nunc vero quando annos plusquam septuaginta sum natus, neque amplius ad repugnandum potens, videns'que quòd non vtique cessaret per me vestra seditio. Imperium depono, & in volentium potestate corpus meum expono, si qua in re se deceptos à me putant, vt vtantur quoquo modo ipsi iustum censeant. Hæc cum dixisset Valerius plebem omnem ad condolentiam adduxit, comitata'que abeuntem ex foro, vt senatus adhuc acerbior in eum fieret, pręparauit: statim'que sunt post hoc talia sequuta. Pauperes enim non occulte: nec per noctẽ (vt antea) sed iam palàm coeuntes, de defectione à patritijs consultabant. Senatus autem prohibere intendens, consulibus mandauit, vt exercitus nondum dimitterent. Erãt enim adhuc sacrarum legionum domini coercitarum sacramentis militaribus, nec reliquere audebat quisquam signa, tantum apud quenque metus iuramenti poterat. Prætextus autem paratus est militiæ, tanquam equis & sabinis conuenientibus vna ad bellum aduersus romanos. Postquam autem prodierunt extra vrbem consules cũ exercitibus, & haùd procùl vnà ab alteris castra posuerũt coeuntes milites in vnũ omnes, armorũq; & signorũ domini ficinio bello quodã instigãte eos à cõsulibus desciscũt, signa rapiẽtes, honoratissima
enim

enim romanis, hæc sunt militiæ, & vt delubra deum sacra existimantur atque prefectos cum alios, tum cæteris imperantem sicinium declarātes montem quē dam occupant, proximum anioni fluuio, haud procul roma, qui nunc ex illo casu sacer mons vocatur. consulibus autem & centurionibus reuocātibus eos cum precibus simul & fletu, multa'que pollicentibus, respondens sicinius. Quam vos (inquit) sententiā habētes patricij, eos quos patria expulistis, seruosque effecistis ex liberis, nunc reuocatis? qua tandem fide promissa firmabitis, quę vos nobis esse mentitos sæpius coarguimini? sed quando igitur soli vrbem obtinere postulatis? Abite non amplius à pauperibus humilibus'que conturbandi, nobis enim o terra sufficiet, in qua libertatem habeamus, & ea vbicū'que fuerit, patria existimabitur. Vbi vero nunciata sunt hæc in vrbe tumultus multus, fletus'que fuit, & per compita concursus plebis quidem parantis vrbem, patritijs vero auerti oportere eam censentibus vim'que esse volentibus afferendam, clamor'que simul ad portas, multa'que erat comploratio, ac sermones inter se inimici operaque fiebant hostilia nemine discernente amplius aut ætatem, aut sodalitatem, aut virtutis dignitatem. Vbi vero qui statuti à senatu erāt pręsidio ad obseruandos exitus, pauci ipsi nec amplius ad resistendum idonei coacti à populo custodiam reliquere. Tunc iam plebeia multitudo effundebatur, erat'que vt in capta vrbe commiseratio, vlulatus'que remanentium atque obiurgationes inuicem conspicientium vrbem deseri. Post hoc'que concilia complura & accusationes subijciebantur in auctores defectionis; hoc'que ipso in tempore hostiles eos etiam gentes inuadebant agros vsque ad vrbem percurrentes, qui vero desciuerant necessaria cibaria capientes ex proximis agris, nulla'que re alia infestantes regionem sub diuo manebant aduenientesque ex vrbe circunstantibus'que castellis excipiebant complures iam ipsos, non enim debita tantummodo, damnationes'que & expectatas necessitates volentes effugere, ad eos confluebant, sed quibuscun'que vita erat iners & segnis, aut qui nequirent cupiditatibus satis facere, aut prauorum studiorū æmuli, aut aliorum fœlicitatibus inuidentes, aut aliqua calamitate alixa, alienati erant ab illa constitutione reipublicæ. At patricijs perturbatio multa incidit, multa'que ostupefacio & vt venturis, vnà cum alijs hostilibus gentibus rebellibus statim ad vrbem metus, atque tanquam ab vna cohortatione omnes arreptis armis cum proprijs quique clientibus, alij ad vias per quas hostes venturos putabāt accurrebāt auxilio, alij ad castella exierāt custodiæ futuri arcibus, alij autem in adiacentibus vrbis campis considebant, quidam vero propter senectutem inualidi ad agendum aliquid, super muris statuti erant, verum vbi cognouere rebelles, neque addentes se hostibus, nec vastantes regionem, neque damnum inferentes re vlla alia, nisi quæ digna excusatione esset, à timore quieuerunt, sicque mutata sententia quemadmodum recōciliaretur cum eis deliberabant. Suntque varij à principibus senatus, plurimumq; differētes inter se sermones dicti, moderatissimi em̄ & qui pręsentē maxime decerēt, fortunam, hi quos natu maximi habuere dicantes nulla improbitate factam esse plebi, à patricijs defectionē, sed eam partim necessarijs vrgētibus calamitatibus, partim vero sponsionum fraudatione, ira magis quàm consilio de vtilibus iudi=

Sicinius.

cãte ea, vt indocta turba fieri cõsueuit. Deinde quoniã sibi cõscij essent plures male se cõsuluisse, quererēt etiã peccata dissoluere, honestas capientes causas, agerēt q; opera iam penitentiũ & si caperēt spē de futuro optimã, decernente eis senatu securitatē recõciliatiõibus factis decētibus, libēter ipsi sua susciperēt, hęcq; admouētes æquũ cēsebãt minime peiores esse debere in ira deterioribus meliores nec in illud differre tēpus recõciliationes, cum aut mentē habere cogeretur, quod est amens, aut & minus malum maiori sanandum esset traditione armorum corporum'que permissione, libertatem ipsis sibi auferentibus, esse enim hoc prope impossibile. Modeste autem vtens principes decretis vtilibus oportere etiam priores illis ad reconciliationes venire. Cogitantes quod imperare quidem & præsidere patritijs inest: amicitia autem, & pax, inest bonis, dignationem autem senatus non in eo maxime diminui declarabat, sinuose ferentes necessarias calamitates rempublicam tute administrarent. Sed in eo & si iracunde implacabiliterque in accidentibus se habētes rempublicam euerterent, esse enim dementię magnificentiam qui appetant, securitatem eos negligere, esse enim potiri ambabus optabile, si vero aliquis prohibeatur alterutro, existimanda esse salutaria magnificus magis necessaria. Finis autē hęc admonentium iste erat, vt legatos mitterent tractaturos cum dissidentibus de amicitia, tãquam nihil peccatum esset eis intollerabile. Sunt hæc senatui approbata, atque eligens maxime idoneis misit ad vallum plebis, mandans vt ab eis quererent, cuius indigerent, & quibus iustis conditionibus reuerti in vrbem vellent. Si enim esset moderati aliquid & quod fieri posset in postulationibus, non esse eis contra iturum senatum ac nunc quidem deponentibus eis arma, descendentibus'que in vrbem adesse veniam peccatorum, & in futurum tempus omne obliuionem, quod si præclare consulant reipublicæ, pro'que patria periclitentur alacriter, remunerationes pulchras vtiles'que eis fore. Hoc mandatum afferentes legati, ijs qui in castris erant exposuere, conuenientia'que addiderunt, non suscipientibus autem rebellibus prouocationes: sed superbiam atque grauedinem patritijs, multamque dissimulationem exprobantibus, si se ignorare simularent quorum populus indigeret, propter'que quas necessitates secessisset ab eis, largirentur'que securitatem, nullam pœnam subeundi defectionibus, tanquam adhuc domini Ciuilis ipsi auxilij indigentes, ad externa ituri bella non multo post omni cum exercitu, quibus desistere non poterunt, ij qui non suum putant bonum esse seruari: sed concertantium fœlicitatem, finem'que hunc adijcientibus orationi, quod iam melius discentes ipsi, detinentes vrbem, difficultates cognoscerent cum quibus aduersarijs futurum esset eis certamen multasque & graues minas intendentibus eis. Legati nihil eis ad hæc contradicentes demigrarunt, renuntiarunt'que patritijs verba rebellium. Vbi vero hæc responsa accepit Ciuitas perturbationes mœtusque redijt grauiores, quàm anteà, neque exitum aliquem senatus inuenire poterat, sed nec dilationes oblocutiones autem impias, accusationes'que inter se principum per dies multos audiens dimittebatur, nec plebeia multitudo quanta adhuc in vrbe permanebat, cum patritiorum beniuolentia, tum vero patrię desiderio similis sibi erat, sed clàm palàm'q; pars magna in diuersa flu-

ctuabat

ctuabat firmum autem appræhendendũ nihil esse videbatur: quæ cum fierent consules, erat enim eis breue reliquum magistratus tẽpus, dum comitijs statuũt: Populus autem vbi tempus venit magistratuũ creandorum in campum cõueniens: nemine consulatum petẽte, neque datum substinente, capere designat: consules ex ijs, qui eum iam susceperant magistratum: plæbi gratiosos viros & optimatibus Postumium Caninium, Spuriumque Cassium: sub quo Sabini victi principatu abstinuere septuagesima secunda olympiade, qua vicit in stadio Tisicrates Crotoniates, Imperante Athenis Diogneto. hique suscipientes imperiũ calendis septembribus citius quam cõsuetudo erat, priusquam aliquid cæterorũ agerent. Cõuocantes senatum de plębis reditu, quam haberet mentem & diceret postularunt. Primum ipsi rogantes virum, tunc perfectę ætatis, sensúque visum cęteris pręcellere, maximeque in electione laudatorum consiliorum, quia medij erat ordinis. Nec arrogantiam austurus optimatum. ne'que plębi quecũque vellet agere præmissurus Meneniũ Agrippã: vsque senatum ad reconciliationes adhortatus est, hoc modo loquens. Si astãtibus hic patres omnibus eandẽ sententiam habere contigisset, neque aliquis reconsiliationibus cum plebe impedimento futurus esset, qualibuscun'que reconsiliaremur cum eis, siue iustis, siue non iustis ipsis: essent'que ista tantũ proposita paucis, vtique declarassem vobis quæ sentio. Sed quando etiam hoc ipsum aliquid adhuc consilij indigere putant: Vtrum nobis sit melius conuenire cum dissidentibus, an bellum gerere: haud facile puto mihi quid agi oporteat, paucis admonere: sed maiore docere op⁹ esse oratione, eos, qui se aliter habẽt, quam vos erga reconsiliationes, quoniam contraria suadentes, vos'que etiam exterrere volentes leuissima difficillium, & faciles habentia correctiones horrẽt: erga'que maxima & insanabilia sese satis incõside rate habent, hoc'que eis non alia causa accidit, quam quod non ex ratiocinatione iudicant quid conferat, sed in potenti potius animo & insania: & quo enim modo dicerentur isti mente pręuidisse aliquid vtiliũ aut possibilium, qui vrbem putãt tantam, rerum'que tantarum dominam inuidiosam iam & amarã finitimis: aut sine plebe obtinere & seruare posse facile gẽtes tantas, aut aliam plebẽ adducere pro improbissima meliorem propugnatricem eis de imperio: at'que multa cum quiete exibentem se ipsam, in pace bellis'que moderatam: nihil enim haberent dicendum aliud. Cur vobis credentibus postularent, ne recõciliationes reciperetis, quorum verum'que quantę plenum sit fatuitatis. Censeo vtique vos ex ipsis operibus cõsiderate cogitantes, quod dissidẽtibus à vobis humilioribus propter eos, qui neque ciuiliter, neque moderate vsi sunt fœlicitatibus, decedentibus'q; eis ex vrbe, nihilque aliud in vos graue agẽtibus neq; cogitãtibus, sed vt sine pudore recõsilientur spectantibus amplexuri ipsi cupide, quod à fortuna datũ fuerat: multi haud beniuole erga vos affecti exultãt animis, & hoc sibi tempus ad votũ euenisse existimant, in quo vestrũ euertant imperiũ. Aequi enim Volsci Sabini Hernici nullo alio electo tempore bellũ inferentes quã aduersum his recentibus oppressos malis populantur nobis agros. Campanię autem & Etrurię quicũque erga nos inimice habent, alij palàm desciscunt, alij se clàm parant, quid & latinorũ donationem putatis, adhuc nobis stabilẽ permanere, & in amicã eũtem fidẽ

Sed & pars adhuc huius magna languere dicitur amore capta eius quam omnes expetũt mutationis,qui enim prius in alieno castra ponebamus, nũc inclusi muris sedemus, incultum agrum relinquentes: diripique videntes caudas caulas & abduci prędam famulos'que fugere,nec habẽtes quid sequamur in malis. Et hęc quidem patimur sperantes reconsiliationẽ plębis, & in nobis scientes esse, vt decreto vno tolli posśit omnis sęditio. sicque etiam male habentibus nobis campestribus ne intra muros quidẽ minus sunt terribilia, neque eñ vt obsidendi parauimus multo ante subsidia, neque ipsi vt ad copias tantas hostium: multitudine abũdamus. Exigui enim nec pugna digni, supplementi nostri pars maior est ex plębe: mercenarij clientes & opifices. haũd certi admodum perturbatę potentię obtimatum defensores transfugiaque nunc eorum continua ad rebellos nostros: suspecta nobis omnia effecere. superq; hęc omnia cum obtẽta regione ab hostibus, sit aduectio cõmeatum impossibilis, timetur iam fames: & cum in penuria erimus,terrebit adhuc nos magis tempus bellum'que illud,pręter ea quod nullũ tẽpus quiescere nos animo sinit, omnia excidit grauia. Vxores filijque rebelliũ infantes & senes patres in vestimentis miserabilibus. Habituque luctuoso circũlati per forum, per quæ compita flentes, supplicãtes, complectantesque, cuiusq; manus & genua, deplorantes'que detinentem& adhuc detenturam se solitudinẽ grauem sane insupportabilemque aspectum,est ne quisque tam efferatis morib[9] ve non animo commoueatur hęc vidẽs, misereaturque fortunas hominũ, vt si diffidẽter nos habituri erga plębem simus, hęc quoque nobis corpora sunt emittanda, alia quidem vt in utilia futura obsessis, alia vero vt non permãsura amica stabiliter. Eiectis igitur ijs etiam quænam vis vrbẽ custodiens relinquetur: aut cui ipsi fidẽtes auxilio audebimus & grauia tollerare. Solum nobis peculiare refugium, & spes sola certa patritiorum iuuentus pauca est vt videns nec satis digna,ob quam valde nos extollamus,quid nam igitur introducentes isti sustinendum bellũ loquuntur, nosque decipiunt aliqui non aperte nos admonent,vt sine sanguine,sineque labore,vrbẽ iam tradamus inimicis,sed sum ego fortasse cęcus minimeque grauia timenda censeo,nec est aliud iã vrbi periculum,quã mutatio res haũd difficilis cũ per multã nobis facilitatẽ sit licitũ futurũ oñi gẽte ex oiq; loco: mercenariam turbem clientũque suscipere, hoc est enim quod plębeis infesti multi rumoribus efferũt, nec per deos illi quidem ciues inanissimi, in hoc iam aliqui fatuitatis descendentes,vt non sententias salutares,sed vota proferant impossibilia. Quos vtique libẽter interrogarẽ quod intentis ad res has nobis dãdũ sit temporis spatium tam propinquis inimicis vrbi quænam venia cunctationi dilationique venturorum sociorum in non constantibus quisnam eis securitatẽ vir aut deus exhibiturus multamque per quietem conducturus omnino hucque cõmitaturus auxilium deinde patrias suas isti relicturi ad nosque transituri qui nam erunt vtrũ illi habitationes laresque habẽtes proprios & censum,honoratique apud ciues &parentum claritate aut virtute extimati propria,&quis vtique sustineret domestica delinquẽs bona alienorũ malorũ turpiter fieri particeps: neque eñ futurę pacis deliciarũq; socij huc veniẽ, sed periculorũ & belli, ex quib[9] incertum an recte dirigendus sit finis,an plębeiam adducemus sine'que sedibus multitudinem

multitudinẽ qualis etiam quæ hinc abijt carũ ſanè quod & debita & dãnationes, alias'que huiuſmodi calamitates, libenter ea quocunq; cõtingerit depoſitura, quę ſi etiam alioquin frugalis ſit & modeſta, vt hoc eis quo'q; largiamur, quia tamen dominata non ſit, neq; eiuſdẽ victus aut cõſuetudinũ & legũ, neq; eius, quę apud nos diſciplinę, longe ea quodãmodo, & omnino futura eſt hac noſtra peior. nam gentili ſunt hic filij, & vxores, obſides, & parẽtes, corpora'q; multa alia domeſtica, & quod ipſos educauit ſoli neceſſariũ omnibus, & quod aufferri nequit deſiderium. Aduenticia vero iſta & tẽtorialis turba ſi fiat nobis cohabitatrix, nihil prorſus hic ei exiſtẽte, cuius ipſa boni cauſa periclitari volet, niſi aliquis polliceatur ei agri partẽ ſe daturum, vrbis'que portionẽ aliquam ea ipſa nũc dominis aufferẽs, quorũ partem haud dignamur, his, qui pro eis ſępe pugnauerint tradere, ac fortaſſe ne his quidem traditis contenta erit. Sed & bonorum & magiſtratuũ aliorũque bonorũ ex ęquo cum patritijs ſe fieri ſociam poſtulabit, niſi igitur concedamus eis vnaquęque poſtulatorũ, inimicis quidẽ eis nõ impetrantibus potiemur. Sin conceſſerimus habitabitur nobis patria, res'q; pubica à nobis ipſis diſſoluta, nec hic addo quod idoneis ad rem bellicam hoc tẽpore nõ colonis indigemus, aut mercenarijs, aut mercatoribus, aut inſordidis artibꝰ occupatis, quos diſcere oporteat bellica, ſuique experimentum dare. Difficilis ãt inſueto experientia. Tales igitur neceſſe eſt eſſe conuenas, & ex omni demigrantes gente, militare vero auxilium ne vnum quidem nobis conſiſtens video, nec ſi aliquod ex inſperato appareret ſuaderem vobis. Vt id prompte intra muros reciperetis, multas ipſi ſciẽtes vrbes ab introductis præſidio exercitibus ſeruas reditas. Cogitantes igitur hęc, & quæcunque vobis alia dicta ſunt prius remiſcentes adhortantium vos ad reconciliationes exiſtimare decet, etiam quod non apud nos ſolos aut primos inopia diſſidet, humiles alacritate: ſed in omnibus (vt ita dicam) ciuitatibus, magnis'que & paruis inimica eſt, vt ſæpius multitudini paucitas, in quibus quidẽ pręſidentes rebus. b. publicis moderate adminiſtrantes patrias ſeruauere arrogãtia, vero vſi vnà cum alijs bonis ſe quo'que ipſos perdidere, cogitantes item quod compoſitis ex multis rebus quibus'q; innatũ eſt ex aliqua ſui parte egrotare, vltraque hęc, quod nec humani corporis partem quęcũ'q; egrotet opus eſt ſemper abſcindi, turpis enim fieret aſpectus reliqui, ac non diu durans natura, nec ciuilis ſocietatis partem egrotantem expellere, neque enim per partes proprias coaleſceret cum tempore amiſſum, deinde etiam reputantes quanta ſit vis neceſſitatis. Cui ſoli etiam dei cedunt ne ingraueſcite ad fortunę varietates, neque tanquam euenturus nobis ad votum omnibus arrogantię inſcipientięque impleamini: ſed frangamini ceditéque vtentes exemplis recti cõſilij non externis: ſed & veſtris ipſorum geſtis, & enim virum vnum totam'q; ciuitatem in pulcherrimis actionibus ſuis gloriari decet, & quẽadmodũ illis cõſentientes futuræ reliquę ſint ſpeculari. Vos igitur iam multos hoſtes, à quibus læſi ipſi eratis, in rebus maximis in poteſtate habentes, neque euertere, neque eijcere eos ex proprijs voluiſtis: ſed & domos & res eis ſuas reddiſtis, & habitandam patriam conceſſiſtis, & æquo iure cum ciuibus noſtris eſſe iam aliquibus eorum largiti eſtis, iſto quo'que admirabilius veſtrum opus dicendum habeo, quod & noſtrorum ciuium mul-

Pulchre.

Nota.

tos multa in vos delinquentes absoluistis à supplicijs in auctores ipsos solos iram inclinantes, quorum quidem sunt coloni antemnas sortiti & crustumeriam, medulíam'que, & fidenas, alijque plures: quid enim opus est nunc omnes enumerare, quos vos per obsidionem vincentes, moderate, ciuiliter'que admonuistis, neque vnquam propter ista aut periculum aut repræhensio ciuitatem depræhendit: sed laudatur vestra clementia nec imminuta est securitas, & posteà qui inimicis pepercistis, cum amicis geretis bellum, & qui subiectos vobis factos impunitos dimisistis illos ipsos qui vobiscum vna compararunt imperium punietis. Vrbem'que vestram habentes, tutum omnibus indigentibus profugium sustinebitis ex ea indigenas, quibuscum educati estis, vna'que eruditi, ac multorum bello pacéque malorum & bonorum participes pellere, non si iusta vestris'que moribus, conuenientia volueritis agere, & abs'que ira quod vtile est iudicare: sed quod oporteat seditionem dissoluere nos dicet aliquis haùd minus cognouimus, nec non multam adhibuimus in hoc promptitudinem. Quonam autem modo eam deponamus, hoc tu conare dicere. Vides enim quanta plebis sit arrogantia, quę iniuste agēs ipsa neq; ad nos de reconciliatione mittit, nec à nobis missis ciuilia & humana dat responsa: sed superbit & minatur, nec est facile coniectare quid velit. Ad hęc autem quid respondendum esse censeam, audite. Ego plebē neque irrecōciliabiliter habere sese erga nos puto, neque aliquid acturam esse ex his quæ minatur credo considerans non esse verbis opera eius similia multo'q; eam magis quàm nos studere recōciliationibus existimo. nam nos patriam, quę præciosissima est incolimus, facultatesqúe nostras, & domos, & parentes. Cętera'que omnia estimata plurimi habemus in potestate nostra: illa autem sine vrbe, sineqúe domibus, necessarijs quoque corporibus suis ipsorum caret, nec victu quoq; in diem abundans cuius rei igitur gratia si quis me roget mala patiens plebs eadē prouocatiōes nostras non recipit, neque ad nos legationem mittit, quia ea dicerē equidem per deum hucus'q; verba à senatu audiens opus nullum quod ab eo fiat, aut humanum, aut moderatum videt, ac deceptum se iri putat. Vobis sæpe pollicentibus ei semper aliquam prouidentiam, nihilque peragentibus legationes aūt mittere non sustinet, propter eos, qui hęc eam accusare solent, timens'q; etiam ne aliquo ex his quę rogat excidat, ac fortasse si sit aliquis in ea quoq; ambitionis insensatæ affectus minime profecto mirum quādoquidem in nobis ipsis sunt etiā, apud quos litigium peruicaciaque habitat, neq; vinci ab aduersario dignātur, sed quoquomodo querūt semper superiores esse, ne'q; prius gratis aliquid facere, quā pignus capiāt futuri beneficij. Hęc igitur cogitans puto oportere nos ad plebē legatos mittere, ex eis ipsos quibus illi maxime confidant, quiq; mittentur vt sint absolutæ potestatis, moneo ad dissoluendam seditionē, quibus æquum censeant conditionibus nihil ijdem amplius ad senatum referentes, ipsi enim qui nunc videntur superbi esse & graues, tūc scient quod vos vere ad concordiam studetis, & inclementiores descendent postulationes nihil illi rogātes, turpium, aut impossibilium, litigiosum enim omne etiam si sit humile solet aduersus superbiētes exacerbari: Erga vero colentes ipsum mansuescere. Hęc cū dixisset Menenius, murmur multum in senatu incidit, colloquebātur'que vniquique secundum collegia

mansuete

mansuete alij dispositi, erga plebem, cohortantes'que se inuicem, vt adhiberent omnem promptitudinem, vt plebs in patriam reduceretur, quandoquidem tunc sententiæ ducem acceperant optimatum illustrissimum, dolentes'que ac nolentes prorsus moueri ab ornatu patrio rempublicam incerti ipsi queadmodum rebus vterentur, nec mutare ęquū censentes, quę prius elegerāt, nec permanere valentes incognitis. Viri vero sinceri, nullaque pro seditione certantes, pacem nolentes agere, & quemadmodū non essent inclusi muris, spectandum censentes esse. Silentio autem sequuto consulum senior, laudato Menenio generositatis, & vt illi curatores similes essent reliqui, ęquū censens: dicentes omnia quæ sentirent, fidēter & agētes libere quę viderent alterū eodē modo nominatim sentētiā rogauit Maliū Valerium fratrem colliberatoris vrbis à regibus, virū prę cęteris optimatem, plebi vero gratiosissimum, qui assurgens, primum quidem senatum admonuit suorum institutorum, & quod sæpe prædicente se euentura vrbi grauia, nullius præcij sua verba fecerant, postulabat'que deinde ab aduersantibus reconciliationi, ne nunc de moderato quererent: sed quandoquidem non sinebant seditionem euelli, donec adhuc parua erat à ciuitate, discrepans, vt quāprimum quiesceret spectarent, ac ne longius progrediēs exiret forsan insanabilis, aut si minus vix sanabilis & multorum malorum causa, postulata'que plebis declarans non amplius futura eadem quę prius, neq; putans conuenturā in eisdem ipsam absolutionem petentem tantū æris alieni: sed & auxilum postulaturā fortasse alquod, per quod tuta ipsa in reliquū tēpus permanere, esse. n. ex quo cœpit dictatorius principatus solutā legem libertatis suę custodem, quę neque ciuē romanū quemquam in dānatū permittebat cōsules occidere, neq; iudicio superatos plæbeios à patricijs tradi ipsos dānantibus prouocationē'q; volentibus dabat, ius'q; transferendo iudicia à patritijs ad populū, & quod si populus hoc firmū sinat auferetur à plebeis etiā potestas reliqua prope omnis, cuius erant prius domini, quādo etiā ex bellis triumphum impetrare eis nō licuit à senatu viro vltra alios dignissimo qui honoris huius potiretur publio seruilio prisco, quibus ex rebus offensos multos, verisimile erat animo deficere, malas quo'que spes habētes de securitate sua, quandoquidem neque consuli, neque dictatori volenti curam agere de ipsis licuerit: sed affectus sit ab eis quodāmodo contumelijs & ignominia, ob aduersantiū multorū studium ac prouidentiā, nec egisse quidem ista elegantissimos patritiorū, sed cōtumeliosos auaros quosdā & iniusto quęstui acriter studētes, qui ob multas pecunias redditas magnis ipsi fenerantes vsuris, multaque ciuium corpora in seruitutem redigentes, his'que crudeles & superbas afferētes necessitates, alienā ab obtimatu fieri plębem omnē cogerunt, sodalitatemque constituentes, eiusque declarātes ducē appiū claudiū perosum populū, Virum factiosum per illum auferunt res ciuitatis omnes, quibus nisi pars prudens senatus impedimento fuerit periculum est, ne in seruitutem aliquam, aut in euersionem etiam, vrbs incidat. Postremo autem sibi quo'q; videri declarabat vtendū esse sentētia Menenij, atq; elegationē dicebat quā celerrime mittendā esse, aduenientes'q; viros conari, vt dissoluerent quoquomodo possent seditionē, siq; non det eis aliquis quæ volent qui sibi dentur ipsi accipiant. Post hunc autem vocatus astitit Appius Claudius

Mar. V. oratio.

Carpitur Appius.

dux aduersantis populo factionis, vir magnifice de se sentiens, neque sine iustis causis hoc patiens, quandoquidem & victus priuatus ei quotidianus, continens, venerabilis'que erat, & electio institutorum generosa, dignitatem'que seruans potentiæ optimatum, is'que materiam assumēs sibi Valerij orationem his vsus est verbis. In minori sanè culpa erat Valerius, si sententiam suam declarans, sentientes contraria non accusasset. licebat enim ipsi male audire nihil: sed quando ei non suffecit ea consulere, ex quibus aliud nil ostēditur, quàm vt pessimis seruiamus ciuium: sed & sibi aduersantes attigit, meique manu cōsertus meminit, multam mihi quoque video necessitatem dicendi de his, dissoluendique primum aduersum me calumnias, exprobratum enim mihi ab eo est studium, neque ciuile, neque decens, quod vndecunque lucrum quærere instituerim, priuatimque multos pauperes libertate, plæbis quo'que defectionem, non parum mea causa facta esse, quorum quidem quod omnino nihil verùm sit, aut sanum, facile est vobis discere. Age qui sunt Valerij, quos ego in seruitutem ob debitas pecunias traxerim, quos ciues ego nexos habui, aut nunc habeo, quis rebelium ob crudelitatem meam, aut quæstus studium caret patria: sed non vtique hoc poteris dicere, tantum enim absum, vt ciuium quenquam seruum ob pecuniam fecerim, vt plurimis mea quoque proijciens, neminem priuantium me pecunijs addictum, aut inhonorum fecerim, sed sunt liberi omnes, habēt'que mihi gratiam inter valde necessarios amicorum, clientum'que constituti, ne'que hoc dico accusans, siqui his similia non egerunt, nec si aliqui concedente lege egerunt aliquid, iniuste agere ipsos puto, sed meas ipsius calūnias diluo, quas in grauedinem autem meam, patronatum'que prauorum hominum obiecit mihi osorem populi & factionis paucorum potentiæ studiosum vocas, quia optimatum principatum complector. Cōmunes vestrum omnium sunt accusationes, quicun'que æquum censetis esse meliores, non à peioribus dominari, ne'que eam quàm accepistis à maioribus vestris formā reipublicę, à pessima in hominibus administrandi forma, multitudinis potentia vobis auferri, neque em̄ si paucorum dominatus nomen velit ista principatui pręclarorū virorum imponere, res ipsa etiā calumnię per nomen habita delebitur. nos autem multo iustius veriusque inferemus opprobrium plębis, adulationē tyrannicorumque operum cupiditatem, nemini enim obscurum est, quin ab adulatione plæbis tyrannus om̄is exortatur, sitq; velox ea via volētibus ciuitates in seruitutē trahere, quę per pessimos ciues ducit ad potētiam, quos quidem ipse colens hactenus perseuerauit, nec hucus'q; desinit scite clare, quod non vtique ausi essent inanes homines & humiles delicta talia perpetrare, nisi ab hoc venerabili populariq; erecti essent, tāquā sine vllo periculo futuro eis hoc opere, & præter quā quod nullā pœnā subituri essent meliorē ipsi etiam sortem quā priorem habituri. Scietis enim me vera dicere, quod exterrēs hic vos de bello necessarias'que reconciliationes demonstrans simul dixi, quod non satis futurum esset pauperibus æs alienū dimissum: sed auxilium quo'que aliquod postulaturi essent, neque amplus tollerarent à nobis, sicut anteà dominatū iri. postremo quoque ęquū esse censens vos cōplecti pręsentia cōcedereq; plæbi quodcū'q; ipsa se pro reditu accipere iustum diceret, aut discernentes ipsos ab honestis turpia, ne'q; iusta

Appij orō

iusta ab iniustis tantæ istæ arrogantiæ amentem partem ciuitatis impleuit vir senior,& per vos functus omnibus honoribus. æquum ne igitur erat te Valeri ad uersum alios inconuenientia opprobria dicere, talibus obnoxium criminibus?& ad dictas ab isto calumnias, hæc quæ dixi sufficiant. Ad ea vero de quibus consultaturi cōuenistis, videntur mihi iusta esse, digna'que ciuitate, nobisq́ue vtilia. non solum ea quę ab initio demōstraui: sed quæ etiam nunc in sententia permanens declaro, ne adornatū reipublicæ confundamus, moueamus, vt consuetudines maiorum nostrorum, immobiles, ac ne fidem euellamus ex hominibus rem sacram, per quàm tute vrbs omnis incolitur, neque plæbi cedamus maligne res iniustas illicitasq́ue poscenti, ac ne aliquid de sententia declinem, metus causa, ad eos respicens, qui in vrbe concitantes plębem aduersum me exterrent. Cōfirmo iram multo magis quàm anteà, ringorque plębis petitiōibus duplo magis miror autem patres sententię vestrę absurditatem, quod non ei concedentes, cum nondum esset aperte bellum petēti debitæ pecunię dimissionē, absolutionesque damnationū, nunc velitis ista cum est in armis agitque hostililia concedere, & quodcun'que aliud videtur, eique videbitur, quodāmodo primū'que facietis postulatorum ęqui eam honoris esse, eorundem'q; nobiscum participē, an non igitur in populi administrationem imperiū vestrum cōstituetur indoctissimam, vt dixi, omniū reipublicę administrationū, vobisque inutilem poscētibus imperare cæteris, non vtique si sapietis, aut si non eritis omniū clementissimi, qui viri vnius tyrannici, dominatum intollerabile existimātes, nunc multorū capitū tyrānidi plębi ipsimet tradatis, nec per gratiam persuadēti quidem ei ista concedentes, sed detenti necessitate, & tanquā aliud nūc vobis agere nihil liceat, nisi præter voluntatem cedere, quādo em̄ pœnę loco ex his quę peccauit demētia honorē suscipit, quàm putatis contumacem? atque superbam fore? ne spe illa extollamini, vt moderate ad dignationes se plębs gerat, si sit ei clarum, vos omnes ita decreuisse: sed plurimum in hoc falletur opinione sua Menius, vir temperans, & qui de suis moribus coniecturam faciēs, pulchre etiam de cęteris opinatur, incumbet nam'q; vobis vltra cōueniēs grauis ob arrogantiāq; innasci solet in potestate, & in prudētiā cuius maximam partem obtinet multitudo, sique non statim ab initio at sequenti certe tempore, ex quacunque cuius indigeat nec potiatur, re arma vt nunc capiēs seuera aspera'que nobis incumbet, ita, vt si ei prima concedetis, id esse nobis putantes vtile, peius statim vobis aliquid sit imperādum, rursus'que aliud eo grauius tanquam vobis metu ad primā etiā obtemperātibus donec vrbe vos tandē eijciant, vt in vrbibus est iam factū multis alijs. Postremo'q; syracusis, in quib⁹ quidem possessores à clientibus sunt expulsi. Si vero illorum indignantes petitiones obuiam ituri sitis. Cur non hinc tandē incipitis liberos habere sensus. Pręstat enim à minori culpa incipientes antequam lędamini in aliquo demonstrare generositatē, quā multa ante tollerātes mala indignari posteà iā gestis reb⁹, neq; reliqua permittere, sero mētem habere incipientes, ne terreat quenquā vestrum hęc rebellium abscissura, neque bellū externarū gentium, neque male de domesticis sentite viribus, vt ad seruandam vrbem minime sufficientibus. nam exulum vis parua quidem, neque diu resistet vt nunc perseuerās campestris sub ten-

torijs per hyemē nec acquiret non vt nunc per raptum amplius cibaria vbi quę adsunt consumpserit. Sed nec aliunde venalia ob paupertatem ijs aduehentur, quibus neque priuatim adsunt, neque publicę pecuniæ, bella autem vt frequenter abundantiæ pecuniarum aduersantur sine magistratibus autem eis, vt est verisimile, & ex ea re incidens seditio confundet statim dissoluet'que consulta, neque enim dignabūtur sabinis, aut etruscis, aut alijs aliquibus alienarum gentium se tradentes, seruire eis quibus ipsi nobiscum aliquādo abstulerint libertatem, neque habebitur apud illos fides magna, his qui ad patriam eorum male turpiterque perdendam prompti fuerint, ne similia quoque agant in eam quę se suscipiat timentes, reguntur autem per optimates quæ'que circum nos gentes, neque vlla sit in vrbe plębs ex æquo rerū particeps, ita vt nō nullo modo, excellentes, vt ita dicam, in qua'que vrbe non sinentes'que cōmoueri domesticam turbā in sua patria suscepturi sint aduentitiam seditiosam'q; istam ne partem dantes eis similiū aliquando priuentur æquis, si vero fallerer sententia susciperet'q; eos vrbs aliqua in hac statim cognoscent, quēadmodū hostes ipsi quoq; hostilia sint passuri. habemus enim de eis obsides vxores & patres cognatione'que omnem aliā quibus ne optantes quidem maius alius aliquid à dijs posceremus quos in conspectu statuentes propinquorū, perdemus si audeant aduersum nos ire, tanq̄ ipsos quoque vltimis supplicijs affecturi, ꝗ si intelligāt, vos sciatis recepturos esse eos precātes cōplorantes'q; & tradentes seipsos nobis sine armis omnia tollerātes, acres enim sunt tales necessitates ad frāgēdos arrogātes sensus deijciendos'q; oēs ad nihilū, ac ista quidē sunt quorū gratia ab exulibus bellū minime timēdū censeā, ex alijs vero gētibus terribilia non nūc primū perscrutati sumus subtiliter esse talia, sed prius quoq; quotiens nobis experientiam dederunt sui minora visa opinione, q cunq; minime vero sufficientes putāt vires vrbis domesticas vt hinc maxime bellū horrēt, discāt de eis se nō sufficiēter sentire, nā aduersus rebelles ciues ęquā manū opponēdā habebimus si volemus eligentes robustissimos seruorū manumittere, pręstat enim libertate donare istos quam ab illis principatum auferri nobis, habent enim satis bellicę rei patriam astātes nobis militiæ, aduersus autē externos hostes ipsi prodeūtes ibimus, omni cū prōptitudine & cliētes adducem⁹ oēs, & quod superest plebis, vt aūt prompta sit ad certamina remissionē eis largiemur æris alieni, non cōmunem, sed viritim siquidem opus est cedētes temporibus aliquatenus moderate agere, nec erga hostes qui sunt ex ciuibus erit hæc moderatio, sed erga acios quibus quidem gratificari ipsi vtique non coacti, sed persuasi videbimur. si vero alio quoq; nobis opus erit auxilio, tanq̄ isto non sufficiēte accersemus ex castellis præsidiarios milites & colonos reuocabimus, quātus autem hic sit numerus excessu nuper facto facile esset discere, centum enim & triginta sunt milia romanorum pubescentium, quorum septima pars non esset quæ exulat, dico etiam obtemperaturas nobis latinorum triginta vrbes, quæ ad votum suscipient pro nobis pugnas ob cognationem, si'que decernatis eis tantū ciuilitatē æquā quā rogātes assidue perseuerant, quod est autē in bellis omniū pręclarissimū, neq; id vos quodāmodo cogitatis, neq; vllus cōciliariorū dicit hęc: ego adicijens, finem faciam nullius ęque ac ducū indigent egregiorū qui felicem

sint

ſint habituri bellorum finẽ,horum autem diues eſt vrbs noſtra, hoſtium'que vrbes inopes. Multę enim turbę cum duces accipiunt inſcios imperandi,ignominioſę ſunt per ſe, & in eis labant plurima ,eo'que mali plus patiuntur,quo maiorẽ habent exercitum. At egregij duces,quãuis paruas etiam vires accipiant,ſtatim faciũt eas magnas, ita vt donec habeamus viros ad ductãdum idoneos non inopes futuri ſimus parere volentiũ. Hęc igitur cogitantes ipſi rerũ'que vrbis geſtarum memores nihil humile aut ignobile aut indignum nobis decernite. Et quid igitur ſi quis interroget vos,ego agere admoneo,fortaſſe em̃ hoc cupitis iam pridem ſcire neque vllam ad rebelles legationẽ mittere,neque æris alieni remiſſionem vllã prorſus decernere,neque aliud quicquã facere,per quod metus aut opinio imbecilitatis vlla appareat,quod ſi arma deponẽtes in vrbem veniãt,& ſe vobis vt de ipſis cõſultetis exibeant,tũc per ociũ,vt videbitur,erga eos moderatione vtendũ eſſe,quia demẽs omne pręſertimque multitudo ſolet erga humiles arrogãs fieri.erga aũt arrogãtes humilis. Deſinẽte vero Claudio, vox magna & tumult⁹ ingẽs vſque in multũ ſenatũ detinuit, qui em̃ optimates eſſe videbant̃,& iuſta eſſe pręponenda iniuſtis putantes in ſentẽtiã ibant Claudij, poſtulabãt'que conſules ipſos præcipue meliori parti accedere, cogitantes ſe regiam imperij nõ plębeiam habere poteſtatem,ſicque minus ſeruarẽt ſe ęquos, Vimque neutri parti afferunt:ſed ſententias numerãtes ſenatorum pluribus adhęrent,quod ſi horũ vtrumq́ue negligerent ſe quę iudices tranſactionem facerent nõ permãſuros ſe id eis dicebant:ſed ituros obuiam om̃i cum promptitudine. Verbis quoad liceret vtentes,& armis quotiens neceſſe eſſet. Erat aũt caterua potens omnis'que fere patritiorum iuuẽtus huius erat ſentẽtię,quibus vero pacis inerat deſideriũ. Menenij ſe Valerijque ſententię adijciebant, maximéque prouecti ętate cogitantes calamitates quantę occupãt ex ciuilibus bellis vrbes. Victi vero clamore iuuenum & inornatum,ambitionẽ'que eorum ſuſpicantes,& laſciuiam aduerſus conſules veriti,ne vlterius manibus temperarẽt,niſi aliquis eis cederet in lachrymas, preceſq́ue ad extremũ cõuertebatur. Quieſcẽte autẽ tumultu,facto'que ſilentio cum tempore diſputantes iterum cum eis cõſules finem intulerunt ſentẽtiæ ſuæ talem. Nos quidem patres maxime poſtulamus, Vos om̃es vnius eſſe ſententię de ſalute ipſos,præſertim publica conſultantes,ſi quę minus cedere iuniores ſenibus neque concertare,cogitantes quod peruenientibus ad hanc ætatem eis contingerent potiti equi honores à minoribus, quãdo autẽ vos videmus in contentionẽ incidiſſe exitioſiſſimam morborum humanorum multã'que contumaciam vobiſcum conuerſantẽ iuuenes nunc quidem poſtquã breue eſt reliquũ diei tempus,nec in eo finẽ capere poſſent, ea quæ videntur nobis,abite à curia, & cras in conciliũ venite,moderatiores facti,& ſententias habẽtes meliores. Si vero iſtud permaneat in vobis peruicax,iuuenibus quidẽ iudicibus non amplius ne'que vtilium conſiliarijs vtemur, ſed in reliquũ coercebimus, eorũ modeſtiam lege ipſi ſtatuentes lege annorum numerũ quem habere oporteat conſiliarios ſenibus'q; rurſus permittentes cauſę dictionem, ſi nihil conferent ſentẽtijs ſuis vtile, celeri via peruicaciam eorum diſſoluemus,quàm quidem melius eſt audire vos prius & diſcere. Scitis enim ex lege eſſe ex quo vrbem hanc incolimus rerum omniũ

Oratio conſulũ.

senatum dominum præter quã creandorũ magistratuũ, sanciendarum'que legũ, inferẽdique bellũ aut cõsistens dissoluẽdi, horum vero triũ potestatẽ habere populum suffragia ferentem, nos autẽ non nunc de vllo alio quàm de bello, paceque consultamus, ita vt sit valde necessarium cõfimare sentẽtias nostras, populũ ipsum suffragiorum dominũ nũciantes autem multitudini, vt adsit, secũdum hãc legem foro vbi nos sentẽtias tulerimus, dabimus populo suffragia hoc modo, maxime existimantes concinari cõtentionem vestram. Nã quodcũque decernent plures, hoc putabimus prævalere, digni eñ sunt profecto potiri huius honoris, qui permanent ciuitati beniuoli, habiturique nobiscum partẽ æquam, bonorũ'q; & malorum, ac his dictis dimisere concilium. Die autẽ postero iubẽtes nunciari omnibus qui in agris inque prẹsidijs agebant, vt adessent, ac senatui prẹdicentes, vt eadem venirẽt die, vbi plenam viderunt vrbẽ multitudine, & sentẽtias patriciorum deuictas precibus, quas cũ flectu & ploratu adhibeant patres priuarique rebellium, statuta die, exierũt in forum angustũ factum de mulcta adhuc nocte totum turba multiplici, & eũtes in ẹdem Vulcani, vbi mos erat haberi cõciones. primum quidem populum laudauere propter studiũ & promptitudinẽ multitudinis aduentus, adhortatique sunt posteà, vt quieti expectarẽt, donec senatusconsultũ fieret, propinquos autẽ rebelliũ admonuerunt, vt spẽ haberẽt bonã tanquã ipsis accepturis non post multo dilectissima, post hẹcque in senatũ euntes, & clementes habuere ipsi moderatosque sermones, & vt cẹteri vtiles humanasq; sententias dicerẽt, æquũ censuere. Vocauerunt'que primum omnium meneniũ, qui assurgens iisdem vsus est, quibus anteà sermonibus, senatũ aduocans, ad recõciliationes, & sententiam eandẽ proferẽs, postulans'que legationem mitti, quã celerrime desciscentes, dominã recõciliationum. Post hũc statim vocati, assurrexere secundum ætatem cõsulares, quibus omnibus visum est, sententia vtẽdum esse Menenij, donec ventũ est ad appiũ, qui assurgẽs. Video, inquit, patres, quod & cõsulibus est gratum et nobis alijs prope omĩbus, populũ reducere, quibus ipse velit cõdictiõibus, & ego ex hominibus aduersantibus recõciliatiõi relinquor solus, inuisus illis ne'que amplius vobis vtilis. Sed non propter hæc tam ipse absistam eis quæ sunt mihi à principio cognita, neque deseram reipublicæ causam volẽs, quanto enim desertior ero ab his, qui mecum eadem sensuere, tãto ero aliquando honoratior, aderitque viuenti quidẽ mihi laus, mortuo'que apud posteros, memoria. Sit igit̃ ò capitoline iuppiter, & dei vrbis nostræ inspectores, hæres'que & genij quicunque romam inuisitis pulchre vtilisque reditus exulũ, decipiarque ego opinione, quàm de futuro concipio, sique aliquid ciuitas acerbi ex his cõsilijs accipiat, erit enim hoc non multo post clarum, his celerem correctionem date, tutamque salutẽ rebus, ac mihi qui nec alio vnquã tempore volui, suauissima pro vtilissimis dicere, nec nunc rempublicam prodo aliquã propriã securitatẽ cõparãs, placidi sitis & propitij, & hẹc igitur deos precor, rationibus enim nõ est opus amplius, sententiã autem fero, eam quã & prius, manenti in vrbe plẹbi, dimittendum æs alienũ esse, & aduersus rebelles bellandũ, omni cum promptitudine, donec perseuerẽt, in armis. & his dictis, siluit. Postquã aũt seniorũ sententiæ, cum menenio consentiebãt, descendit'que sermo ad iuniores, recto omni existenti

Vulcani ædes.

Meneni[9]

Appius. Oratio.

existenti cōsilio, assurgit spurius nautius familię successor illustrissimę. Nā dux generis eorū nautius ex eis erat, qui cū ænea coloniā deduxere sacerdos palladis custodis vrbiū, & qui transferēs simulachrum deæ attulit, quod etiā cæteri nautiorum generis obseruabant, subinde ipsi ab alijs accipientes. Videbatur autē hic etiam ob virtutē propriam clarissimus esse iuuenū, neque multo post imperij potiturus consularis, incipiens igitur is excusationem cōmunem iuuenum omniū quod non cōtentionis gratia aduersum patres neque vsi arrogātia in priore consilio sensere contraria: sed errarūt per ætatem sententia titubantes postremo fidē se ait huius rei facere mutationem suā cōcedereque eis igitur, tāquam melius sentientibus, decernerent quodcunque crederent reipublicæ, fore vtile, tanquā ipsis minime aduersaturis: sed optemperaturis senioribus, his autem simulachra pronuntiantibus, alijs quo'q; iuuenib⁹, præter paucissimos quosdā appij propinquos, laudato eorum ornati consules, adortatique, vt se tales quoque in cęteris publice exhiberent, legationes decem elegere ex illustrissimis seniorum, pręter vnū consulares omnes ac fuere designati isti Menenius agrippa Cai filius, Lenates Malius Valerius Volusi filius. Publius seruilius publij filius, quintus Posthumius Quinti filius Tubertus titus Ebuti⁹ Titi filius. Flauius seruius sulpitius Publij filius Camerinus, Aulus Posthumius Publij filius, Balbus Aulus virginius Auli filius, & Nomētanus. Post hęc dimisso senatu, cōsules in cōtionem prodeuntes recitarunt senatusconsultum, & legatos produxerūt, postulantibusque omnibus scire, quę mandata eis dedissent dixere palàm mandatū esse vt agerent quoquo possent modo vti plębis cum patritijs amicitia componeretur, sine dolo sineque fallacia reducerentque exules ad propria. His mandatis acceptis, Legati eodē die exiuerūt, pręueniens autē pręsentiam eorum fama nuntiauit in exercitu quæcun'que gesta in vrbe essent, confestim'que omēs relinquentes vallum. Legatis adhuc itinere existentibus obuiam prodiere: erat autē in exercitu turbulentus vir quidam, admodū'que seditiosus, acuti sensus, ad præuidedum multò ante euētura, & quod mēte iam sensisset, tanquā loquax & ambitiosus, ad prędicēdū non inualidus, qui Lutius iunius vocabatur eiectori regū cognominis, & explere cognomētū cupiēs, Volebat Brutus appellari, ex quo multos ob inane studium eius hominis risus inuadebat, & cum eum mordere vellēt, Brutum appellabant. Hic vir igitur ducem exercitus sicinium docēs, minime expedire plebi se facilem oblatis permittere, ne cum minori dignatione reditum inueniret: sed vt aduersaretur multū tragœdiā'que fictam rebus aliquam inijceret promittens idem se quoque pro ea orationem suscepturū, aliaque subijciēs, quę agere oporteret, aut dicere sicinio persuasit. Is'q; post hoc cōuocato populo, iussit legatos dicere, de quibus rebus missi aduenirent, progrediens'que Marcus Valerius euo maximus eorū atque popularissimus, attestante ei promptitudinē suam, multitudine placidissimis vocibus & appellationibus. Vbi silentiū affuit, tali vsus est oratione. Nihil amplius est plebei quod vos prohibeat redire iterū ad vestra, recōciliarique cum patribus, decreuit enim senatus vobis pulchrum vtilē'que reditū, sentētiam'q; protulit, nullius pręteritorum esse in malam partem reminiscendū, ac nos quos esse cognouit popularissimos, etenim vobis iustis causis in honore habitis Legatos misit dominos,

Spurius nautius

Pallas vrbium custos.

Legatorū nomina.

L. Iunius brutus.

Marcus Valerius

Oratio.

absolute transactionum nos concluse ille designãs, ne opinionibus aut coniecturis vtentes de vestra sententia, sed à vobis audientes ipsis, quibus condictionibus reconciliari postuletis si sit moderatũ aliquod petitionũ vestrarum, nec per impossibile, aut per pudorem aliquẽ intollerabilem prohibeamur, concedamus vobis non amplius sententiã eorũ expectantes, neq; res ipsas in longa tempora aut in inuidiam reijciẽtes aduersantium. Hęc itaque decernẽte senatu, suscipite iucũ de plebeij gratias, eorum, om̃i cum promptitudine & studio foelicitatẽ tantã magnifacientes, magnãque dijs habẽtes huius gratiam, quod romana ciuitas imperans tot hominibus & senatus principatum habens omniũ in ea pulchrorum cũ non sit patrius mos eis cuipiam aduersario cedere, vobis solis dignatione vltro cedunt, minime'que disputare subtiliter de officijs vtrorũ'que voluere, tanque meliores inferioribus: sed priores legationẽ ipsi de transactionibus misere, nõ illi quidem arrogantia responsa vestra, quæ prioribus legatis dedistis, referẽtes ad iram: sed tollerantes austeritatem vestrã ipsi iuuenilem'que contumacię grauedinem, tanquam pij imprudentium filiorũ patres, mitti iterũ legationem alteram oportere putauere, deq; iure suo decedere, sustinereq; quirites om̃ia moderata. Postquam certi igitur tantę foelicitatis estis ne differte plebei dicere, quorũ indigetis, neque aduersum nos lasciuite: sed soluentes seditionem abite, lęti in eam, quę protulit, educauitque vos vrbem, cui quidem alimonia gratiam'q; pulchram nõ reddit is, relinquentes eam quantũque in vobis fuit desertam esse, ouibus'que pascuã sinentes, quod si tempus hoc prętermittitis optabitis sæpenumero tale alterũ inuenire. Desinẽte autem Valerio progrediens sicinius, nõ ex vno inquit sermone opus est qui bene consulãt quid conferat exquirere: sed supponere sibi cõtrariam opus est orationem. De re tanta pręsertim deliberantibus. iussitque deĩde dicere eos'qui vellent ad hęc aliquid verecũdia omni prorsus cautione'que deposita, nõ em̃ sibi res permittere in necessitates tãtas inclusis, vt hęsitationi pudori've cederent. Secuto autem silentio postquã omnes alter in alterum respiciebant, exquirentes de republica dictũrũ, apparebatque nullus sicinius'que eisdem sæpius vtebatur verbis, progreditur, vt erat pollicitus Lucius iunius, is, qui volebat cognominari Brutus, ac potitus significatione confertę multitudinis, talem habuit orationem. Timor, inquit, de patritijs plæbei insitus animis stupefacere vos videt, ac propterea humiles facti sermones, quibus vti inuicẽ solebatis, veremini in medium efferre, putat forsan vnusquis'que proximum sibi alium de republica verba facturum & simul idem se cum om̃ibus, si qua est periclitatio, potius sustinere, ipse vero in tuto positus quodcunque eueniat, ex audacia alterius huius partem, sine metu se habiturum. male quidem id sciens quod si ęque spectemus om̃es, priuata nostra vniuscuius'que timiditas, cõmune fiet omnibus detrimentũ, & dum propriam spectat aliquis securitatẽ eam, quæ est omnium cõmunis, perdet, quod si etiam non prius cognouistis solutum esse vestrum metum, & quod cum armis vnà libertatem habetis certam, nunc iam discite istis ipsis vtẽtes pręceptoribus, superbi. n. & graues viri non amplius imperantes nobis sicut prius, aut minantes veniunt: sed rogantes nos, cohortantes'que, vt ad nostra redeamus, & vt cum liberis ipsi ex æquo iam incipiant conuersari, quid igitur stupefacti estis adhuc, &

sicinij responsum.

Bruti orõ

siletis,ac non sentitis libera,rescindentesque aliquãdo frœnos dicitis publice quę ab eis perpessi estis,ò miseri quid timetis?an ne aliquid patiamini me duce oris liberi vtẽtes. Periclitabo.n. pro vobis iusta dicẽs fidenti animo,nec apud eos quicquam occultabo, & quãdoquidem dixit Valerius nihil esse quod vos reuerti prohibeat ad propria,dante vobis senatu reditum,multa'que hoc decernente iniuriarium obliuionem,respõdebo ei vera quę sunt dicique necessaria, nos Valeri multa alia & necessaria sunt quę prohibeant deponẽtes ipsos arma sub vobis esse,tria vero maxima & apertissima. primum quidẽ quod obijcientes nobis ipsi tanquã deliquerimus, venitis ad nos, & in partem beneficij putatis tradere vos nobis reditum:deinde,quia nihil declaratis aduocantes ad reconciliationes,quibus eas iustis aut humanis perficiamus condictionibus. Postremũ vero quod quęcun'que polliceamini eorum nobis firmum est nihil, sed verba dantes nobis sępe decipiẽtes'que perseuerastis. dicã enim separatim devnoquo'q; incipiẽs à iusto, nam & priuatim & publice dicẽtes,à iusto opus est incipere nos,si igitur vlla in re vos lęsimus,nullã poscimus securitatem aut obliuionem. non enim esse participes postulamus adhuc vobiscũ vrbis, sed quo nos fatũ ducet aliquãdo permanebimus fortunę nosmet genijsque permittẽtes ducibus. Si vero lęsi nos ab omnibus vobis coacti sumus,fortunã in qua sumus temptare,cur non fatemini mali ipsi erga nos venię obliuionisque indigere,sed quàm petitis nunc dare dicitis,& qua quæritis, liberari ira, tanquã eã remittentes,magniloqui prędicatis,cõfundentes veritatis naturam,peruertentes'q; iustorum dignitatem,quod non igitur lęsi ipsi: sed lędentes vos plębem,cuius multa in vos magna'q; sunt beneficia,partim de libertate,partim de principatu,haud pulchras ei retulistis remunerationes,discite? Incipiam eñ à rebus,quas vos quo'que scitis sermonem. Et per deos,si quid dicam falsi minime perferatis:sed quãprimũ redarguite,fuit nobis à principio dominatus vnius qua vtentes forma reipublicę patres nostri vsque ad septimã perseuerauerunt generationem,perq; omnes hos principatus,nulla vnquam in re populus imminutus est à regibus,minime'q; omnium ab vltimis trãseo,quod multis magnisq; fruebatẽ bonis ex eorũ principatu, pręter cęteras eñ cultiones adulãtes ipsi ei peculiarẽ sibi esse, vobisque inimicũ volebãt,quod oẽs faciunt,qui tyrãnicę educunt potestates, vincentes aũt bello diuturno suessam vrbem fœlicissimam cum liceret eis participẽ facere prędę neminem : sed habere eam ipsos superareque diuitijs reges omnes minime voluerunt. Sed ferentes ipsi in mediũ posuere omnia emolumenta, ita vt nos pręter mãcipia & pecudes,resque alias multas,& bonas quinas argenti minas in viros singulos recęperimus,quibus tamẽ rebus neglectis,postquam tyrãnice vtebantur, petentia non in nos illi sed in vos ægre ferentes ipsi quę fiebãt à beniuolentia regum desciuimus,vobisque adhęsimus,insurgentesque in eos vobiscum,& qui in vrbe,& qui in exercitu eos expulimus,auferentes'q; ab eis imperiũ,vobis apposuimus,quod quidem ipsum cũ sępe licuisset nobis ad eiectos transferre magnis cũ muneribus quę offerebantur fidem erga vos fallere minime sustinuimus : sed multa bella magna'q; & assidua propter vos exhausimus,& vsq; in hunc iam & septimum annũ conterimur,cum omnibus hominibus pugnantes,pro communi libertate,ac in cõstituta adhuc republi-

ca, vt subitis immutationibus solet cum duabus illustribus etruscorum vrbibus, Tarquinijs & Veijs volentibus magno exercitu reges restituere periclitãtes ipsi pauci aduersum multos pugnauimus, maximãque ostendẽtes alacritatem, prælioque vincẽtes aduersarios repulimus, superstitiq; consuli seruauimus imperiũ, neque multo post Porsenã etruscorum regem postulantẽ ipsum quo'que restitutionem exulũ & collectis ex Etruria omni viribus quas ipse ductabat, & alijs multo ante ab exulibus cõparatis vrgentem nõ habentes nos vires æquas, ac propterea conclusi in obsidionem inopiamq; cõsilij, & omniũ rerum penuriam, dũ omnia sustinemus, grauia abire amicum coegimus. Postremo tertiũ eis reditum parantibus Latinis adducentibus'q; triginta vrbes, cum videremus vos orantes, cõplorantesque, & vnosquos'que inclamãtes sodalitatesque, educationes & cõmunia certamina commemorantes, nõ sustinuimus vos deserere, atque putãtes pulcherrimũ clarissimũque certamẽ id fore, quod pro vobis susciperetur aduersum grauia terribilia'que iuimus, maximũ iam illud periculorũ paruipẽdẽtes, in quo multa accipientes vulnera, multaque amittẽtes corpora cognatorũ & sodalium & contubernaliũ hostes vicimus, ducesque eorũ interfecimus, cognationem'que deleuimus omnẽ regiam, & quę igitur ad liberandos vos tyrãnis exhibuimus supra vires promptitudinem in id nostram ponentes, nque magis necessario, quàm per virtutem, hæc sunt vero qui vt honos vobis haberetur, imperaretis'que alijs & qui ad comparãdã potentiã maiorem quã à principio æstimatem iam audita, & vt mihi aduersemini si alicubi diuertam orationẽ à veritate, quod & incipiens dixi memorię habetote. Vobis eñ postquã visa est securitas libertatis firma nõ suffecit in eo manere: sed in audaciam resq́ue nouãdas euntes, inimicaque forsan om̃ia existimantes quæ libertatẽ amplecterentur, & aduersum omnes homines paulominus bellum intentantes in has om̃es periclitationes, & ex cupiditate certamina oportere abuti nostris corporibus existimastis. Quot aũt vrbes gerẽtes vobiscum per se pro libertate bellum aut duas simul nos alias affligẽtes acie, alias oppugnatione capiẽtes, subiectas vobis reddiderimus, trãseo. quid enim opus est paulatim dicere, actiones quasque habente tantam oratione copiam, at Etruriam omnem in duodecim principatus diuisam, magna'que terrestri potentia, magnaq́ue maritima abundantem, qui fuere acquirentes, dictoque audientẽ vobis eam facientes. Sabinos quo'q; gentem tãtam quibus cum erat vobis semper de principatu certamen quod nam vobis auxiliũ præstitit, vt nõ vobiscum amplius de ęquo iure contendãt, quid & Latinorũ vrbes nõ ille tantũ magnitudine se extollẽtes potentię. sed quod etiã iustiora postularent magnifice, de se sentientes, qui fuere reddentes vobis eas seruas, ac cogentes depræcabundas ipsas populationẽ agri euersionem'que vrbium ad vos cõfugere. Prętereo alia in quibus nondum dissidentes à vobis & ipsi quidem participes aliquatenus de spe imperij periclitati sumus. Verũ vbi iam clare principatũ in tyrannidẽ conuertentes, & tanquã seruis vtentes nobis depræhensi estis, nec nos eadem mente amplius erga vos perstantes subiecta interim propè om̃ia defecere principibus defectionis, Volscis sequẽtibusq́ue eos equis, Hernicis, sabinis, alijsque pluribus: Visum'que eis est aptius tẽpus nullum quàm si volentibus nobis liceret vt alterutrum de duobus facerent,

Tarquinij. Veij. Porsena. Latini. Etruria in xij. pricipatus. Sabini. Latinorum vrbes. Volsci equi hernici sabini.

aut dissoluerent principatum vestrum, aut in reliquum modestiorem redderēt. meministis ne, in quam veneritis de imperio desperationem, & vt in extrema fueritis desolatione? siue nobis bellū vobiscū minime suscipientibus, siue irę quoque indulgētibus, & ad hostes diuertētibus, & quantas pręces, pollicitationesque feceritis. quid igitur ipsi humiles & à vobis cōtumelię habiti, nūc fecimus victi precibus pollicitisque credentes, quę hic optimus seruilius tunc cōsul plębi afferebat, nihil veterum nos malorū reminiscentes, aut obijcientes vobis atque; optima de futuro sperantes exhibuimus nos vobis, breuique omnia hostilia repressimus, captiuos ad vos multos adducentes, & prędam pulchram pro quibus qualem nobis gratiam retulistis, iustā scilicet, dignamque; periculis quā multum abest, mētiti estis pollicitationes, quas facere consulem pro republica iusseratis, huncque consulem ipsum optimum quo ad fallaciam abusi eratis triumphorum expertem fecistis virum maxime omnium dignissimum, qui hoc honore potiretur, nec vllius rei alterius causa hanc ei apponentes cōtumeliam, quā quod vos iusta, vt polliciti eratis facere postulabat, perspicuusque erat ægre ferens eam elusionem, nuper autem hoc em̄ adijciens adhuc de iusto finem orationi faciam, cum sabini equique & volsci vnà omnes sententia & ipsi in vos insurrexere, & sunt alios cohortati an non ad nos humiles & inanes homines venerabiles ipsi grauesque confugere coacti estis, nobis omnia ꝓ salute vestra pollicentes, ac ne nos rursus fallere videremini, quod sæpenumero feceratis velamen vobis quoddam fallaciæ Marcum Valerium popularissimum hunc virum inuenistis, cui nos credentes tanquā vtique non fallēdi à dictatore & eo commodo erga nos viro suscipimus, vobis etiā hoc bellum inimicosque vicinus, neque parua, neq; pauca, neque obscura substinentes discrimina. Celerius autem spe omnium sortiente finem bello pulcherrimum tantum à gaudēdo affuistis, & habenda magna plębi gratia, vt inuitos nos in armis detinendosque adhuc sub signis equum esse cēsueritis, vt promissa pręteriretis, vt erat vobis à principio cogitatum, non sustinente autem fallaciam vestram hoc viro, neque pudorem rei, sed inferente in vrbem signa, dimittentéque copias ad propria inuenta causa, quod nō recte fecisset hic vir, cōtumeliosi in eū fuistis, sponsionumque nullam ipsi seruistis: sed inique in re eadem peregestis tria maxima dignitatem senatus soluente, & huius viri viciantes fidem, ac pro meritis infructuosam nobis facientes laborum gratiam. Hęc igitur multaque dicenda habentes alia his similia haud sanè equum ducimus patritij nos ad precandū, supplicādumque vobis conuerti, neque tanquam grauibus perpetratis sub impunitate obliuioneque reditum accipere, neque tamen disputari impresentia de his subtiliter oportere, ducimus quandoquidem de concordia disputaturi conuenimus: sed neglegentię obliuioniq; tradentes ista ferimus, qua de causa autem legati missi estis, quorumque indigentes venistis, cur non aperte dicitis. qua in vrbem spe redire nos ęquum ducitis, quàm ve ducem fortunam capientes, qua ve suscipiendos ipsos, æquanimitate aut gratia. nihil. n. vos hucusque humanum, aut cōmodū, porrigentes audiuimus, nec honores, nō magistratus, nō inopię correctiones, neque aliud simpliciter quicquā prorsus, atqui decuit nō quæ facturi essetis, sed quę fecissetis dicere, vt accepto iam aliquo opere à beniuolentia proficiscente

Seruilius consul.

Marcus Valerius

Z

talia etiam fore reliqua coniectaremus. puto autẽ responsuros eos ad hęc venisse ad nos potestatem habentes duces de om̃ibus, adeò, vt quandocunque alteri alteris persuadeant, id sit futurũ stabile sint vera ista fiant illis consentanea, nihil cõtradico. volo aũt quę futura post hanc sint ab eis discere, cum dixerimus nos quibus conditionibus reditum fieri ęquum censeamus, sintque eæ cõcessę quis erit sponsor fœderum nobis, ac cui credentes nos cautioni ponemus arma de manibus in eorũ potestate, rursus nostra cõstituentes corpora. Vtrũ ne senatus decretis, de his conscribendis, non vtique cõscriptis, & quid em̃ prohibebit alijs decretis irrita priore fieri, quotiens Appio ac conspirãtibus cum eo appareat, an legatorũ dignationibus, qui suam ipsorũ interponant fidem. at nos illi per hos viros anteà decepere, an per deos sponsionibus quęsita ab his per iusiurandum fide minime, sed supra omnem humanã fidem hanc timeo, quàm video ab ijs qui erãt in principatibus contemptã, & inuitas conuẽtiones imperare volentium cũ ei qui sibi libertatem vendicant non nunc in primũ, sed sæpius iam discens scio tã diu vim habere, quãdiu necessitates earum vincũt. quænam igitur amicitia talis & fides, in qua colere nos inuicem pręter sententiam cogimur vtrique tempora obseruantes idonea, suspicioque interim postque calũniæ inuicem cõtinuę inuidia & odium, omnisque alia malorum species magnũque inter seque certamen vtri perdentes aduersarium pręueniant quasi posito in dilatione periculo paria patiendi, bello vero ciuili quod omnes sciunt nihil in peius in quo victi infœliciter, & vincentes iniuste agunt, & his quidem perdi accidit ab amicissimis, illi vero amicissimos perdere, ad tales igitur casus & calamitates haud optandas ne nos patritij aduocate, nec nos vobis pareamus plebei, sed vt secreuit nos fortuna tandem contenti sumus sine nobis vrbem totam possidentes isti ac bonis cæteris fruantur soli, plebeios humiles ignobilesque patria eijcientes, ipsi vero demigremus, quo nos aliquando ducet numen alienum locum non patriam relinquere existimantes, nulli enim nostrum reliquitur, hic sors agri, aut paternum domicilium, aut sacra communia, non dignatio vt in patria, quibus cõplexi adhuc pręter sententiam manere cuperemus: sed nec saltem corporibus cum armis relinquitur. cumque multis laboribus libertas quandoquidem bella multa rerum nostrarum aliqua corrupere, alia vero quotidiana absumpsit necessariorum penuria, alijsque priuati sumus his superbis feneratoribus, quibus postremo cogimur oram miseram nostros agellos colere fodientes, conserantes, arantes, pascentes greges serui, quęsitis bello mãcipijs eorum similes, alij catenis nexi, alij compedibus, alij tãquã dirissime ferarum colaribus ferreis & ignitis. Verbera autem & imperia flagellaque & labores de nocte in noctem, omnẽque aliam crudelitatem, & superbiã & contumeliam quã toleramus sino, tantis igitur talibusque liberati malis per numen omni studio proque viribus quæ cuique adsunt fugiamus ab istis leti, fortunam deumque nos seruantem ducem viæ facientes & patriam existimãtes libertatem atque diuitias virtutem omnis enim nos suscipiet terra socios partim immolestos futuros suscipientibus, partim vero vtiles. Exempla nobis horum fiant greci multi plurimique barbari maximeq; ex om̃ibus maiores nostri quorũ quidem alij cum Aenea consurgẽtes ex Asia in Europam in latinorum region

Appius.

regione vrbē condiderunt. aliiq; posteà exurgētes Alba deducente Romulo coloniam in his locis eroxerunt eam quę nunc à nobis relinquitur. adsunt.n.nobis vires non paruo tantum maiores quā illis: sed triplo etiā, & adest causa migrationis iustior, nam qui alio sunt profecti expellebantur ab hostibus, hinc nos autem ab amicis. miserabiliusque est quodāmodo à domesticis quā ab alienis pelli, ac qui cum Romulo suscepere militiā, vt possiderent meliorem agrum, patrias neglexerūt, nos autem vitā sine vrbe, sineque domicilio, relinquentes, neque deis inudiosam, neque hominibus molestā, neque terrę vlli grauē deducimus coloniam, sed nec per sanguinem, perque ciuiles cędes ad eos euntes qui nos abegere, neque igni ferroque vexantes relictam terram, neque aliud memorabile exemplum perpetue relinquētes inimicitię, vt est deceptis gentibus, & in nō volūtarias cōclusi necessitates, mos agēdi, sed deos geniosque, qui mortalia oīa ad iudicium ducūt, obtestantes, relinquentesque illis exigēdas poenas. illud solū postulamus vt quibus nostrū sunt in vrbe filij, infantes, & patres, & si vxores nobis aliquæ volent esse fortunę socię, hęc corpora accipiantur. sufficit em̄ hoc nobis nec plus aliquid rogam⁹ ex rebus patrię: sed agite fœliciter. Vitamq; viuite quācunq; eligeritis, ita ipsi ciuiliter & insocialiter de humilioribus sentiētes. Brutus igitur talibus dictis siluit, astantibus aūt & quęcunq; de superbia senatus accusauit, maximeque ea in quibus securitatibus conuentionē plenā doli fallacięque demonstrauit, vbi vero contumelias tandē percurrit, quibus affecti erant à creditoribus, & suorum malorū quisque reminiscebatur, nemo erat tāduro animo, vt nō diflueret in lachrymas, deploraretque calamitates suas, neq; hoc eis tantū accidebat: sed & missis à senatu, neque em̄ cohibere lachrymas legati poterant, cogitātes ex hac administratione vrbis infœlicitatis, multūque trāsijt tēporis per quod desolati lachrymosique steterūt, dubitātes quid oporteret dici, verū vbi cōploratus multus desijt, tenuitque contionem silētium, progressus est excusaturus, vt pręcellere videbatur alijs ętate ac dignitate. Titus largius, qui bis fuerat iam creatus cōsul, dictatoriaque potestate vsus, vnus omnium hominū præclarissime sacrum plenū'q; venerationes existimari fecerat inuidiosum magistratum, inijciensque sermones de iusto, partimque aliqua creditoribus obijciēs, vt crudelia inhumanaq; peragētibus, partim quoque attigēs pauperes, tanq̄ iusta nō postulātes, vi, s. se poti⁹ liberari ære alieno quā gratia, & vt nō recte senatui irascētes, quod ab eo moderati nihil impetrassent potius quā sontes demonstrare conantes, paruā em̄ partē plębis ex sentētia delinquentē esse ob magnitudinē paupertatis coactā remissionē petere, maiorē vero intēperantia & cōtumelia ad voluptariā vitā debitam, & per raptum alienorū, inseruire cupiditatibus suis parantē, ac discerni putās oportere à miserabilibus praua, & ab eis quę indigerēt humanitate digna odio talesq; sermones prosequens, vero quidem, sed nō om̄ibus audientibus gratos minime persuasit: sed erat multū de vnoquoque dictorū murmur, & aliorū indignatiōes tanq̄ eo dolores cruētante, aliorū vero consensus tanquā nihil eo veri occultante. erat tamen multo minor pars hęc quā altera, ita, vt obscurentur admodū eminebatque indignantiū clamor. pauca vero his addente adhuc largio & obiurgāte insurrectionē eorū, petulantiam'q; consiliorū suscipiens sermonē pręsidēs plębi

Finis breui orationis.

T. largi⁹.

Sicinius. sicinius,adhuc magis exasperauit iras eorũ, dicẽs,quod ex his maxime sermonibꝰ discere possent,quales honores, qualesque eos gr̃ę suscepturę essent, redeũtes ĩ patriã.quibꝰ em̃ existẽtibus in periculorũ culmine,& auxilio indigẽtibus plębis, & ea causa veniẽtibus,ne nũc quidẽ moderati & humani sunt sermones,quę videtur mens futura,quãdo eis ad votũ res cędẽt,fientque dicta nũc cõtumeliose, operibus quoque obnoxia:qualis eos detinebit superbia,quę malignitas, crudelitasque tyrãnica.sed si vobis quidẽ sufficit seruire totũ vitę tẽpus,nexos,flagellis cęsos, igne,ferro,fame,oĩaq; alia luę perditos ne tẽpus terite.sed abiectis armis tẽdẽtes manus,eos sequimini.Si vero inest vobis aliquod libertatis desiderium,ne istos quidem sustinete, ac vos legati, aut dicite quibus cõditionibus ipsi nos aduocatis,aut nõ dicẽtes,abite è cõditione.non em̃ vobis faciemus amplius dicẽdi potestatẽ,vt ante siluit,tumultuarũt pauperes,tanq̃ locuto opportuna, ei assentientes.

Agrippa De hincque secuta quiete,Menenius agrippa,qui de plębe etiã anteà in senatu verba fecerat,& vt legatio cũ auctoritate mitteretur,causa fuerat pręcipua,significauit se velle loqui quod illis quo'que ad votũ apperuit, opinatis sermones tandem se tũc veros de cõuentionibus audituros:Et habẽtes sentẽtias, vtrisque ipsis salutares,ac primũ voce infremuerũt magna,oẽs dicere eũ iubẽtes. deinde quieuere.tantũque obtinuit cõtionẽ silẽtiũ,vt nemini eũ locũ mutare placuisset solitudine.ille aũt cũ in cæteris lepidè quantũ fieri poterat,probabiliusque vti visus est sermonibus,& ad sensus audiẽtiũ excogitatis.tũ vero in vltima oratione dicitur

Esopus. Esopeo more fingẽs fabulã quandã intulisse,rebus ipsis simillimã.Hacque maxime ipsos cepisse, vnde etiã memoria dignatur oratio, & habetur apud oẽs veterũ historias,fuerũt ab eo dicta huiusmodi.

Oratio. Nos missi sumus à senatu viri plebeij ad vos nõ excusaturi eũ,nec vos accusaturi.nõ em̃ sunt hęc huiꝰ tẽporis, nec videntur detinentibus rempublicam casibus vtilia: sed dissoluturi venimus,omni cum promptitudine industria'que,seditionẽ, restituriq; rempublicã in ornatũ pristinũ,habẽtes ad hoc potestatẽ absolutam. ita nõ opus esse putemus per iusta, quod quidẽ Iunius hic fecit in longũ orationẽ extendere,quibus aũt humanis potius oporteat seditionem solui, & quæ fides sit futura conuentiones nostras firmans,de his ipsis quę cognouimus, dicemus vobis.cogitantibus em̃ nobis quod sanaretur, tolleretur que seditio omnis ex vrbe sublatis ex causis,quæ simulantes exibent necessarium visum est præcipuas,ac ministras seditionis causas, cognoscereque & cohibere,inueniẽtesque abruptas nimis mutuaticę pecunię exactiones pręsentium malorũ causam ita eas corrigimus debentes quidam pecuniã, nequeuntes'que dissoluere, liberari eos solutione censemus æquum, ac si corpora iam aliquorum,pręfinito tempore legitimo detinent,ipsa quoque iudicamus esse libera,& quicũque capti iudicijs rem suã condẽnationibus tradiderint,hos quoq; liberos esse volumus,dãnatiões'q; eorũ tollimus, irritasque facimus,ac sic igitur pręteriti tẽporis cõtractus,qui nobis afferri visi sunt,seditionẽ corrigimus,futuri vero deinceps queadmodũ plebeij vobis senatuique cõiter cõsulantibus,videbitur lege quoque santientę ita illi se habeant,an non ista erant segregantia vos à patritijs plebeij. sicque istis poteremini sufficere videbatur vobis,nec vllũ aliud optabatis ea vobis nunc dantur,abite iam gaudẽtes in patriam.quinã vero firma

tura

tura sit has cõuentiones fides securitateq; vobis prębitura erũt oĩa legitima,consuetaq; finiẽtibus inimicitias. Decernet eñ hęc senatus, vimq; legis spõsionibus scribẽdis dabit, imo vero scribãtur à vobis hic decreta. parebitq; eis senat⁹. quod aũt certa vobis maneãt hęc nũc concessa. neq; posteà aduersans eis à senatu aliquid inferat. primũ quidẽ fideiussores erimus nos legati, dãtes vobis corpora & aĩas stirpẽq; nostrã pignora. Deinde cęteri senatores quicũq; cõscribẽtur decreto, nunq̃ eñ scribet aliquid aduersus plębẽ, iuitis nobis, qui principes senatus sum⁹, ac primi nostras ipsorũ sentẽtias ante alias declarãtes. Vltima vero oĩbus hominibus fides, grecisq; barbaris, quã nullũ vnq̃ delet tẽpus, estq; per iusiurãdũ & foedera spõsores facit cõuentorũ deos, sub qua multorũ priuatorũ inimicitię paruæ multa vrbibus bella aduersum vrbes durãtia sunt cõposita, & hãc fidẽ siue accipiatis, siue paucis permittitis senatus ducib⁹ de oĩ vobis senatu dari iusiurãdum, siue vultis senatuscõsulto ascriptos iurare oẽs per sacra se seruaturo cõuenta dextrasq; vultis & spõsiones & fidẽ qui per deos fiat. nec tu Brute criminare, neq; destrue pulcherrimũ humanorũ studiorũ, neq; ipsi dicẽte tollerate impiorũ hoĩm tyrãnicorũq; ĩprobitates à q̃bus lõge abest romana virt⁹. Vnã adhuc dicens nemini incognitã, aut dubiã finẽ faciã, ea vero q̃nã est ipsa. s. q̃ cõe cõmodũ ĩducẽs & vtrasq; inuicẽ partes seruari faciẽs, cõcordia prima, & sola nos in vnũ ĩdẽq; cõducit. Neq; sinet vnq̃ segregari. eget. n. nunq̃ que egere desinet principatu prudẽti ĩdocta multitudo, qđ ãt ductare possit senat⁹ parere volẽtẽ turbã, nõ nos opinione tm̃, sed experimẽto scimus. q̃d igit̃ impedimur, nos nobis negotiũ mutuo facessẽtes, & sermones loquẽtes paruos, q̃ res vtiles habemus in manibus, ac non nos ipsi patefaciẽtes, manusq; inter nos cõiũgẽtes in antiquã abimus patriã, delectationẽ iucũdissimorũ desideriũque oĩm recuperaturi dulcissimũ. sed q̃rimus cautiones inauditas & insidias fides tanq̃ ĩimicissimi oĩa'que suspicãtes in peius. Nobis eñ senatoribus plębeij vnica fides sufficit, ne sitis vnquã in nos mali si reditis educationes vestras ꝓbas sciẽtibus & studia legitima, virtutesque cęteras quas sępius bello paceque ostẽdistis, sicque propter necessitatẽ fidei speique contract⁹ correctiõis publicę potiant̃. cętera credimus vobis futura bõa nihilque indigemus iuramẽtis, neque obsidib⁹, neque fide vlla alia à plębe, vobis quidem ad nullũ ipse postulatorũ aduersaturi, & ad fidẽ quã ĩ nobis criminari visus est Brutus, hęc satis. Si vero iuidia insidet vobis aliqua nequaq̃ iusta, sentire malevos de senatu suadẽt. volo etiã sermonẽ de hoc habere plębeij. Et me per deos quieti attẽtique audite, est ciuitas humano corpori persimilis. nam compositũ est vtrumque ex multis partib⁹. Nec in eis vim eãdẽ pars quęque habet, neque vsus pares exhibet. si igit̃ sensus ꝓprios, vocesq; seorsum singulę humãi corporis partes capiant, deindeque incidat inter eas seditio coeũtibus partib⁹ cęteris aduersus ventrem, dicant'que pedes quidem incumbere sibi ferre'que se totum corpus: manus autem exercere se artes, acquirere necessaria, pugnare cum hostibus, multa'que alia cõmoda in cõmunẽ exhibere: humeri vero quod onera oĩa super se ferant̃: os quod loquatur: caput quod videat & audiat, cæterosque compręhendens sensus omnes habeat, per quos seruatur totum, deinde dicãt ad ventrem: quid & tu horũ facis ò frugalis, aut quæ tua est nobis gratia & vsus, immo tantũ ab agendo

Concordia.

Exẽplũ.

abes, dirigenda'q; nobis cõmuni vtilitate, vt etiã officias & conturbes rem intollerabilem cogẽs subministrare & ferre omnia, nos vndique ad repletiones cupiditatum tuarũ. age cur nõ vsurpamus nobis libertatẽ, multisque exoluemus molestijs, quas huius causa sustinemus. si hęc itaque videatur eis, nullũ'que amplius officiũ suũ agant. est ne causa, cur durare diu possit corpus ipsum, ac nõ intra paucos dies pessima mortiũ assumatur fame, nõ habet sanè aliquis quod possit in cõtrariũ dicere. Hoc modo etiã existimate de ciuitate, multæ em̃ sunt hãc quo'q; cõplectẽs gẽtes, nihilque inter se similes, quarũ queq; propriã aliquã p̃bet reipublicę, tanq̃ mẽbra corpori vtilitatẽ. alij.n. agros colũt, alij de eis certãt aduersus hostes, alij mercaturã exercẽtes multa afferũt ex mari cõmoda, alij aũt necessarias exercẽt artes. Si vero oẽs isti à cõsilio quod ex optimis cõstat dissedeãt ac dicãt, tu quidẽ nobis cõsiliũ quid facis boni & quib⁹ causis ęquũ cẽses imperare te cęteris, nihil em̃ haberes quod diceres deinde cur nõ hac tyrãnide tua nos liberamus sineq; duce tandẽ aliquãdo habitem⁹. Si igit̃ hęc cogitãtes, desisterẽt à cõsuetis studijs, quid hãc malã ciuitatẽ male prohiberet perdi famę, bello, calamitateq; oĩ alia, distentes igitur quod quemadmodũ in corporibus nostris improbe obiurgatus venter à multis nutrit corpus seruat'q; seruatus, & est quasi curia quidã cõis omniũ vtilitas, causamq; perenitatis exhibẽs, sic & in vrbibus administrãs omnia & conuenientium cuique prouidẽs senatus seruat omnia custoditque & corrigit. Desinite igitur inuidiosas in eũ iactãtes voces, tanquã prima per eum eiecti, errabũdique & pauperes peragretis. Nihil em̃ in vos egit nec acturus est graue, sed vos ipse vocat & rogat, & animas expãdens vobis vnà cum portis excipiet. Talia dicente Menenio, multę varięque per contionẽ totam, voces ab astantibus

Finit orõ emittebãtur. Vbi vero finem fecit, conuersa est in cõplorationem contio, & quę essent detenturę qui in vrbe erant, & quę expulsus calamitates, & vtrorũque deflebant vicem, lachrymęque ab omnibus diffundebãtur, vno'que clamore om̃es consentientes exclamarũt, vt se in vrbem adduceret, nec tempus tereret, breui que admodũ interuallo abituri è cõtione erant legatis omnia permittẽtes. Nihil

Brutus. que aliud de cautione tractãtes, ni procedens Brutus eorũ impetus cõpescuisset. Pulchre quidẽ plębi cętera habere dicẽs, qui senatus pollicebatur. Magnã'que ei habẽdam gratiam concessorũ iudicans, timere tamen om̃e tempus se dicens, & aliquando rursus tyrannicos viros si accideret, vt hæc gesta populo obijcerent. Vnam vero securitatẽ timẽtibus validiorem cæteris hanc solã esse si hoc eis clarum fieret, quod volentibus plębeios lędere, nõ affutura esset potestas, donec.n. potestas esset agendi parua non deserturã esse malos volũtatẽ, hac si ipsi potirentur securitate, nihil amplius eis defore, subijciente autẽ Menenio ac iubentes cautionem dicere, cuius ad hunc indigere existimaret plębem. Cõcedite, inquit, nobis magistratus creare corporis nostri aliquot quotãnis. Qui nullius quidẽ rei alterius sint domini quàm vt plębeijs lęsis, aut vi adhibita sit auxilio neque sinant suo iure priuari quẽquam. Hoc.n. quęsumus & rogamus, pręter cętera qui dedistis, si non verba sunt sed opera reconciliationes vos dare nobis & largiri. quo audito plębs clamore multo, diuque durãte laudauit virum, hortabatur'que legatos vt hoc etiã sibi concederent. Legati autẽ discedẽtes è contione, atque pauca inter

se

se collocuti rediere post nō multo. Factoq; silētio Menenius progressus dixit, res hęc quidem plębeij magna multisque plena suspicionibus, timor aūt nos inuadit ne ex vna ciuitates duas aliquando faciamus, quātum tamen est in nobis fuerit. Nequaquā nostris patribus aduersabimur. sed hoc nobis largiamini quod est quidem in rē vestrā permittite nostrum aliquibus euntibus in vrbē hæc senatui clara facere, & si em̄ potestatē habemus quoquo velimus modo recōciliationęs perficiendi nostręque ipsi autoritatis pollicitationum'q; domini. Non censemus tamen ęquum nos hanc potestatem assumere. sed quando prę ter opinionē hoc nobis nouū'que occurrit, adimentes nos nobis potestatem propriam, afferentesque senatui, reponemus. Cōfidimus tamē illi quoque eadem visum iri, quę nobis, ego igitur hic manebo, pars'que mecum legationis aliqua. Valerius autē & cum eo reliqui legationem peragent, sunt hæc approbata, ascendentesque equus hi qui ituri erant studio adhibito, profecti sunt in vrbem, relaturi senatui, qui fiebāt, potestatem aūt dicendi facientibus senatui cōsulibus. Valerij quidem sentētia erat concedendi plębi hāc gratiā Appius vt anteà quo'que infectus recōciliationibus tūc aperte contradicebat, clamans & obtestās deos quantun'que malorum seminis iacturi essent in rempublicam prędicēs. sed non multis persuasit constituto iā hoc ipso, vt sicut dictum est, seditionem tollerent. Fitq; dehinc senatusconsultū, vt & alia firma essent quęcun'que plębi legati promiserāt, & ea quoque quàm petebāt securitas permitteretur. His'q; peractis, legati die postero in castris aderant quæ visa essent senatui declarantes. Post hoc autem admonente plæbem Menenio vt aliquos ad senatum mitterent: Quibus fidem daret, & acciperet: mittitur Lucius Iunius Brut⁹, de quo prędixi, & cum eo, Marcus Decius, & Spurius Sicilius, quibus ad senatum euntibus, dimidia pars legatorum, simul cū Bruto, & alijs missa est in vrbem. Menenius autem & cęteri in exercitu remāsere perscribere rogati legem plębi ex qua magistratus crearēt. Dieque sequenti, Brutus cū reliquis aderat foederibus cū senatu ictis per Irenodicos, quos romani feciales vocant, diuisa igitur plæbs in quatuor, vt tūc Phratrias sine quoquo modo aliquis vellit eas appellare, quas romani curias vocant magistratus in annū creant, L. I. Brutum, Caium'que Sicinium Bellutum, quos & anteà habebāt duces. Vltraque hos Caium Publiū'q; Licinios, & Caium Iusilium Riuganū. Hique primi quinque viri potestatem tribuniciam acceperūt, quarto ante idus decēbres, vt sit adhuc vsque ad hoc tēpus. Finitis aūt comitijs, visum est legatis pulchre habere se se ea, de quib⁹ missi erāt omnia. Brutus vero contionē cōgregans, plębi cōsuluit, vti sacrū inuiolabilēque sancirent eum magistratum lege iureque iurando firmātes ei securitatē vias'que sunt hæc om̄ibus, scribiturque ab eo & collegis lex talis. ❧ Tribunū inuitū tanquam vnum è multis, Nemo vllum cogito agere neque verberato, neque alteri vt verberet imperato neque occidito, neq; occidi iubeto. Si quis aūt prohibitorū horum aliquid fecerit, impius execrabilisq́ue esto. Bona'que eius publicanto ad sacra Cereris, & qui aliquem hęc agentiū occiderit, cędis expiatus esto, ac ne fiat potestas deinceps populo abrogandi hāc legem. sed in omne tēpus reliquum immobilis permaneat, sit statutū romanos omnes iurare nobis per sacra, hac se lege ipsos, & eorum posteros, vsuros esse perpetuo, grex'que adiecta sit iuramento

Responsa legatorū.

Irenodici feciales.

Phratria curia.

Tribuni primi.

Lex.

ſtabilie͂tibus legem ipſam, deos eſſe propitios cęleſtes genioſq́ue, & manes. tranſ grediētibus vero numina aduerſa fieri tanquam maxime polutioni obnoxijs, ex hiſque cōſtitutus romanis eſt mos, ſacroſancta eſſe tribunorū corpora: qui & hu cuſque durat. Poſt hęc aūt decreuere, vt in iugo mōtis vbi caſtra habuerant ara extrueretur, quā ex obtinente eos tunc metu nominarūt vt patria eorum lingua, ſignificatur iouis metum ſoluentis, cui perfectis ſacrificijs, ſuſcipientemque ſe lo cum ſacrū ſinentes deſcenderūt in vrbem, ſimul cum legatis: offerenteſq́ue deis in vrbe grata munera, ſuadenteſq́ue patritijs vt magiſtratū ſuffragijs ſancirent, vbi ab eis hoc quoque impetrarunt petierunt à ſenatu vt permitteret ſibi binos viros quotānis plębeios creare ſubminiſtrātes tribunis omnia, quorum indige- rent, iudicanteſque eas cauſas quas ipſi eis permitterēt, ac ſacrorū publicorū'que locorum & affluentię forenſis curā habituros: quo etiam à ſenatu cōceſſo viros duos creauere, quos miniſtos tribunorū & collegas iudiceſq́ue vocauerūt. nunc tamē iſti ſermone eorū gentilicio ab officio ipſorum vno ſacrorum locorū cura tores vocātur, ſubminiſtratiuāq; poteſtatem alterā habent quo'que ſicut prius. Suntque eis permiſſa multaque & magna. ſimileſque illi quodāmodo ſunt in plu rimis apud gręcos agoranomis. Vbi vero cōſtitutę ſunt res eis & antiquū orna- tum iterū reſumpſit ciuitas delegitur ad externa bella à cōſulibus exercitus mul ta plębis cum promptitudine. Breuique ea tēpore opportuna oīa ad bellum per ficiente, ſortientibus aūt eis vt mos eſt poteſtates. Spurius caſſius (cui ſorte obti- git cura vrbis) partē accipit collectarū virium, quanta ſufficiebat. Poſthumius'q; comini[9], reliquū exercitum eduxit, romanorū ipſorum partem quidem idoneā, latinorumque ſocialem etiā nō exiguam, ſtatuens'q; Volſcos primos aggredi vr bem eorum longulā ex inuaſione occupat, volentibus qui in ea erāt, virtutē ſibi aliquem vendicare. emittentibuſq́ue exercitum quēdam cāpeſtrem, quo ſe arce- re poſſe aduenientes credebant. atque coactis iiſdem turpiter fugere, priuſquam clarum aliquod opus ederet. ſitque etiā in oppugnatione nihil eis generoſi demō- ſtrantibus. Vna igitur die romani domini eorū agri ſine puluere, ſinéque ſudore facti vrbem quoque vi cepere, non magno negotio. conſul autem romanus res omnes militibus diripiendas ſinens, imponēs'que vrbi pręſidiū, eduxit copias ad vrbem aliam volſcorū, qui Polus dicitur, nec à longula multū diſtat. nemine aūt audiente ei ire obuiam peragrata regione, multa cum facillitate muros aggredit̄. milites autem alij frangētes portas, alij ſcalis muros aſcendētes eadem die fiunt huius quoque domini, qua recepta, paucos quoſdam aligens cōſul defectionis au- ctores ſecuri percuſſit, ac mulctans reliquos pecuniarum ablatione, armaque eis adimens, dehinc eſſe romanis ſubiectos in futurum tempus coegit, ac relinquens hic etiā partem copiarū paruam, pręſidij cauſa, aſſumenſque die poſtero cęteros Coriolos produxit, vrbem claram, &, vt volſcorū metropolim, & vbi man[9] erat militum collecta valida muruſq́ue capi haud facilis, necnon erant opportuna ad bellū multo ante ab incolis pręparata. Aggreſſus igitur muros, & oppugnās vſq; ad veſperū, repellitur à defenſoribus, multos amittēs ſuorū. Die vero poſtero arie tes, crates, ſcalaſq́ue parans accingebatur vt ad oppidum totis viribus temptādū cęterū venturos audiens cum magna manu ſubſidio Coriolanis Antiates ob co- gnationem

Lōgula i volſcis.

Polus.

Coriolos Volſcorū metropolis.

gnationem, & iam esse qui mittebant in via diuiso bifariã exercitu statuit dimidia parte eius oppugnare vrbem Titũ largiũ ei prẽficiẽs, reliqua aũt parte superuenientes arcere cogitabat. fiũtque duo eodẽ die certamina, quibus ambobus vincere romani, prompte oĩbus quidẽ dimicãtibus. vno autem viro virtutẽ incredibilẽ & actiones sermone oĩ maiores demõstrate. Erat enim patritiorũ generis, nec parentũ ignobiliũ, vocabantque Caius Martius vir in vita quotidiana cõtinens sensus'que plenus liberi. Fuit autẽ modus pugnæ vtriusque talis. C. Marti⁹

❧ Largi⁹ educẽs exercitũ simul cũ die, muris eũ vrbis appulit, multos ad sultus faciens. Coriolani aũt elati animo ex auxilio Antiatũ: ꝙ nõ multo post affuturũ credebant, apertis omnibus portis, impetum in hostes faciũt, quẽ quidem primũ Romãi excepere, multaq; eis vulnera incurrẽtib⁹ intulere. deĩde ãt supueniẽtib⁹ plurib⁹, inclinabãt per decliuia: quod vidẽs Martius, is de quo dixi, cum paucis perstitit, excipitque hostiũ inferentiũ se caterũa, atque plures eorũ deijciẽs, postquã cẽdebãt reliqui, fugiebantq; ad vrbem, insecutus est eos, trucidans semper, qui in manus eius incidebãt. iubensque fugientes suos cõuerti, fidereque, & se sequi. Illi autem erubescentes ex hoc flagitio, se rursus conuertũt. inque oppositos ferũtur, ferientes ac persequẽtes, breuiq; admodũ interuallo auertẽtes, quique permixtos sibi muris assistebãt, atque Martius fidẽtius iam periclitans, multò vlterius procedebat, & ad portas ipsas accedẽs, irrũpit intra muros, vnà cũ fugientibus, irrũpentibusque cum eo alijs per multas partes vrbis, fit cẽdes vtrinque magna. alijs quidem per cõpita, alijsque circũ capiendas edes dimicãtibus. auxiliabantur'que incolis fœminæ ferientes è tectis hostes imbricibus, & quanta esset ius cuiq; aut potentia prompte opem ferebant patriẽ, neq; tamẽ multũ tẽporis difficultatibus resistere, sed coacti sunt se dedere victoribus. Hoc igiť modo capta vrbe, alij quidem romani ad prædam relictorũ cõuertebãtur. multum'que perstitere tempus intendentes emolumentis. cum pecuniæ adessent multæ, multa'que mancipia. Mulierũ audacia.

Martius autem primus ille hostes sustinẽs clarissimus romanorũ omniũ in oppugnatione ipsa intra muros'que certaminibus clarior in secundo certamine auuersus Antiates apparuit, neq; eñ hac quoq; pugna se carere iustum censuit. Sed simul atque vrbs est capta, paucos sequi valẽtes ducẽs, cursu tendit, ac instructas inueniens copias, concursurasque iam acies. primus suis vrbem captam nunciat, signum rei ostendens, fumũ qui multus ab incensis domibus ferebatur. rogatoq; consule locum eligit aduersus firmissimũ hostium stationem, at'que vbi pugnæ signa elata sunt, prim⁹ occurrit hostibus, multosq́ue obuios interficiẽs, in mediã legionem se se hostium intrudit. Antiates autẽ pugna aduersus eum stabili resistere minime sustinerũt: sed acies ad quas superueniẽs accesserat relinquẽtes perstabãt in circuitu cõgregati, feriebãtque cẽdẽtes ei superuenientẽ, & sequentem, quod vt Posthumius animaduertit, veritus, ne solus hic vir relictus aliquid pateretur, prẽclaros iuuenum auxilio ei mittit. Hique densis constitutis cuneis incurrunt propere in hostes non excipientibusque eos hostibus qui in frõte erãt: sed in fugam versis procedẽtes vlterius, inueniunt plenum vulneribus Martium, circaque ipsum mortuos iacentes vidẽt multos ac semimortuos. Post hoc qui cõmuniter ducẽ habẽtes ipsum cõtẽdunt aduersum, perstãtes adhuc in acie occidẽtes Martius.

qui expectabant,& vt mancipijs abutentes. digni quidē mentione romani quoque alij in ea fuere pugna strenuissimique eorū qui Martio tulere opem,supra omnes vero Martius qui victorię quoq; pręcipuus indubitatusque autor fuit. Aduētantibus autem iam tenebris,reuersi sunt romani in castra,multis Antiatū interfectis,multosque adducētes captiuos. Die vero postera cōuocās Posthumius exercitum,laudationem Martij percurrit multā. coronis eum victorię pręmijs exornans,remunerationesque ei referens vtriusque certaminis,donauit eū equo bellico ducalibus ornato insignib⁹,deceque captiuis corporibus permittēs ei quę vellet sumere,& argento quantū ipse efferre posset, & primitijs ex præda pulcherrimis. Clamore aūt exorto magno ab omnibus tanquā à laudātibus & cōgaudentibus,progrediēs Martius se gratiā habere dixit cōsuli alijsque omībus honorū, quibus ipsum dignati essent, sed nō se eis tamen abusurum satis em̄ futurū equū claritatis insigniū gratia,vnūq; captiuū qui ei hospes fuerat,milites aūt cū anteà virum ipsum cū delectatione admirarentur,generositatis causa,magis aduc sunt admirati ex cōtemptu diuitiarum , & quod moderate ferret tantā fœlicitatem, ex hoc ipse egregio facinore Coriolanus cognominatus, clarissimusque omniū eius ętatis factus,ad hūc finē, aduersus Antiates prēliū habuit,reliquęque Volscorum vrbes, & qui cum eis conspirabant inimicitiam cōiurationis dissoluerunt, ac qui in armis iam erāt,& qui bellū parabāt quieuere,quibus oībus Posthumius clementer vsus,reuersus est ad propria,exercitūque dimisit. Cassius autē consul alter relictus romę ædem cereris & liberi proserpinæ'q; interim dedicauit,quæ est super circi maximi terminos , vltra ipsas erectas emissiones,cū nouisset deis eam repositionē pro vrbe,Aulus Posthumius dictator pugnaturus aduersus Latinos,decreuissetque post victoriam senatus extructionē eius omnē ex manubijs faciendam,& tunc opus perfectum esset, icta quoque sunt eo ipso in tempore cū vrbibus Latinorū omībus noua fœdera per iusiurandū de pace, déque amicitia, quandoquidem nil mouere in seditione sunt conati,perspicuique facti sunt, gaudentes ex plębis reditu,& aduersus desciscentes à romanis bellū vna suscepturi. erāt aūt in fœderibus scripta talia. ❧ Romanis atq; oībus latinis vrbibus inter se pax esto,donec cælum terraque eundē habebunt statum, nec inter se bellū ipsi gerūto,neq; bella aliunde inducunto,neque bellum inferentibus vllis transitus tutos prębento,bellumque gerentibus opem ipsi ferunto, totis viribus spoliorūque & pręde de hostibus cōmunibus vtrique ęquam sortiuntor partem, priuatorūq; contractuū iudicia intra dies perficiātur decem, apud quōscūque ctractus fueris his fœderibus nihil addi adimi ve liceat,nisi quod romanis omībus latinisque videatur. Hęc inter se romani latinique iurantes per sacra sanxere, decreuit'que senatus etiam agendas esse dijs gratias de recōciliatione plębis sacrificiaque perficiēda,vnam diē adijciens latinis ferijs vocatis, quę duarum erant. Primā quidem sacram faciente Tarquinio,quo tēpore etruscos vicere. Secundā vero addēte populo cum reges eijciēs liberam ciuitatē fecit, quibus duobus, Tertia quoque adiuncta est,reditus rebellium gratia,patrocinium āt & curā sacrificiorum quæ in his fiunt atque certaminū accepere tribunorum ministri nunc habentes potestatem, vt dixi, ædiliciam ornati ipsi à senatu purpura & solio eburneo, alijsque insignibus

Martij modestia

Coriolanus.

Fœdera cum Latinis.

insignibus qui reges habuerāt. non multo aūt post has ferias, alter consulū menenius agrippa moritur, is qui sabinis vincens de eis clarissimum triumphū duxit, & idem cui persuasus senatus reditū permisit exulum, & cui credens plębs arma deposuit, sepelijtque, ipsumq; ciuitas publice, ac pulcherrimo supra omnes homines, clarissimoque funere. Non enī erant huic viro facultates ad magnificentiā elationis, funerisque sufficiētes, adeò vt consultantibus tutoribus filiorū eius visum fuerit, vt eum tanquā vnum ex multis sumptu facili efferrēt, & sepelirent, quod non tamen promisit populus, sed cōgregantes tribuni multitudinē, multasque percensentes laudes bellicorū operum eius viri, multasque ciuilium, temperantiamque eius, & simplicitatē vitę, maximéque à quęstibus abstinentiā in excelsum attolentes laudatione, turpissimā rem omniū dicebāt, tantum virum inglorij, humilisque funeris ob inopiā potiri, admouerūt'que populū, vt sumptum in se susciperet, atque viritim conferret quantūcunq; ipsi statuerēt. Audiētibus autem iocunda hęc fuere, ac conferente vnoquoque propere quod cōstitutū erat contractum est multū pecunię. Quod sentiens senatus, eam'que rem sibi pudori ascribens, decreuit minime negligere sepulchrū ei romanorū illustrissimū, erogata viritim stipe, & publico sumptu dignū ipsum censens, huiusque curā quęstoribus mandauit, hijque multa admodū pecunia locantes hāc procurationem, & ornatu pretiosissimo ornātes, corpus eius, cęteraque omnia largientes in magnificentiā pro virtutis excellentiā ipm sepeliere. Aemula vero ad senatū plebs huius laudis ne ipsa quidem dignata est recipere collatum tributum offerentibus quęstoribus, sed largita est huius viri filijs, inopiam eorū miserans, ne quid studerent indignū patris virtute agere. Auctus quoque eo tempore est census à cōsulibus, ex quo inuenta sunt omnia, quæ censa sunt, supra vndecim milia, & hæc quidem in consulatu horum romanis gesta.

Mors & la' meneni agrippæ.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER SEPTIMVS.



ITO AVTEM GEGANIO PVBLIO'QVE MINVTIO consulatum suscipientibus frumenti inopia vehemēs Vrbem occupauit, sumens ex plebis secessione initium. secessit enim plebs à patritijs post equinoctium autūnale sub ipsum maxime sementis initium: relinquerunt'q; regionem simul cum motu ipo coloni ipsi quoque diuisi, generosiores ad patricios redeuntes: plebeia vero pars ad plebeios, ac durarunt ex eo tempore seorsum alteri ab alteris, donec conueniret in vnum, consisteretque ciuitas, nō multò ipsa ante brumā reconciliata. Tempore autem interueniente, quo semētis tempestiua perficitur regio, inops procurantium eam fuit, durauitque diu: ita vt nec redeuntibus colonis afflictum recipere amplius esset facile, ob seruorū fugam, pecorumq;, quibus eam culturi erant, exitiū, nec occasio magna esset in futurū omnium seminū, aut

alimentorum,quę cognoſcens ſenatus legatos ad Etruſcos miſit & Campanos,& ad vocatum Pomentinũ campum,qui frumenti quantũcunque poſſent plurimũ ementes mitterent. Publius autem Valerius,Luciuſque Geganius miſſi ſunt in ſiciliam: Valerius quidem publicolę filius, Geganius autem cõſulũ alterius frater. Tyranni.n.per vrbes erãt. Cęterum clariſſimus Gelo Dinomenis filius:ſuſcepta nuper Hippocratis fratris tyrãnide,nõ Dionyſi⁹ ſyracuſanus, vt ſcripſit Licinius, aliȷque plurimi Romanorum ſcriptorum nequaquã temporum exquirẽtes certitudinem,vt res ipſa declarat. Sed non niſi vt contingit pronuntiantes. Nam decreta in ſiciliam legatio ſecundo anno ſeptuageſimæ ſecundę olympiadis enauigauit, imperante Athenis Hybrilido decem, & ſeptẽ annis prẹteritis ab eiectione regum,vt hi in eo,& aliȷ ſcriptores ferè omnes cõſentiunt. Dionyſius autem ſenior quinto,& octuageſimo pro hęc anno ſyracuſanis inſurgẽs tyrãnidem occupauit,ãno tertio tertię & nonageſimę olympiadis, imperãte Athenis Callia poſt Antigenem. Paucis igitur annis peccare de temporibus dederit aliquis hiſtoricis, priſcos eis, & multorũ annorum conſtituẽtibus tractatus. duabus autem ætatibus,aut tribus integris aberrare à veritate nõ vtique permiſerit. Videtur aũt primus male hanc tẽporũ deſcriptionem ſegregãs, quẽ & ſecuti ſunt cęteri,hoc ſolum in priſcis deſcriptionibus inueniens,miſſos eſſe his conſulibus legatos in ſiciliam frumentũ empturos, rediſſeque illinc aduehẽtes quod rex dono dederat nõ vlterius exquiſiſſe per ſcriptores Gręcos, quis eſſet in ſicilia tũc tyrannus:ſed inexplorate quodãmodo, & vt contingit,poſuiſſe Dionyſiũ. Nauigantes igitur in ſiciliam legati,tẽpeſtatéque vexati,ac coacti circũire inſulam,tardius ad tyrannum aduenere, perque hyemẽ ibi commorãtes reuerſi ſunt poſt ęſtatẽ in Italiã, multũ illi cõmeatus aduehentes. Miſſi vero in pomẽtinũ campũ frumẽtatores parum affuit quin à Volſcis vt exploratores interficerentur,accuſati à Romanis exulibus difficillime,qui ſeruare volẽtes per promptitudinẽ hoſpitũ ſuorum corpora,ſine pecuniȷs reuerſi ſunt re infecta Romã: ſimiliaq; his pati cõtigit ad Italicas miſſos Cumas. Nã in ea vrbe commorãtes cõplures ſeruati cum Tarquinio ex vltima pugna exules primũ quidem occidendos eos à tyranno petere, impetraréque conati ſunt,quo voto minime potientes,rogabãt,vt liceret ſibi corpora ipſa retinere loco pignoris, demittente hos viros vrbe,donec ipſi res ſuas reciperent, quas iniuſte fuiſſe dicebãt à Romanis publicatas,oportereque putabant tyrannũ huius litis ſibi eſſe iudicem. Erat autem tyrãnus Cumis eo tẽpore Ariſtodemus Ariſtocratis filius, vir per genus haud vulgaris, qui ab eis Mollis vocabatur,notioremque cum tempore habuit appellationem nominis, ſiue quia fœmina fuit,puer cũ eſſet,muliebriaq; paſſus,vt hiſtorici quidam ſcribũt,ſiue quia mitis eſſet ingeniȷ,& in ira mollis,vt ſcribunt aliȷ. Qua aũt vſus ſit occupãdę tyrãnidis occaſione,& quibus viȷs ad eam peruenerit,& quemadmodũ prima adminiſtrarit, cuiuſque ſit conuerſionis potitus, nõ in tempeſtiuũ puto ſe ponẽtes nos parũ per Romanã hiſtoriã ſumatim percurrere. Quarta.n, & ſexageſima olympiade,prẹſide Athenis Miltiade Cumas eas,quæ in opicis,vrbem gręcam, quàm Eretrienſes,& Calcidenſes cõdidere,Etruſci circa ſignum Ioniũ habitantes poſtque tẽpus expulſi iȷdem à Gallis,& cum eis Vmbri,& Dauniȷ,barbarique complures

Dionyſi⁹ ſiracuſanus.

Ariſtodemus.

Cumæ à quib⁹ cõditę Etruſci.

res alij conati sunt euertere,nullam ipsi habentes,quàm dicerent,odij iustam causam, præter vrbis felicitatem. Erant.n.ea tempestate Cumæ fama celebres per Italiam diuitiarũ, atque potentiæ,aliorum'q; bonorum causa agrum obtinentes cãpanę planiciei fertilissimũ,portum'q; admisenũ,opportunissimũ. His igiť insidiantes bonis barbari,exercitum in eam ducunt haud minorẽ quingentorũ peditum miliũ,equitũ'que,dẽptis duobus milibus viginti miliũ. Castra aũt metãtibus eis haud procul vrbe prodigiũ apparuit mirabile, quale nũquã factũ memorãt,nec in gręca,nec in barbara terra vsq̃. Qui.n. castra eorũ p̃terfluebãt amnes, Vulturnus, & Glanis omisso fluxu à via naturali vndas retorsere, perseuerarũt'q; diu recurrẽtes ab hostijs ad fontes suos. Quod cũ intelligerent Cumani,ausi sunt tunc cõfidentes ire obuiam barbaris, tanquam humilia redẽte numine sublimia, & quę excelsa videbantur humilia: diuidentes'que vires suas omnes trifariã,partem earum vnã pręsidio vrbis destinant,alia'que classem custodiebãt: tertia vero ante muros instructa venientes in se excipiebant. Horum quidẽ equites sexcenti erant,pedites autem quatuor milia,& quingẽti,atque ita numero pauci ipsi tot milia subiere. Vbi vero sensere barbari paratos eos ad pugnam, cum clamore alacri occurrunt, more barbarico,sine ordine,pedites equites'q; permixti,tanquã eos correpturi omnes. Erat autem locus, vbi congressi sunt, ante vrbẽ conualliũ angustijs,montibus'que,& lacubus circunclusus,virtuti socius Cumanorũ,multitudinique barbarorum hostis. Etẽ subuersi inter se barbari,& conculcati sæpe cum alijs in locis, tum circa lacus eluuiem, nec ad manum conferendam cum phalange Græcorum venientes, per se ipsi aflicti sunt plurimi, & exercitus eorũ pedestris per se lubricus,nullum'que edens facinus generosum alijs alibi dispersis fugit. Equites autem congressi cum Græcis multum eis negotij exhibuere. Sed cum nõ possent circũuenire hostes, ob angustias regionis, pugnaret'que vna cũ Gręcis numen fulminibus,imbribus,tonitribus, territi ipsi etiam vertuntur in fugam. Eo autem in prælio equites Cumanorum omnes strenue decertarunt, fuerẽq; ijdẽ præcipue testimonio omniũ causa victoriæ: sed supra oẽs Aristodemus cognominatus Mollis. Etẽ subsistẽs sol⁹ ducẽ ipse hostiũ interfecit,alios'q; multos,& strenuos. Finito aũt bello,actis'q; dijs gratijs à Cumanis per sacrificia,monumẽtisq; extructis illustribus mortuis in pręlio,de pręmijs deinde fortitudinis, & cui primã dari oporteret coronã,in maximã cõtentionẽ venere. Nam sincere quidẽ iudices honorare Aristodemũ volebãt,erat'q; cum illo populus. Potentes autem magistrum equitum Hippomeduntẽ, cui & suffragabatur senatus omnis. Erat.n. tunc penes optimates Cumanorũ respublica, & quorũdam nõ multorũ dominus erat populus. Seditiõe aũt orta ex hac causa seniores veriti,ne ad arma, atque cædes progrederetur ambitio, persuaserunt ambobus ordinibus,vt vtriq; eorum virorũ honores ęquos concederent,ab hoc'q; principio patronus fit populi Aristodemus, qui quidem ciuili deductu eloquentię multitudinẽ ductabat,gratiosis eam suscipiens administrationibus, ac potentes, qui depecularentur publica,redarguens,ex pecunijs quo'que proprijs in multos ciues beneficus,ob quæ ille primoribus optimatum grauis,atque formidolosus erat. Vigesimo autem anno post hoc bellũ aduersus barbaros, venere Cumas ab Aricinis legati, arãtes si-

Aristodemus ciuili eloquẽtia multitudinem ductans

Aricinis.

&

bi auxilium oppressis Etrusco bello. Nam post fœdus cum Romanis ictum Porsena rex Etruscorum filium Arruntem emiserat, data parte dimidia exercitus volenti ei sibi propriũ dominatũ querere (vt declaratũ est supra) iisque intra muros compulsos eo tempore Aricinos obsidebat, intra'que non longum tempus se vrbem fame capturum opinabatur. Hac igitur legatione adueniente primores optimatum Aristodemum perosi, simul'que timentes, ne aliquid in rempublicã machinaretur, pulcherrimam sibi occasionem oblatam esse putauerũt summouendi eum virum honesto nomine, ac persuadentes populo, vt mitteret Aricinis subsidio duo hominum milia, ducem'que creantes Aristodemum tanquam bello clarum ipsum. Post hæc egerunt ea, quibus ipsum aut in pugna obtruncatum iri opinabantur ab Etruscis, aut in mari submergendum. Facti. n. à senatu domini delectus ituri subsidio Aricinis insignem virum, aut mentione dignum neminẽ delegere, cõscribentes'q; pauperrimos ex plebeijs, atq; nequissimos, ex quibus aliquos semper suspicabantur motus, ex his exercitũ suppleuere, naues'q; decẽ vetustas, pessiméq; perficientes cursum, attrahentes in mare, quibus præfecti erant egentissimi Romanorũ in Haseos intulerunt, cõminantes mortẽ, siquis militiã detrectaret. Cæterũ Aristodemus hoc solo dicto quod se minime mens lateret inimicorum mittentiũ ipsum, verbis in subsidiũ, opere in exitiũ euidens, ducatum suscipit, ac euectus in altũ propere cũ legatis Aricinorũ, & quod maris interiacet laboriose, periculoséque superans stationẽ tenuit ad proxima Aricię littora, atque relinquens nauibus sufficiẽtem custodiã, deque prima nocte à mari viã vadens haud lõgã ipsam prima luce Aricinis inopinatus apparuit, iacto'que proxime eos vallo, persuasisque ijs, q̃ erãt in vrbe clausi, vt prodirẽt in cãpestria, prouocat statim Etruscos in pugnã. Cõmisso autem atroci prælio Aricini paruũ admodũ perstãtes tẽpus cumulati inclinãt, fitque intra muros iterũ eorũ fuga, Aristodemus vero cũ electis circũ se Cumanis paucis ipsis totũ põdus belli sustinẽs, ducéq; Etruscroũ interficiẽs sua manu, gẽtes exteras in fugã vertit, potiturq; victoria illustrissima. His peractis, ac multis donis honoratus ab Aricinis, celeriter adnauigat, volens suæ ipse victoriæ esse Cumanis nuntius, sunt'que sequutę eum naues multæ onerarię Aricinorum, vehentes spolia, captiuosq́ue Etruscos. Vbi vero propius Cumas astitit trahens naues in tuto milites in contionem aduocat, & accusans plurimum primores vrbis, laudes'que percurrens eorum, qui in pugna strenue versati essent, ac pecuniam viritim distribuens, proponens'que munera Aricinorum omnibus, in commune postulauit ab eis, vt essent beneficiorum memores cum in patriam nauigassent, & si quod ei periculũ aliquando accideret, à paucorum potẽtia vt vis cuique esset auxilio accurerẽt. Profitentibus aũt omnibus, se ei gratiam esse relaturos insperatę salutis, quã per illũ assecuti essent, ac nõ cũ vacuis manibus in patriã reuersionis suę suasq́ue potius, quã illius animã se inimicis obiecturos pollicẽtibus, laudatis eis contionẽ soluit, vocans'que deinde in tabernaculum suum pessimos manúque strenuissimos ciuium numerum'que largitione, & humanitate verborum, & ea, quę omnes decipit, spe corrumpens paratos ipsos secum habuit ad eum statum, qui tunc erat, ciuitatis dissoluẽdũ, sicq; illos administros, atq; propugnatores capiẽs, & quę vnũ quen'que

Aricini ab Arunte obsessi

Spes oẽs decipit.

Vide de Aristodemo.

Mors Aruntis.

quenq; agere oporteret subijciens, donãs'q; gratis captiuos, quos adduxerat, vt libertate ad se illorum beniuolentiam alliceret, nauigat comitatus nauibus in Cumauorum portus. militantium autem patres, & matres, omnisque cognatio, filiique, & vxores fiunt exeuntib⁹ eis obuiæ cum lachrimis, amplectentes, & osculantes, suauissimisque appellationib⁹ vnũquẽque aduocantes, omnisque alia multitudo vrbana cum gaudio, & plausu, dextras'que iungens comitata est eum, virum habeũtẽ domũ. Quibus ex rebus mœsti primores vrbis, hiq; pręcipue, qui ei ducatũ tradiderant, inq; illius exitiũ cętera machinati erãt, pessime de futuris opinabãtur. Ille aũt paucos quosdã intermittens dies, per quos vota ꝑsoluit dijs ardiores'q; recepit naues onerarias, vbi tẽpus fuit se velle ait senatui quę gesta essent in certamine explicare, spolia'q; belli ostendere. Cõuenientibus aũt viris excellẽtibus plurimis in curiã, progressus ipse quoq; cõtionabaṫ, & quę gesta essent in pugna oĩa percurrebat. Pati vero ab eo administri habentes gladios sub vestimẽtis, irrũpẽtesq; cõferti in curiã optimates obtrũcãt oẽs, fuga'q; secuta ꝑ forũ, ac cursu aliorũ ad domũ, aliorũq; extra vrbẽ, præter cõscios ĩposturę, isti arcẽ, & naualia, ac locos vrbis munitos occupãt, sequẽtiq; nocte soluẽs ipse dãnatos morti è carcere multos eos, armãsq; ue cũ amicis cęteris, in quib⁹ erãt etiã captiui Etrusci ex his custodiã circũ se constituit, manéq; populũ cõuocãs, multã'que cõpones accusationẽ interfectorũ à se ciuiũ iure cęsos eos dixit, à quibus sæpe petitus esset insidijs. reliquis aũt ciuibus libertatẽ ferẽs adesse dixit, & ius ęquabile, multa'q; bona alia. Quib⁹ dictis, spéq; implẽs mira plæbeios oẽs duas pulcherrimas in hoĩbus administrationũ ciuiliũ, quib⁹ procemijs vtitur tyrãnis oĩs, instituit diuisionẽ agri, ęrisq; ue alieni diuisionẽ: horũ'que ãborũ curã pollicitus est assumpturũ se esse creatũ ducẽ cũ libera potestate, donec esset in tuto res publica, cõstitueretque popularẽ statũ. Iocũde aũt suscipiẽte multitudĩe direptionẽ alienorũ, assumens sibi per se ipse imperatoriã potestatẽ infert decretum alterũ, per quod eos decipiẽs abstulit libertatẽ oĩbus. Simulãs.n. suspicari se futuras turbatiões, & insurrectiones diuitũ in plębeios ex diuisione agri, creditarũ'q; pecuniarũ dimissione, ne intestinũ excitareṫ bellũ, sequerenṫ'que ciuiles cędes, vnã ait se inuenire priusq̃ in grauia descẽdereṫ cautionẽ, si efferentes arma oẽs ex ędib⁹ cõsecrarent deis, vt aduenĩẽtibus bellis extrinsecus si qua ipsos necessitas deprehẽdisset, vtenda haberent ea, non inter se, iacerent'que interim apud deos in tuto. Vt vero hoc est eis persuasum eodem die arma omnibus Cumanis adimens sequentibus diebus fecit perscrutationem ædium, in quibus multos, bonos'que interficiens, tanquam arma non omnia demonstrantes dijs, firmauit deinde tribus custodijs tyrãnidẽ, vna quidem per sordidissimos, pessimos'que ciues, cum quibus soluerat optimatum administrationem: alia per seruos impios, quos ipsę liberos effecerat, dominos eorum occidens: tertia vero per mercennarios ferissimarum gentium barbararum haud pautiores duorum miliũ, bello'que istos cęteris longe meliores. Eorum vero, quos occiderat, statuas auferens ex omni tẽplo, & in locos inquinatos ferens, iisdem in locis, vnde illas abstulerat, suas posuit, domosq; ue eorum, & sortem, cætera'que sumens omnia, & excipiẽs sibi aurũ, & argentũ, & si quod erat tyrannide dignũ prędiũ, reliqua administris suis, socijs'q; parãdo in

Optimates in curia cæsi.

Calliditas Aristodemi in repu. occupanda.

perio largiebatur, plurima quoque, & maxima dans dona seruis interficientibus dominos, etiam si vxoribus eorum, filiabusq́ue copulari poscerēt. Stirps autem interfectorum virilis curam nullā à principio habuit, verum post ea siue ex aliqua diuinatiōe, siue credibili cogitatiōe haud paruū sibi metū nutriri existimās, conatus est eos omnes vnà die occidere. Verùm prece multa vtētibus omnibus, apud quos erant, eorum matres, puerique educabantur, largiri volens eis quoque hoc munus mortis quidem pœna pręter sententiam liberauit, cęterum cautionē adhibens, ne conspirantes vnà aliquando consultarent, aduersus tyrannidē abire extra vrbem omnes eos iussit, alium alio vitam'que in agris ducere, nullius ipsos conuenientis liberis eruditionis, aut studij participes, sed pascētes greges, & alia rustica agentes opera minatus mortem, si quis eorū inueniretur in vrbem transiens, hique domos, focosque relinquentes paternos, in agris velut serui educabantur, patrum suorum interfectoribus seruientes. Ac ne cuiquā aliorum ciuiū innasceretur generosus aliquis, aut virilis spiritus, effœminare aggressus est institutionibus suis succrescentē iuuentutem. Sublatis.n.cāpestribus exercitationibus, meditationibus'que bellicis, morem quoq; cōmutans victus, quo anteà vtebantur pueri, versari iussit sicuti puellas virgines mares in delicijs efflorescētes, & calamistratos, reticulis'que, & intortis reuinctos crinibus, tunicis'q; pictis indui talaribus, lanis'que operiri subtilibus, & mollibus, vitā'q; sub vmbris agere, sequebātur'q; ipsos in ludū saltationū, tibicinū'q;, & his similiū musicarū illecebrarū comites pedagogę mulieres, vmbracula, & flabella portantes, lauabātq; ipsę eos ferētes pectines in balneas, & vnguēti alabastros & specula, corrūpebātq; huiusmōi disciplina pueros, dōec vigesimū explerent annū, post quē sinebat eos in viros desinere, multas quoq; alias cōtumelias, luesq; Cumāis īferēs, neq; vlla petulātia, crudelitate ve abstinēs. Quādo tute se obtinere tyrānidē existimauit senex iā ipse pœnas dedit euersus funditus dijs, nec hoīnibus reprehēsibiles. Insurgētes nā'que in eum, vrbē'q; liberantes tyrānide fuere filij interfectorū hi, quos ille volens intra diem vnam perdere destitit exoratus (vt dixi) à custodibus corporis sui, quibus matres eorū dederat, iubens ipsos in agris cōmorari. Paucis em̄ annis deinde, postquā peragrās vicos vidit multā, bonā'que iuuentutē, metuens ne cōspirantes illi in se insurgerent pręuenire volebat occidēs eos oēs, priusq̄ sentiret aliquis, & assumēs amicos deliberabat, per quem modū facillime, celerrimeque clàm perdi possent. Quam rem intelligentes hi iuuenes siue aliquo consciorū indicante, siue ipsi coniectura hoc assequentes confugiunt in montes, rusticum rapientes ferrum, veniunt'que eis quāprimum Capuę cōmorantes exules, quorū erant oīm clarissimi, & habentes plurimos Cāpanorū, hospites Hippomeduntis, filij eius, qui bello Etrusco fuerat magister equitū. Armati igitur ipsi afferētes'q; illis arma, Campanorū mercede conductorū, & amicorum manum cumularūt non exiguam. Postquam igitur cōuenere in vnum omnes percurrentes inimicorum agros latronū eos insultibus populabantur, auferebant'que à dominis seruos, soluentesq́ue ergastula armabant nexos, & quascun'que nequirent ferre, ducereque pecunias, aut pecora alia concremabant, alia interficiebant. Dubitante autem tyranno, quonam cum eis modo bellandum foret, quia ne'que conatus

Instituta tyrānica.

cōspiratio in tyrannum.

suos

suos aperte facerent, nec in eisdem morarentur locis, sed nocte quidem vsque ad lucem, die vero vsque ad tenebras moderarentur insultus suos, mittentéque sæpius milites auxilio regioni frustra, venit ad eum vnus verberibus afflicto corpore missus ab exulibus, vt transfuga, qui petita licentia pollicitus est tyranno, se acceptis viribus idoneis ducturum esse eas secum ad locum, vbi erant commoraturi nocte insequenti exules. Cui quidē ad credendū adductus tyrānus petēti nihil, & exhibenti loco obsidis corpus suum mittit cum eo fidissimos ducū equites ducentes multos, manum'que mercenariam, quibus mandat, vt exules quidē omnes, aut si minus eorum quamplurimos vincientes ad se ducant. Hæc igitur struens trāsfuga per minime tritos tramites, perque syluas desertas duxit tota nocte fatigatum exercitum in distantissima ab vrbe loca. Rebelles autem, & exules in monte circa Auernum propinquum vrbi collocati insidijs vt egressum vrbem senserunt tyrāni exercitum indicatum signis exploratorum mittunt ex suo numero circiter sexaginta, maxīe audacissimos pellibus indutos caprinis, facesq; sarmentorum ferentes, qui quo tempore accedantur lucernæ alij per alias portas ingredientes, vt opera eorum laterent, & vbi intra muros fuere extrahentes quos occultauerant gladios è fascibus, & in vnum omnes locū coeuntes illincque deinde iter arripientes congregati versus portas ad Auernum custodes earum omnes dormiētes interficiunt, suos'q; muris iam propinquos patefactis portis recipiūt, latueréque hęc agentes. Contigit enim tunc noctem agi illam festam quandam, & celebrem sumptu publico, per'que eam vrbana turba omnis in potationibus existens, alijsque iocundis hoc eis præstitit, vt licenter pertransirent ferētes vias ad tyrannicam domum omnes, nec pro foribus magnam aliquā custodiam vigilantem inuenirent. Sed ibi quoque alios iam dormientes ebrios obtruncantes sine labore, & conglobati intrudentes se in ædes alios quidem omnes neque corporum per vinum ipsos, neque sensuum, aut mētis potentes instar pecudum mactant: Aristodemum autem, filios'que eius omnemque cognationem comprehendentes, & in multam vsque noctem verberibus cędentes, ac torquentes, atque omnibus (vt ita dixerim) malis affligentes occiderunt, euellentes tyrannicam domum radicitus, ita vt nec mares, nec fœminas, neque cognationem eorū alicuius relinquerent, perque noctem perscrutati satellites omnes tyrannidis, luce orta processerunt in forum, aduocantesque populum in contionem deponunt arma, moremque patrium reipublicę restituūt. Sub hoc igitur Aristodemo quartūdecimū iā fermè annū obtinēte Cumis tyrānidē partiū Tarquiniēsiū exules pœnas sumere de patria voluere, aduersantibusq; primū legatis Romanis tāquā minime pfectis ipsis ad hoc certamē, nec habētibus potestatē, quā sibi pmisisset senatus, vt causam Vrbis defenderēt, vbi nihil persuasere, sed inclinatū viderūt in alterā partē tyrānū propter studia, ad hortationesq; exulū, petito tēpore ad defensionē, vadesq; corporū exponētes pecunias in media litę nemine eos amplius custodiēte effugiētes discessere, famulosq;, & iumēta eorū, & allatā ad frumentationem pecuniam retinuit tyrannus. His igitur talia patientibus legationibus re infecta reuerti contigit. Ex vrbibus autem Etruriæ frumentatores missi miliū, & far emētes ea in vrbem fluuialibus ratibus aduexerunt, isque cōmeatus quod=

Mors Aristodemi.

Redit ad historiæ progressum.

dam tempus breue Romanos aluit, posteàq; eos consumptus in penuriã eandem restituit, nec erat vllũ necessarij sibi genus, quod nõ adhuc tentarent, accidit'que non paucis eorum partim ob indigentiam, partim ob incõgruitatem insueti alimenti, alijs quidem infirma esse corporũ valitudine, alijs vero ob inopiam neglectis & omnino se inualide habẽtibus mori, quæ vbi paulo ante victi bello Volsci cognouere, legationum missiõibus inter se arcanis induxere, inuicem se se aduersus eos ad bellũ vt in inualidos, si quis ĩuaderet ad resistendũ bello simul, & fami. Cęterum deorũ beniuolentia quædam, quibus curę erat haud negligere, pati ve succumbẽtes inimicis Romanos, manifestissime tunc etiam vim suam ostendit. Tanta enim repente pestilentia Volscorũ vrbes inuasit, quantã nullo vnquam alio fuisse loco gręco, aut barbaro traditũ est memorię, ætatem ea omnẽ, pariter & fortunã, & naturã robustorumque, & debilium corporũ interficiens. Declarauit autẽ calamitatis eius excessum vrbs Volscorum insignis Velitræ magna ipsa, & populosa, cuius partem relinquens decimam pestis, reliquasque cõplectens abstulit. Ad extremũ igitur quicunq; calamitati superfuerant, misere legatos Romam, demonstraueruntq; solitudinem, vrbemq; tradidere. Recęperant enĩ Roma prius etiã colonos. Quam ob causam secundo quoq; petierũt ab eis delectos aliquos. Cognoscentes autẽ ista Romanos subiit calamitatis cõmiseratio, minimeque oportere cẽsentibus eis in tam afflicta fortuna obijcere inimicis iniurias, tanquam satis de se illi pœnarũ dedissent dijs. pro ijs, quæ acturi erãt, visum est, vt Velitras susciperent, colonosque eo non paucos mitterent, multa in hac re cõmoda considerãtes. Nam & locus sufficiens videbatur præsidio accepto cõgruo ad eos, qui res moliri nouas, aut mouere aliquid vellent, inhibendos, impediẽdosque esse, & inopia alimoniorũ vrbem occupans haud paruo moderatior futura putabatur, si ex ipsa multitudine transferretur sors aliqua digna mentione. Maxime vero seditio reflans adhuc, anteq̃ pulchre sedata esset, induxit eos ad decernendam citius emissionẽ. Nam plębs iterum, sicut anteà quoq;, instigabatur, irascebatur'que patritijs, & multi in eos, grauesque effundebant sermones, aliquorũ increpantium inaduertentiã eorum, & segnitiem (vt qui nõ multo ante pręuidissent superuenientẽ frumenti raritatem, excogitassent'q; aliqua aduersus eã calamitatem auxilia) aliquorumq; insidiose factam ab eis esse frumẽti indigentiam declarãtium, ira simul, & cupiditate affligendi plębem ex recordatione secessionis. His igitur causis celerius peracta est sortitorũ emissio tribus viris designatis à senatu ducibus. plæbẽ aũt à principio læte nomina dare apparebat, tanq̃ fame liberandam, inque felici ipsam regione habitaturã. Deinde autem cogitantem pestilẽtiam, quę in vrbe se suscæptura peruagata magna incolas perdidisset metus obtinebat, ne colonos aduenientes hoc ipsum quoq; conficeret, transferebatur'q; rursus sensim in cõtrariã partẽ sentẽtia, adeò vt nõ multi apparerẽt volẽtes esse colonię participes, sed multò quidem pauciores, quã senatus decreuisset, hique ipsi etiam se iam damnantes, tanquã male consuluissent, subiuissẽtque egressum, sicque relinquebatur hęc pars, & altera, quę non sponte dabat nomina. Decernẽte vero senatu faciendam esse ex Romanis omĩbus sortionem demigrationis, & in eos, qui dedissent nomina, ni exirent, graues, & inexorabiles statuente pœnas, emissus

Volsci.

Velitræ vrbs Volscorũ insignis rõanis se dedit.

emissus tandem est necessario, atque relictus Velitris decens exercitus, rursusq; alter non multis post diebus Norbam, Latini generis vrbem nõ obscurã. Non respondit tamen ad cogitata patritijs spes sopiendę seditionis, sed erãt adhuc peiores in ira reliqui, multaque aduersum senatores inclamatione vtebãtur per conuentus, & sodalitates, pauci primũ coeuntes, deinde plurimi cũ fieret iam acrior penuria, cõcurrẽtesq; in forũ acclamabant ad tribunos, à quibus quidẽ congregata contione progrediens spurius sicinius, qui tunc erat dux magistratus, & ipse multus effluebat, augens quã maxime senatus inuidiã, & vt cęteri dicerent, quæ sentirent, maximéque sicinius, & Brutus, qui tunc ædiles erãt, in publico postulabat vocans vtrunque nomine, qui prioris quoq; secessionis plæbi principes, tribunitiamque introducentes potestatem, primi ea potiti erãt, hique progrediẽtes turpissimos, impudẽtissimosq; sermones ex pręparato in senatũ percurrerent, quos volentes multi audiebãt, quemadmodũ prouidentia locupletum, & per insidias fieret frumenti penuria, quãdoquidẽ per secessionem inuitis eis plębs libertatem inuenerit, nec ęque pressos calamitate, ac ne parum quidem cum pauperibus esse locupletes. Esse. n. eis cibaria in occulto reposita, & pecunias, quibus emãt aduectitios cõmeatus, cum multo mali eius contẽptu. Plębeios vero hęc vtraque habere se se perexiliter, emissionẽ'que delectorũ, quã fecissent in loca morbida, eiectionem appellantes ipsi in euidens, longeque peius exitiũ, & augẽtes quãmaxime poterant grauia, & quis malorũ terminus futurus esset discere postulãtes, cõmemorãtesque eis verbera, quibus olim à diuitibus afflicti erãt, alia quoque his similia licenter admodũ percensebant. Postremo Brutus in minas quasdã huiusmodi orationẽ conclusit, quod si vellent ei obtẽperare cogeret quãprimũ eos, qui accedunt, malum extinguere, sicq; dissoluta contione consules die postero senatum cõuocãt trepidi ex hac innouatione, & istam Bruti erga plębẽ adulationem in magnum aliquod malum vergere existimantes, multique, & multiplices sermones & ab eis ipsis dicti sunt in senatu, & ab alijs seniorib⁹, aliquibus quidẽ putãtibus colẽdam esse plebem blanda appllatione verborum, operum'q; pollicitationibus, ducesque eius moderatiores reddendos propositis rebus in medium, & vt plæbs secundũ cõmunibus commodis specularetur cohortando: alijs vero consulentibus, nihil esse deferendum plebi, nec agendũ molliter erga turbã cõtumacem, & indoctã, ergaque confidentiã, ac non ferendam adulatorum plebis insaniam, sed esse sanè excusandum, nullam eorum, quæ acciderint, in patritijs esse culpam, & quę haberi possit ad hęc mala à se prouidentiam promittendam, conturbantes verò plebem increpare oportere, eisque prædicere, quòd ni desinant hæc agentes dignas persoluent pœnas. Huius erat sententiæ princeps Appius, eratque ea victrix multa admodum incidente senatoribus cõcertatione, adeò vt plębs ab exaudito clamore eorum vehementer permota concurreret in curiam, & erecta in expectationem ciuitas omnis esset. Post hoc autem prodeuntes consules populum in contionem aduocant. Erat autem non multum diei reliquum, progredientesque conabantur dicere, quæ visa sibi essent in senatu, obsistebant'q; eis Tribuni, neque erat seorsum aut decenter dictus ab vtrisqne sermo. Clamabãt. n. obijciebant'q; alteri alteris, ita vt nõ esset facile astãtibus, quid eorũ mẽtes

Velitræ. Norba. Spurius Sicinius. Brutus. Brutus. Consules. Tribuni.

vellent intelligere. Censebant.n.ęquũ consules se in vrbe, vt qui maiorem haberent potestatem, omĩibus imperare. Tribuni vero suum esse locũ contionem, sicuti illorũ senatũ, & quęcun'que sub plębeis iudicanda essent, aut decernenda suę esse potestatis, concertabatque cum eis vulgus clamãs, & ad occurrendũ paratus volentibus inhibere, & sic quoque cum cõsulibus conuertentes se patritij, ac fiebat certamen magnũ ab vtrisque, ne cederẽt, tanquã esset cedentibus alteris in ea tunc pugna, deinceps de iure suo decessum, inclinabatque in occasum iam sol, ex q; ædibus cõcurrebat in forũ cætera multitudo, vẽturiq; erãt ni nox diremisset eos ad pulsationes, lapidũ'que iactus, quod vt nequaquã fieret, progrediẽs Brutus petit à consulibus potestatẽ sibi dicẽdi fieri, promittens idem se esse seditionem sedaturum, atque cõsules cum sibi visa esset concedenda, quoniã tribunis pręsentibus non ab eis hanc gratiã petijsset dux multitudinis, dicere eum permittũt. cõticescẽtéque tumultu nihil aliud dixit Brutus, nisi quod cõsules interrogauit hoc modo. Age inquit, meministis quod dissoluentibus nobis ceditionẽ à vobis ius hoc sit concessum, ne cum plębẽ congregarent tribuni quacunq; causa interesse liceret patricios, aut conturbarẽ, meminimus inquit Geganius, infert'que Brutus, Quid igitur inquit, patientes estis impedimento nobis, neque Tribunos permittitis quę volunt dicere. respondit'que ad hęc Geganius, Quia non illi plębem ad cõtionem conuocarũt, sed nos cõsules. Si.n. ab his factus esset cõuentus, nihil vtique prohibere voluissemus, nec aliud curiosius agere. Sed quãdo ipsi contionem cõduximus nõ nos istos prohibemus concionari, sed ab istis prohiberi nos minime iustum ducimus: subijciens'q; Brutus, Vicimus, inquit, plębeij, suntque nobis à dissidentibus concessa quęcunque postulauimus. Abite igitur nũc, desinitéque ambitiose contendere. Cras autem polliceor vobis me clarum facturũ esse quã tam vim habetis, sicque tribuni, & vos cedite foro eis in pręsentia. Neque.n. cedetis in finem cognoscentes quantã habeat potestatem magistratus vester. Cognoscetur autem intra non longum tempus. Et.n. hoc vobis polliceor me horũ superbiam moderatiorem redditurum, sique vobis dans verba inueniar, vtamini me, vt vultis. Nemine autem ad hæc cotradicente abierunt è contione vtrique, non easdem habentes opiniones. Sed hi quidem incerti visi, quid vlterius inuenisset Brutus, neque frustra rem tantã promitteret. Patritij vero despicientes leuitatem hominis pollicitationumque temeritatem, ad verba vsque processurã existimantes. Nihil.n. à senatu esse concessum tribunis, pręterquã auxilij ferendi plębeis, siquis vim afferret, potestatem nec tamen omẽs, maximéq; seniores subibat huius rei parua cura, sed attendebant, ne aliquod intollerabile perageret hominis insania. Sequenti vero nocte Brutus cõmunicato cum tribunis sensu suo, parataque manu plębeiorũ non parua descendit cum eis in forum, & ante diẽ occupata Vulcani ęde, vbi eis habendi contiones mos erat, conuocant ad contionẽ plębem atque repleto foro (turba.n. quanta nunq̃ anteà, cõuenerat) progrediens Sicinius tribunus verba multa aduersus patricios fecit, cõmemorans quæcun'q; gesta ab eis essent hactenus in plæbeios, deinde docẽs queadmodũ superiori die prohibitus ab eis cõtionari, & adempta ei potestas magistratus esset. Quo enim siemus, inquit, aliarũ rerũ domini, si nec dicẽdi erimus. quonãmodo auxilio esse

Brutus

Gegãius

in Vulcani ęde plębei cõtiones habebant.

poterimus violato ab eis alicui, si congregādi vos potestas nobis adimatur. Sunt cuiusque rei quodāmodo sermones initium, nec obscurum est quod quibus dicere non licet quæ sentiunt, nec quæ volunt licebit agere. Aut igitur, inquit, tollite quàm dedistis potestatem, nisi ei securitatē firmaturi estis, aut scribenda lege deinceps futuros nobis impedimento prohibite. His ab eo dictis atque iubente plębe clamore magno ipsum legē ferre habēs ille eam iam scriptam legit; dedit'que multitudini calculos ferendos de ea quāprimum, neque.n.res egere dilatione videbatur, aut tarditate, ne quod à consulibus impedimentū aliud iniĳceretur. Erat autem lex talis. Contionanti apud populum Tribuno nemo aliquid in contrariū dicito nec dicentem interpellato, si quis aūt pręter hęc fecerit dato petitus vades Tribunis persoluendi pœnam quancū'que ei imponant, & qui vadē non dederit morte puniatur, bona'que eius sacra sunto, cōtentionū'que de pœnis ipsis iudicia penes populū sunto. Promulgata lege Tribuni cōtionem dimisere, plebs'q; abiĳt multę spei plena, magnā'que habēs Bruto gratiā cum illius fuisse appareret eam legis excogitationē. Post hoc multę, ac de multis fiunt inter tribunos, consulesq; altercationes. neque.n.populus quęcun'que senatus decerneret firma arbitrabatur, neque eorum, quę populus cognoscerent, quicquā gratū erat senatui. Instructi autem aduersum inter se, suspiciosique permanebāt, nec eorū tamen odiū, vt in talibus solet, in opus aliquod intolerabile euadebat. neque.n.inuadebant pauperes domos diuitū, vbi se aliquid abditorum cibariorum inuenturos crederēt, aut ad venalia exposita in aperto dirripiendo ferebantur, sed & pauca magno precio emere sustinebant, & cum essent pecunię inopes radicibus ex terra, herbisque pasci tolerabāt, neque diuites vi allata debilioribus potentia propria, aut per clientes multa obtinere se ęquum censebant vrbem, alios expellentes ab ea, alios occidētes, sed permanebāt tanq̄ patres modestissime se gerētes erga filios, & in delictis eorum beniuolo, curatorio'que vtentes imperio. Tali autem detinente Romam seditione proximę vrbes aduocabant, volentes habitare apud se Romanos, ciuitatis pollicentes participationem perque alia blandimenta subducētes, alię optimo animo ob beniuolentiā, & commiserationem calamitatis, alię hæque plures inuidia ex vetere aliquando felicitate, erantque demigrātes plurimi cum tota domo, transferentes'que alio habitationem, quorum aliqui rediere rursus constituta ciuitate, aliĳ etiā permansere. Videntibus autē hæc consulibus, visum est permittēte senatu conscribendum esse exercitum, educendas'que copias, sumpserūt'que causam expeditioni decentem cū incursionibus, ac populationibus assiduis regio affligeretur ab hostibus, cętera etiā considerantes, quæcun'que ex hac re vtilia futura essent emisso sibi extra fines exercitu, quod & vti laxiori annona possent hi qui relinquebātur, & in abundantioribus cibariĳs viuerent, hi qui tenentes arma ex hostibus alerentur, quiescerent'que interim seditio quodcun'que tempus occuparet militia, pręcipuéque firmatura opere ipso videbatur reconciliationes cōmilitantibus cum plębe patriciĳs, ea quæ futura erat in periculis malorū, & bonorum sors æqua. Sed nō eis auscultabat multitudo, neque sicut prius volens occurrebat descriptioni. Necessitatē autem volentibus afferre ex lege haud iustū censebāt cōsules, sed ex patritĳs cōscribētes volūtarios aliquot vnà cū cliētibus

Verba legis à Tribuno latę

etiam & parte plębis parua quadã cõmilitante exierunt, dux'que fuit exeuntiũ C. Martius is, qui Coriolos cępit, & in pugna fuit aduersum Antiates strennuissimus. quem videntes exeuntẽ plurimi capientiũ arma plebeiorũ cõfirmati sunt, alij beniuolentia, alij spe bene'gerendæ rei. erat enim famę ille iam clarę formidolosus'q; hostibus. Procedens vero vsque ad vrbẽ Antiũ hic exercitus frumenti multi relicti in agris, & mancipiorum, pecorũ'que dominus est factus, neque multo post redijt abundatior rerũ quæ ad victum pertinent, ita vt ijs, qui remãserant, desolatio multa incideret, ducũ'que suorum reprehensio, per quos priuati simili felicitate videbantur. Geganius igitur, & Minutius eius anni cõsules in magnis, varijsque cõsistentes fluctibus, sępiusque cõuertere ciuitatẽ tentantes nihil ęgerũt graue, sed prudentius, quã felicius vsi contingẽtibus seruauere rempublicam. Creati vero post hos cõsules Marcus Minutius Augurinus, Aulusque sẽpronius Attratinus, vtrique iterũ, hique viri neque armorũ scientię, neque dicẽdi imperiti, multa vsi sunt prouidentia ad replendam frumẽto vrbem, rebus'que alijs venalibus tanquã posita in affluentia rerum esset multitudinis cõcordia. Neque tamen eis potiri vna vtriusque licuit, sed ingressa est cũ bonorũ copia simul etiã illorum, qui eis vsuri erãt, contumelia, & tunc Romã periculũ maximũ detinuit ex principio, quando minime apparebat. Nam & ab eis frumentatũ missi, & ex maritimis, mediterraneis'que mercatibus frumentũ emptum de publico adduxerunt, & qui solent permutare merces ex omni loco conuenerũt à quibus onera emẽs publicis pecunijs ciuitas reponebat, redierũt'que missi anteà in Siciliam legati Geganius, & Valerius multas naues adducentes onerarias, in quibus quidẽ adduxere frumenti quinquaginta modiorũ Siciliensiũ milia, quorum erat dimipars paruo admodũ dũ empta precio, reliquun'que tyrannis miserat dans gratis, & impensis aduehens proprijs. Vbi vero nunciatus est in vrbe frumentarię classis reditus ex Sicilia multa incidit de distributione eius patritijs deliberatio. Clemẽtissimi.n. populiq; studiosissimi respiciẽtes ad detinẽtes rẽpublicã necessitates suadebant, vt tyranni munus plębeis oĩbus deuideretur, & id frumentũ, quod publicis emptum erat pecunijs, paruo eis venderetur pretio, docẽtes quod ex his gratijs maxime clementiores fierẽt erga diuites irę pauperũ. Arrogantiores autem, principatus'que paucorũ studiosiores omni cũ promptitudine, machinamẽto'que affligi plębẽ oportere existimabant, cõsulebãt'que hoc vno maxime exhibendam. arctiorem eis annonã, vt fierent ex necessitate modestiores, & ad reliqua ciuilitatis officia legibus optẽperantiores. Ex his autẽ vnus erat Marti9 ille Coriolanus cognomine, nõ vt cęteri clàm, & caute sentẽtiã suam declarãs, sed palàm, atque ferociter, ita vt audirẽt multi etiã plębeiorum. Habebat.n. pręter publicas criminationes etiã proprias causas nouas, quibus plębeios odisse merito videbatur. Petenti.n. ei proximis comitijs consulatũ, & habenti suffragantes patritios plębs aduersa haud permisit magistratũ ei dari, cauens ipsa claritatẽ viri, & audaciam, ne quid innouaret de sublatione tribunitię potestatis, idque potissimũ veritus, quod cum omni ei promptitudine tunc tantũ studebat multitudo patritiorum, quantũ anteà nemini. Huius igitur contumelię ira sublatus hic vir, mutationem'que administrationis restituere in pristinũ ornatũ cupiens, & ipse palã,

C. Martius Coriolanus dux exercitus.

Cõsules noui. M. Minuti9 Auguri9 Au. Sẽpronius. Atratinus.

Coriolanus.

palàm, vt dixi, plębis causam impugnabat, & ad idem alios inducebat. Erat enī circa eum sodalitas magna iuuenum generosorum, quibus erant census maximi, & dicentes multi assistentes ex bellorum emolumentis, quibus ille elatus fremebat, erat'que illustris, & in maximam processerat claritatem. Neque tamen propter ista felices euentus habuit. Nam consulto de his senatu, ac ferentibus primum sententiam, vt mos erat eis, senioribus, in quibus erant quidam nec multi pronunciantes palā aduersus plębē sentētias, postq̄ sermo ad iuniores descēdit petita venia à cōsulibus dicēdi quęcūq; vellet, atq; potitus, significatiōe magna & attētione orationē aduersus plębē habuit huiusmodi. Quod nō necessitate patres, aut inopia plębs coacta secessionē fecerit, sed spe data praua, tāq̄ nostrū optimatū prīcipatū dissolutura, ipa'q; reip. oīs futura dn̄a, oēs ferè vos sensisse existimo precōmoda intuētes ei⁹ in recōciliatiōib⁹, cui q̄dē nō sufficit corrūpēti fidē cōtractuū, ac leges de his positas euertēti, nihil aliud curiose agere, sed cōmunē magistratum ad euertēdū consularē, sacrosanctum eū lege, inuiolabilē'q; efficit, & nūc tyrannicā cōplectens potestatē hac cōdita nuper lege vos patres latuit. Qn̄.n. multa cū licētia p̄sidētes ei, nomēq; dicēs istud p̄mittētes, opē lęsis plebe is ferre, ob hāc ptātē ducūt, ac ferūt quęcūq; videat̄ eis, nec est priuat⁹, aut magistrat⁹ aliquis eorū iniquitates cohibēs, timens nimirū legē, quę nobis aufert vna cū operibus sermonē, mortis iniungens pœnā, siquis vocē emittat liberā. Quid attinet nomen huic potentię aliud imponere eos, qui mentē habeant, quàm hoc, quod verùm est, omnesq̀ue fatentur tyrannidē: sicque nō ab vno viro est tyrannis, sed à plębe tota, quid istud differt? Sunt enī opera eadem ab ambobus. Fuit igitur optimū, ne semē quidem potestatis istius iaci sinere, sed omnia potius, vt pręclare Appius multò ante prospiciens censebat, grauia sustinere. Quod si nō factum est, at nunc omni animo effodiētes eam radicitus vrbe decet eijcere, donec adhuc est debilis, facilèque debellanda: nec hoc vobis primis patres, aut solis, sed & multis iam, & ssępe accidit, vt improuisas constituti necessitates, sententia'que excidentes optima de rebus maximis, postquā initia nō cohibuerint, mali augumenta expugnare cœperint, sero'que sapere incipientiū pœnitentia sanè minor, quā prouidentia. Alio rursus modo non vtique peior apparuerit delens prohibitione finis, id quod erat ignoratum ab initio, quod si vestrū quo'que aliquibus videntur grauia plębis opera, coercerique eā putāt oportere peccantem in reliquis. Sed subit timor, ne primi ipsi soluere videantur conuēta, iusiurandum'que transgredi discant, quod nō repugnātes magistratus frangūt ipsi conuētiones, sed qui eas fregerint punientes, insontes apud deos erūt, & agent iuste in sua commoda. Magnum vobis est hoc argumentū, quod soluendarum conuentionum, frangēdique fœderis initium non vos, sed plębeia pars fuit nō permanens in conditionibus inuenit reditū. Neq; enim ad offendendū senatū. sed ne ab eo ipsa lederetur, tribunitiam potestatē petijt. Vtitur autē ea non amplius ad quę opus, & ad quę eam inuenit, sed ad corruptionem, cōfusioneē'q; consuetę, patriæ'q; administrationis. Meministis sanè nuper cōuocata cōtione, & qui dicti in ea fuerint à ducib⁹ multitudinis sermones, quantū'q; demōstrarint arrogantiā, & inornatū, & nūc in qua sint iactātia hi, qui nihil sani sentiūt postquā illud cognouere, quod

Orō Coriolani.

in suffragijs sit potestas omnis ciuitatis, quibus illi preualent, plures nobis. Quid igitur nobis relinquitur, incipientibus illis fallere, & inique agere, nisi resistere, & quę habent hucusque iniuste iure eis auferre, coercereq; ipsos deinceps pluriū appetentes, gratias agentes nos deis, quod non eos permiserint adeptos primū superiora in reliquum modeste agere, sed hanc eis iniecerint impudentiam, supra'q; se curiositatē, per quā coacti sitis & amissa recuperare eniti, & qua cōuenit cautione reliqua custodire. Tempus autē est hoc pręsens, quale nō alterum, siquidē incepturi estis prudenter agere, in quo pars est eorū plurima confecta fame, neq; reliqua diu resistere ob indigentiam pecuniarū poterit, si arcta simul, & preciosa ei potiundū sit annona. Cogentur enim pessimi eorum, nec vnq̄ principatibus optimatum læti vrbem relinquere, mitiores'q; cæteri vrbanius, atq; modestius viuere, nihil amplius vos conturbantes. Custodite igitur annonā, deq; precio rerum venalium nihil imminuite, sed quāti vnq̄ antea, tanti & nūc venire eas decernite, iustas habēs causas, rationes'q; ꝓbabiles ĩgratā plębis oblatrationē, taq̄ inducta à nobis frumēti indigentiam, quæ per illorū facta est rebellionē, corruptionem'q; agri, quē vastarūt, populātes vt hostilem, atq; sumptas è publico impensas in eos, qui sunt frumentatū missi, multa'q; habētes alia, per quę læsi ab eis estis, vt iam cognoscamus, quid sit tandē illud graue, quo nos afficient, nisi omnia ad voluptatem plębis faciamus, sicut eorum duces exterrentes nos dicebant. Si vero tempus hoc etiā de manibus emittitis, sępe alterum tale optabitis, sique istud plæbs cognouerit, quod volētes vos vim eius dissoluere auersi sitis, clarum certe, quod nequeūtes multa vestra imbecillitate dānata sine metu deinceps vobis, tanquā seruis abutetur. Talia cum dixisset Martius, diuisę sunt senatorū sententię, & tumultus inter eos ortus est multus. Nam qui etiā à principio aduersabantur plębeis, tolerarant'que pręter mentē suam recōciliationes, in quibus erat iuuētus pene oīs, seniorū'q; locupletissimi, & prudētissimi ęgre ferētes plębis impudentias, laudabāt eū vt generosum, & amatorē ciuitatis, ac pręclara reipublicę cōsulentē. Qui vero sensus erāt popularis, neque sectā, neque diuitias vltra cōuenire ęstimantes, neque magis aliquid necessarium pace iudicātes ringebantur ex his, quę erant ab eo dicta, neque eius sententiā admittebant, sed volebant nō violētis, sed probis sensibus superiores humilioribus se esse, neque indecēs, sed necessarium quiddā dementiam ducere eam, presertim quę erga vnius ciuitatis homines ex beniuolētia fieret declarabāt'que insaniā esse consiliū eius, non fiduciam. Parua vero, & infirma hęc pars cū esset à violentiori retundebatur. Videntes autem hęc tribuni (nam & illi senatui aderant) à cōsulibus vocati, exclamabant, & spirabant, atque Martiū violatorē ciuitatis, exitium'que appellabant inferentē sermones prauos aduersus plębem, nisique eum coercerent patritij bellū vrbi intro ducentem intestinū morte aut exilio mulctantes ipsi, se id facturos pręcdicebant. Tumultu autem ex his verbis tribunorū orto, maximéque ægre tollerantibus minas iunioribus elatus Martius iam arrogantius tribunos, ferociusque attingebat, Immo vero nisi desistitis vos dicit, ciuitatem turbātes, pauperū'que ductātes multitudinē, non verbis amplius, sed operibus erga vos contendā. Exacerbato autem senatu, vt viderūt tribuni plures esse eos, qui auferre vellent cōcessam

populo

populo potestatẽ, quã qui vellẽt cõuentis stare, è curia se prorípiũt clamãtes, ac deos, per quos iurauerãt, euocãtes. posteàq; aduocãtes contionẽ declararũt plæbi habitos à Martio sermones, aduocarunt'q; eum virũ ad defensionem causę. Vbi vero nõ attendit eos Martius, sed & iniurijs prosequẽs viatores, à quibus vocabatur, sermone prohibuit, indignati magis adhuc tribuni assumptis secũ ædilibus, alijs'q; ciuiũ cõpluribus impetũ in eũ fecere. Cõtigit enim morari ipsum adhuc ante curiã multos adducentẽ patritiorũ, aliam'q; habẽtem circum se sodalitatẽ. Vbi vero conspexerunt eum tribuni mandant ędilibus, vti ipsum manu capiãt, siq; sponte sequi nolit, vi ducant. Erant autem tunc ædiles Lucius Iunius Brutus, atque Sicellius Ruga. Hi igitur procedebãt, vt capturi eum virum. Patritij vero rem acerbam hoc opus ducentes ante causæ dictionem vi duci patritiorum aliquem à tribunis, Martium sunt tutati, pulsantes'que obuios quos'que repulerũt. Vulgato autem per vrbem totam hoc casu exiliebant omes ex ædibus, qui quidem erant in dignatione, beneque numati Martium protegentes simul cum patritijs, veterem'q; formam restituri reipublicę, humilioris autem fortunę homines, vitæque inopis ferre opem tribunis parãtes, & quicquid illi iussissent facere. Inhibuit autem ipsos primum verecundia, qua detenti nihil audebant alteri in alteros inique agere. Cęterum procedẽte malo ipsa quo'que sublata est ab eis, neque tamen ea die intolerabile egere quicquã, sed in sequentem res distulere sentẽtiæ consulum, cohortationiq; cedentes. Die vero postero descendentes primi in forum tribuni, conuocarunt plębẽ ad contionem, progredientes'q; ipsi per successionem patritios admodũ accusarũt tanquã transgressos fœdera, inquinantes'q; iusiurandũ, quod plębi dederant de obliuione præteritorũ, argumentũ afferẽtes ijdẽ, quod nõ sincere, stabiliter'q; recõciliati essent patritij cũ plębe, frumẽti inopiã, quã illi struxerãt, emissiones'q; colonorũ vtrorũ'q; & alia quęcũ'q; machinati essent diminuãdę plębis gratia, multũ'q; carpẽtes Martium, & sermones ab eo habitos in senatu percurrentes, & quod vocatus ad dicendam causam à populo non modo non dignatus esset venire, sed ædiles venientes ad se pulsans reppulisset, aduocabant'que testes eorum, quę in senatu facta essent honoratissimos ex his, qui illic adessent deque ædilium contumelia plębeios omnes, qui tunc per forum erant. His dictis potestatem facere patritijs, si qui vellent, excusandi, detinẽtes interim populũ in contione, quoad senatus dimitteretur. Contigit eñ cõsessum esse de eisdem patritiorũ dubitantium vtrum ipsis excusandum esset apud plębem de obiectis, an quiescendum. Deinde autem sententiæ eorum plures arrogantioribus humaniora prętulere, dimittentes'q; senatũ consules processerũt in forum cum cõmunes defensuri calumnias, tum de Martio postulaturi à plębe, ne quid de eo cõsultaret intolerabile, sicq; progrediẽs senior eorũ Minutius huiusmodi orationẽ habuit. De indigẽtia frumẽti defensio valde breuis est plębeij, neque alios exhibebimus testes quorũcun'q; dicemus, quã vos. Sterilitatẽ eñ frugum scitis ob desertã sementẽ accidisse, aliã'que vastationẽ regionis. quã nõ vos opus est ab alijs, qua causa euenerit, discere, & quo tandẽ modo ager plurimus, & optimus fructibus caruerit, mancipijs'q;, & pecudibus partim direptus ab hostibus, partim vobis nõ sufficiens tot quidẽ ipsis, nec vllam aliam habẽtibus diuer-

Martius.

Reiectiã patritiatu ædiles Coriolanũ capturi.

Oratio consulis Minutij.

ſionem,ita vt non ex iis,quę duces multitudinem criminãtur,ſed ex ijs,quę vos ipſi ſcitis eueniſſe, famẽ credentes. Deſinite annectẽtes inſidias noſtras huic paſ ſioni,& irati nobis nihil vos lædentibus. Emiſſiones aũt colonorum factæ ſunt neceſſario, cum nobis omnibus cõmuniter viſum eſſet, cuſtodienda ea loca eſſe peropportuna ad bellum , atque multũ in tempore difficillimo iuuãtia exeuntes q́ue,& relictos veſtrũ. Nam & illic affluentius neceſſarijs abundarũt egreſſi,& hic permanentes minus indigent cibarijs, exęquatio quoque fortunę,cuius parti cipes fuimus cum plębeijs patritij ſorti,permittentes exitum minime repræhen ditur. Quid igitur patientes iſti turbę duces nobis obijciunt ea, quorũ cõmunes habuimus & ſentẽtias, & fortunas,ſiue grauiũ,vt iſti dicũt,ſiue,vt nos putamus, vtiliũ. Ea vero,quorum in hoc recẽti cõcilio inſimulati ab eis ſumus,tanquã vo= lentes rerum moderari pretijs,vt qui per inſidias aufferre tribuniciã poteſtatẽ ve limus memores ipſi ſeceſſionis veſtrę,& omnino affligẽdę plębis cupidi, & obie cta omnia,quęcun'q; talia diluemus,operibus intra non longũ tẽpus nihil in vos peragẽtes mali,poteſtatẽ'q; tribunitiam in eis, quę tunc vobis cõceſſimus, nunc etiam confirmantes,diſtractionẽ'que frumenti,vt vobis oĩbus videbitur, factu ri expectantes itaq; ſi nihil horum fiat,tunc nos accuſate. Si vero clare perſcruta ri ea,de quibus differimus, volueritis, iuſtius patritij nos plæbem accuſare poſſu= mus,quã vos ſenatũ criminamini. Iniuſte.n. erga nos agitis, nec hoc ægre ferte audientes. Nã ſi finẽ noſtrę ſentẽtię diſcere nõ expectãtes vultis eã iã accuſare, & quis neſcit quod volenti cuiq; facile fierent confundere,tollere'q; ex vrbe con cordiam obijcienti ea , quorũ fides ventura,& in incerto adhuc exiſtens non cu= ſtodia eſt,ne aliquid patiaris mali, ſed prętextus,ne iniuſte agas. Nec ſunt tãtum veſtris prę ſidẽtibus ea,quorum ſenatum accuſant,calumnianturque,exprobrã= da,ſed & vobis non minus ea,quę illis creditis , ac prius quã experti ſitis indigna= mini. Oportuit enim timentes vos futuras iniurias,futuras quo'que ſuper eis ha bere voſtras . Sed nunc celeriora videmini, quã prudentiora cognoſcere,ſic'que tutius in maligniori ponere. At de communibus iniurijs, de quibus ſenatum cri= minati ſunt tribuni,ſatis eſſe puto quę dicta ſunt. De ijs vero quę in ſenatu dixe= rimus,quorum vnumquẽ'que noſtrum calumniantur tribuni, atque diſtinguere nos ciuitatem inſimulant,ac nunc Martium amatorem ciuitatis,libera'que vſum voce de republica occidere, aut patria priuare quęrũt,volo etiam iuſta apud vos dicere,ſpeculeminique an modeſtos:veroſq́ue ſermones dicam. Vos plæbeij diſ ſidentes à ſenatu ſufficere vobis putaſtis dimiſſionem æris alieni, & auxilij cau= ſa pauperũ, quibus vis afferretur, magiſtratus creari corporis veſtri poſtulaſtis, & hæc vtraque magnam vos nobis habentes gratiam accępiſtis. Imperiũ vero conſulum diſſoluere , aut ſenatum præſidentia priuare reipublicæ , aut ordinem, & inſtituta patriæ ciuilitatis euertere néque ipſi poſtulaſtis, néque ſanè poſtulan dum fuit. Quonam igitur conamini nunc hæc omnia confundere , aut cui iuſtæ cauſæ fidentes quæritis honores nobis noſtros auferre. Nam ſi ſenatus par= ticipibus formidoloſum feceritis quæ ſentiunt audacter dicere, quidnam di= cent conueniens magiſtratus veſtri? aut qua vtentes lege ſupplicio puniri mor= tis , aut exilij poſtulabunt aliquos patritiorum? Non dant veteres leges vo= bis

bis hanc potestatē,neque nouæ cum senatu conuentiones. Exire vero fines legitimos,& vim iure maiorē facere non est amplius iam populare,sed si vera audire vultis,tyrannicū. Ego sanè suaderē vobis, vt eorum, quæ inuenistis à senatu humanissima,nullo absistatis:eorum vero,quorū vos potiri finiētes inimicitiā minime postulastis,ne nūc quidem vllū vsurpetis,& vt clarius vobis fiat,quod nec iusti,nec moderati aliquid postulant ductores plæbis,sed iniqua expetunt, & impossibilia transferentes rem in vobis,ita ipsi considerate,ac putate senatores obijcere eis, qui res vestras administrant, quod mailgnos de senatu inter vos dispergant sermones,dissoluautque patrium optimatum principatum, seditiosam'que efficiant ciuitatem hęc omnia dicentes vera. Nam ita faciunt,& quod omnium est grauissimum,potentiā complectuntur maiorem,quàm sit eis concessa indēnatum conantes occidere quemcun'que nostrum eis libeat,& quod impune necari oporteat qui hæc faciunt quonā animo ferretis ipsi senatus arrogantiā,& quid diceretis?an nō vtiq; indignaremini,& vos grauia pati diceretis,siquis istā à vobis licentiam,libertatē'q; auferret vltimū denuncians periculū ijs, qui pro plæbe liberam vocē emitterent. non certe aliter licet dicere, & posteà quę vos minime sustinetis pati,ea alios patientes perferre iustū ducitis ciuilia ò plębei,moderataq; volentes talia consulta vestra. Nō vtique confirmatis calumnias in vos veras esse, & qui consulant vestram potentiā præter legem augeri non sinere. Nonne iusta in cōmune cōmodum sentiētes declaratis. Mihi quidem sic videtur. Sed si vultis contraria eorū,quę crimini facere: me vtentes cōsiliario agite modestius, & sermones quibus indignamini ciuiliter,ac nō iracūde, implacabiliterq; perferte. Aderit enim facientibus hęc vobis videri esse bonis,& his, qui se inimice habeant erga vos,pœnitere. Iusta igitur hęc exhibentes vobis magna,vt putamus, suademus vobis,ne quid peccetis: Commoda vero,& humana opera,quibus vsi sumus nequaq̄ vobis exprobrare volentes,sed mitiores vos reddere præter vetera hęc nuper facta in reditu,quorū quidem obliuisci nos volumus. Vos vero iustum est meminisse. Coacti sumus nūc inferre, cum oporteat nos pro multis,ac magnis,quæ vobis rogantibus elargiti sumus hanc à vobis gratiam recipere,ne occidatis,neúe vrbe eijciatis amatorem ciuitatis virum,belloque omnium clarissimum. Plectemur enim plębej credite non parum virtute tali priuantes vrbē, maxime vero per illum ipsum vos dignum est abstinere ira memores, quot ex vobis seruarit per bella,nec sermones obijcientes vanos,sed pulchrorum reminiscentes operum. Sermo enim huius læsit nos, res vero gestæ ab eo multum profuere. Quod si erga hunc habeatis vos implacabiliter,nobis ipsum & senatui postulantibus largiamini,& iam aliquando stabiliter reconciliabimini, & esse vrbē (vt ante fuit) ab initio vnam facietis. Quod si nobis suadentibus non conceditis, scite clare quod nec nos vobis violenter agentibus cedemus, sed vel causa amicitiæ omnibus sine dolo,& maiorum adhuc gratiarum hæc temptatio plębis erit, aut intestini belli rursus, & intolerabilium malorum initium. TALIA pensante Minutio videntes Tribuni, modestia orationis, humanitate pollicitationum subduci multitudinem, dolebant, ferebant'que ægerrime, præcipue'que Caius Sicinius Abdelutus, is, qui pauperibus persuaserat, vt à patritijs desciscerét,

Finis orationis.

Sicinius.

eratque dux ab eis creatus dum in armis essent, vir inimicissimus optimatũ principatui, ac propterea productus à ciuibus in claritatem, tribunitiã'q; potestatem iam bis consecutus. Is igitur sibi minime dux multitudinis minus conferre putans, concordem fieri ciuitatem, & ornatũ antiquum resumere (non enim honores, viresq́ue easdem se habiturum suspicabatur constituta optimatum administratione, vt qui natus esset malus, educatus inglorius neque facinus vllum clarum belli, domive edidisset, sed in extremis se futurum periculis, qui seditionem concitasset, ac multorum Vrbi malorum fuisset causa) excogitatis eis quæ dici, agique oporteret, & cum collegis cõmunicato consilio vbi ipsos quo'que eiusdẽ esse vidit sententiæ, astitit, ac deplorans paucis repulsam detinentes plæbem laudauit consules, quòd oratione voluissent polliceri plæbi, se non eorum neglecturos humilitatem, ac se patritijs gratiam habere dixit, si qua ipsos iam cura subijt aliquando salutis pauperum, adhuc'que magis testaturum se dixit apud omnes, si exhiberent similia verbis opera, & his dictis, visus'que moderatior in ira esse conuertitur ad Martium (Assistebat enim consulibus) ac dicit. Tu vero non te apud ciues tuos excusas ò generose de ijs, quæ dixisti in senatu, immo vero cur non oras, & deprecaris eorum iras, vt imponant tibi pœnam moderatiorẽ. Negandum enim non vtique censerem tibi tot scientibus hominibus, neque esse ad impudentes confugiendũ defensiones Martius qui sis, atque maiorem habẽs, quã pro priuati modo elationem, nisi forsan pulchre habeat cõsulibus, & patritijs persuadere de te plæbi, tibi pulchrum non sit per te idem facere. Dicebat autem hęc non ignorans, quod magnanimus vir ille minime sustineret factus ipse accusator sui tanquam peccasset vt pœna absolueretur petere, nec in commiserationes, & preces pręter morem suum confugere, sed quod aut omnino non dignaretur defensionem subire, aut innatã seruans arrogantiã non vtique subblandiretur plębi moderatior in sermonibus, quod ipsum etiam euenit. Nam silentio facto, multa'que incidente plębeijs prope omĩbus voluntate absoluendi eum, si tũc tempus ipse consuluisset, ostẽdit talem verborum arrogantiã, adeòque contẽpsit eos, vt progrediens negaret nihil dictorũ à se senatui aduersus multitudinem, neque vt aliter de eis sentiens ad cõmiserationẽ, precesq́ue conuersus est, imperareq; nulla in re iudices ipsos censuit oportere, tanq̃ nullã habẽtes eos legitimã potestatem, siq; se aliquis sub cõsulibus accusare vellet siue operum satisfactionem repetens, siue verborum, vbi lex est, paratus erat iudicium subire. Trãsiẽs aũt ad plębeios dicebat, Quandoquidem vocabãt ipsi se partim exprobraturum esse iniquitates eorum, & cupiditates, quibus vsi erant in secessione, & in reditu, partim vero consulturum, vt iam aliquando cohiberent, comprimerent'que improbas cupiditates, posteàque conuersus ferocissime eos oĩes attingebat, maximéq; tribunos. Inerat enim sermonibus, non vt ciuis edocentis populum probabilis verecundia, nec vt priuati multis odiosi temperans erga iras potentiorum cautio, sed vt inimici subiecto sine metu vituperantis impotens bilis, quædam'q; grauis male patientis hominis superbia. Ita'que dicẽte ipso multa exorta est tumultuatio hinc, at'que illinc crebro distracta, vt in dissidente, nec eadem volenti multitudine, alijs quidem lætis ex sermonibus eius, alijs verò dolentibus. & vbi desijt loqui

Martius.

maior

maior adhuc clamor atque tumultus astitit. Nam patritij clarissimum virorum ipsum appellantes fiduciam eius laudabant, solum'que ipsum ex omnibus eis liberum demonstrabant, vt qui neque superuenientium hostium turbam timuisset, neque ciuium idem arrogantes, & iniquas leniret iras, plębeij vero ægreferentes improperia grauem illum, & amarum, & plusquam hostes omnes sibi inimicum appellabant, multum'que prompti erant iam aliqui, quibus erat multa facilitas ad præhendendum eum, legé'que perdendum, assentiebanturque eis in hoc, rē'que suscipiebant Tribuni, maximé'que sicinius: tradebat talibus cōsilijs habenas. Postremo vbi multum sui decursum fecit, animosq́ue incendit plębis multum spirans finem accusationi intulit, quod morti eum damnaret collegium magistratuū contumeliæ in ædiles causa, quos hesterno die ducere ipsum iussos pulsans repulit. Nō enim esse aliquorum aliorum hoc Imperium in ministros suos, quàm iubentium. His dictis duci eum iussit in superstantem foro collem, est em̄ locus is rupes vasta, vnde eis mos est deijcere aduersarios. Ibant igitur tanquam manu capturi ipsum ædiles. Patritij vero acclamantes alte, conglobatique impetum in eos fecere, deindé'que plæbs in patritios, erat'que multus rerum inornatus, multęque ab vtrisque verborum contumeliæ, & impulsiones, manuum'que superuentus. Desiere vero, temperaré'que coacti sunt motus vi irrumpētibus in medios eos consulibus, atque iubentibus lictores sedare turbam, tanta erat magistratus eius verecundia tunc hominibus, tam'que erat æstimatus regiæ potestatis honor. Quibus ex rebus mœstus, perturbatusq́ue sicinius, plenusque cautionis, ne cogeret diffidentes violenta violentis repellere, né'que dignans conatu absistere, quando semel incœperat, neque manere valens in iudicatis à se in multa cogitatione erat, quidnam agi oporteret. Videns autem eum consilij inopem Iunius ductor ille multitudinis, qui machinatus erat, quibus conditionibus fierēt reconciliationes, vir cum in cęteris acer, tum ad vias inueniēdas in vijs, adijt eū solum solus, subiecit'que ei, ne sit ad contendendū peruicax, in ornatu feruenti, & iniquo videns patritios irritatos, atque paratos omnes, si vocentur à consulibus ad arma, plębisque partem firmissimam dubitabundā, nec amanter suscipiētem virum omniū, qui in vrbe sint, illustrissimū morti tradi, & eum quidem indemnatum, consulebatque ei, vt tunc quidem cederet, neq; obuius iret consulibus, ne maius aliquod malum ageret, vocaret autem in ius hominē, tēpus quantumcunq́ue pręfiniens, daret'que ciuibus calculos ferendos de eo per tribus, & quod plures decreuissent faceret. Esse em̄ tyrānicum, ac violentū id, quod nūc conaretur perficere, pręsidere eundē accusatorem, & iudicē, moderationisque pœne dominum. Ciuile vero esse potientē defensionis consularē secundū leges, quodcūq́ue pluribus iudicibus videatur, pati, persuasus est. His sicinius nullū vidēs consiliū melius, progrediēs dixit, studiū videtis plæbeij in acerba, violata'q; opera patritiorū, quēadmodū viro vno arrogāte, totā'q; lædēte ciuitatē minoris faciūt vestrā multitudinē. Nō tamen opus est similia istis fieri, & in caput nos trudi incipientes bellum, aut defendentes. Sed quandoquidem decentem permittunt quidam prætextū, legem, quæ non sinit indēnatum quēq̄ ciuium necari, cui legi auxilium ferentes punitione hūc eripiunt, concedamus eis hoc iustum, quanquam

Sicinius.

Iunius.

Sicinij verba.

nihil ipsi ab eis legitimũ, neque iustum accipientes, & ostẽdamus quod gratiosis potiusquam violentis volumus meliores esse, lędentibus nos ciuibus. Vos igitur nũc abite, & venturum expectate tẽpus non multum ipsum, nosq́ue interim parantes, quæ vrgent, tẽpus statuemus viro dicendæ causę, & sub vobis iudiciũ faciemus. Quando autem eritis: calculorũ ex lege domini ęstimate eum quacunq́ue pœna inuenietis dignum. Ac de isto hęc tantum. De frumenti vero pręcio, ac distributione vt ex iustissimo fiat more nisi aliqua his, & cõsulibus cura adsit, nos diligentiã adhibebimus. His dictis dimisit contionẽ. Post hęc autem congregantes senatum cõsules, speculabantur per otiũ, quęnam fieret pręsentis turbę dissolutio. Visum'que est eis primum quidem leniendam esse plæbem beniuola admodum, commodaque annona. postea'q; persuadendum pręsidẽtibus ei, vt in senatus gratiam quiescant, neque Martium in iudiciũ deducant, sique minus, persuadeant, vt causam in longissima reijciant tempora, donec irę languidiores sint multorum. His decretis attulere senatusconsultum de annona in plębem, laudãtibus'que omnibus confirmarunt. Erat aũt tale quiddam esse pręcium rerum venalium cotidiani victus, qualia pręcipue fuerant ante ciuilem seditionem. A tribunis vero multis petentes precibus, neque integram inuenientes remissionem, in quantum tẽporis postularunt, dilationem accepere, machinabãturq; morã alteram occasione vtentes tali, legatos missos ex sicilia à tyranno aduehẽtes populo frumentũ dono, abnauigãtes'que, deinde domũ Antiates misso piratico nauigio ceperunt non multum auectos à portu, ac pecunias eorũ, vt hostium, in emolumentum suum verterentur, conclusos'q; habebãt eos in custodia. Quibus rebus

Romani aduersus Antiates

cognitis consules decreuerant exercitum in Antiates, quãdoquidem missa eis legatione: nihil facere voluerant iusti. Habito'que delectu robustorum exiuerant vtrique decreto facto de dilatione priuatarũ, publicarum'q; causarũ, donec in armis essent. Fuit autem tẽpus illud non quantũ ipsi putauerant, sed longe minus. Nam audientes Antiates exisse cum totis viribus Romanos, ne minimũ quidem temporis sunt aduersati, sed multis cum precibus placantes eos corpora captiuorum siculorum, pecuniasq́ue reddiderunt, ita vt coacti fuerint Romani dimitentes exercitum in vrbem regredi. Sicinius autem tribunus plæbem in contionem congegans, prędixit diem, qua etiam perfecturus iudiciũ de Martio, aduocauit'q; plębeios, qui in vrbe erant, vt venirent cõfertim, ad cognitionẽ causæ, & qui per agros morabantur, vt omittentes interĩ opera eadem die pręsto essent, tanquã laturi ipsi de libertate, de'que salutę totius ciuitatis suffragia, denuntiauit'que Martio etiam vt adesset descensioni, tãquã nullius nõ potiturus circa iudicia legitimorum. Consulibus autem deliberantibus cum senatu visum est, minime negligendum esse fieri dominã tantę potestatis plębẽ, inuentaque est ab eis ratio inhibẽdi iusta, atq; legitima, qua vtẽtes se oĩa aduersariorũ cõsilia discussuros arbitrabantur, posteàque aduocatis in colloquium pęrsidentibus plębi, vt cum idoneis venirent, dixit Minutius talia. Videtur nobis tribuni oportere, vt totis viribus seditionem omnem vrbe eijciamus, nec vlla de re aduersus plæbem peruicaces simus, maxime cum vos quo'que à violentis videamus ad iusta, rationem'q; veniẽtes. Hui⁹ ãt sentẽtię cã vos laudãtes veniam⁹ oportere putam⁹ senatũ ĩci pe emittẽtẽ

Minutij verba.

ipsum

ipſum præcōſulta, vt mos eſt, nobis prius. Poteſtis eñ & vos atteſtari, quod ex quo vrbē hāc cōdidere maiores noſtri ſēper ꝑſeuerarit habens hūc honorē ſenatus nec plebs vnq̄ de aliquo, quod nō ante ſenatus conſuluiſſet, iudicauit, aut tulit ſuffragia, nec nunc modo ſed ſub regibus etiā quęcūq; ſenatui viderentur efferētes reges ad populū ſanciebāt. Ne vos igitur hoc ius noſtrū auferte nobis, neque veterem hanc conſuetudinem, pulchrāque delete, ſed ſenatū edocentes cuius iuſtę moderatæ'que rei indigeatis, quodcūque ei videbitur huius populū declarate dominū. Talia dicentibus cōſulibus non recoepit ſermonem Sicinius, nec illius ſenatum volebat fieri rei dominū. Collegę vero eius Lucij v tentes ſententia cōcedebant fieri præcōſulta, iuſtū quiddā ipſi quoque facientes procationem, quā non licebat cōſules nō recipere. Volebāt.n.ſenatores permittentes ipſis quoque dicendi poteſtatem pro plebe agentibus, & ijs, qui pro ea ſentirent, aut contraria vellent, dicere, poſtquā omnes audiſſent cōſiliarios quodcunque eis videretur iuſtum, reiquepublicæ vtile ipſos declarare, ferréque omnes ſententiā, ſicut in examine legitimo obſtrictos iuramento, & quod plures probarent ſententię, id eſſe ratum. Cōcedentibus autem conſulibus ſenatuſcōſulta fieri, queadmodū poſtulabāt tribuni, ſic tūc diſceſſere. Diéque poſtero aderāt in curia ſenatores, quibus declarantes conſules cōpoſita cū tribunis ipſos aduocarūt, iuſſerūt'que eos de q̄bus venirēt dicere, progrediens'que Lucius is, qui conceſſerat præcōſulta fieri: talibus vſus eſt verbis. NON vos quidem latet patres quod eueniet, quod apud plebem aduentus ad vos noſtri cauſa accuſatorē habebimus pręcōſulti virū eā, quam nos habentē poteſtatem, qui nō oportere putauit ea, quæ lex dat nobis, à vobis petere, nec in partem beneficētię quod debitū eſt accipere, periculum'que nec id minimū reijcimus in iudiciū ſubducti, ſed tanq̄ transfugę, proditores'que damnati turpiſſima patiemur, ſed quāquā horū non ignari venire inter nos ſuſtinuimus iuri fidentes, ac vos ſicuti iurati eſtis ſententias eſſe laturos. Leues eñ nos ſumus, vt de tantis dicentes rebus, & lōge magis q̄ conueniret inferiores, at non inanes ſanè res, de quibus dicturi ſumus. Adhibete igitur his mentē, ſi quæ vobis videbūtur iuſtę, reiquepub. vtiles. Addam etiā quod neceſſarię cōcedere volentes ipſi nos eis potiri: Dicam autem de iuſto primū. Vos cū reges expuliſtis patres nobis ſocijs, remquepub. in quam nunc ſumus conſtituiſtis, quā non repręhendimus, videntes ipſi deteriores in rebus iuſtis plebeios, quotiens aliquid eueniebat inter eos, patricios'que deferentes (erant autem ea multa) legē confirmaſtis, vſi Publij valerij ſententia alterius conſulū, licere quibus plæbeijs vis inferretur à patricijs prouocare iudicia ad populū. nec tam re vlla alia, q̄ hac lege, ciuitatem in concordia cuſtodiſtis, ſuperuenientes'que repuliſtis reges. Hanc igitur proferentes legē de his, quibus lęſi omnes: violatique eſſe dicimur ab hoc Caio Martio, vocamus eū ad populū, iubemus'que ibi iuſta dicere, nec hic opus pręcōſulto eſſe. De quibus.n.leges nō ſunt, de his vos eſtis pręcōſulendi domini, populus'q; decernēdi. Lege vero exiſtente immobili, etiā ſi vos nihil præconſulueritis: vtendū eſt ea. Non.n.dicet hoc aliquis, quod priuatis, ſi lædi eos accidat, oportet firmā eſſe de iudicijs ad populum prouocationē, nobis vero tribunis irritā. Leges.n.cōceſſioni huic innitūtur, ac propterea periclitaturi ſub vobis iu-

dicibus venimus,nõ scripto autẽ,nec lege posito. Nam iusto aliquo nolumus patres plus habere quã vos plæbẽ, neque esse deterioris iuris eos,qui vobis cũ multa,magna'que bella pertulerint, vt'que eis vos liberarent multã ostenderint prõptitudinẽ,& vt nullius imperata faceret ciuitas,sed ea alij iusta facere imperaret non minimam attulerit causam. Sic enim vobis haud minus patres habere iustorum dabitur. Si nitẽtes in nostra corpora, & inique in libertatem conãtes agere coercebitis,iudicij eis subijcientes metũ. Magistratus enim putamus & pręsidentias, & honores oportere virtuti,ac fortunę excellentium inter vos imperitiri. Lędi vero in nullo,ac quorumcunque aliquis patiatur pœnas cõuenientes sumere,ęque esse,& cõmunia his,qui eiusdem participes sunt ciuitatis censemus iustum. Vt igitur istis vobis magnis,& illustribus cedimus,sic nobis æqua, cõmunia'que relinquimus,& hæc satis de iusto,cũ multa alia dici possent. Quod autẽ conferat reipublicę hæc fieri,queãdmodũ censet populus, pauca me percurrentẽ patiamini. Age enim, si quis vos roget, quod maximũ putetis esse occupantiũ ciuitates malorum, & celerrimi exitij causam an non vtique seditionẽ dicetis? Mihi enim sic videtur. Et quis est vestrũ tam fatuus,aut absurdus,aut vltra modum perosus licere vocis æqualitatẽ, qui non videat, quod facta plębi potestate iudicandi causas, quas ei licet ex lege in concordiã reipublicæ administrabimus. Si vero fiant contraria, & auferatis nobis libertatem (auferetis nam'que eam iudicium, legem'que adimentes) diffidere nos rursum cogetis, bellum'que vobiscum gerere. Ex qua enim vrbe sublatum est ius,& lex, in eã seditio solet, bellum'que ingredi. Quicun'que enim experti nõ sunt calamitates ciuiles, minime quidem mirum est, si ob inexperientiã malorum nequaquã ferunt ægre quæ fiunt grauia, neque inhibent multo ante euentura. Quicunque vero, vt vos,in minima constituti pericula cupide se exoluerint facientes,quę tempus poscebat, dissolutionẽ malorum, his quænã decens,aut mediocris relinquitur excusatio,si se in easdẽ adhuc fortunas conferant? Quis non multã vestrã damnet amentiã, & insaniam cogitans,quod pauloante ne discederent à vobis plebeij, multa præter sententiam tolerastis? quorũ quędã neque pulchra erant fortasse,neque vtilissima. Nunc autẽ neque in pecunijs lędendi, neque in fama,neque in alia vlla prorsus rerum cõmuniũ vt gratificemini plębis osoribus, rursus plebeios impugnabitis, non vos quidẽ, si moderati eritis. Libenter enim vos interrogarẽ, quã sententiam tunc sumentes nobis reditum quibus voluimus cõditionibus concessistis,an eligentes per ratiocinationẽ optimum,an cedẽtes necessitati. Si enim ista opinati estis vrbi vtilissima,cur nõ eis adhuc statis, vel si ea necessaria, neque aliter fieri recipiẽtia, siue etiã ex ratiocinatione sint facta, rectũ cõmodũ'que spectãtes ciuitatis, quid succẽsetis iam factis? Pricipiũ forsan oportuit nõ cõcedere,si poteratis. Cõcedẽtes autem nõ amplius incusare quæ gesta erãt (mihi enĩ videmini patres in reconciliationibus sentẽtia vsi optima) quibus quidẽ venit necessitas, vt seruetis cõuẽtiones factas. Deos enim dedistis nobis sponsores fœderum, multa'que,& acerba imprecãtes ijs,qui ea transgrederẽtur, eorũ'que posteris in perpetuũ, ac quod iusta postulemus, & vtilia, quæ vos valde necesse est facere iusiurandi memores, non video quis oporteat plura apud scientes dicentẽ

molestiã

molestiam vobis afferre. Quod autem non parua sunt quę nos vrgeant, ne certamen hoc relinquamus, nec vi cedentes, nec fraude adducti, sed magna ipsi necessitate ad id venimus, grauia, & plusquã grauia ab hoc viro passi, discite ò patres, immo reminiscamini (nihil enim quod nesciatis vos omnes dicemus) sensúq; vtamini proprio ad ea, quę dicẽtur cogitantes si plębeiorum nostrũ aliquis conaretur dicere apud multitudinẽ, aut agere aduersum vos talia, qualia ausus est Martius hic dicere, quali essetis patres in eũ affectu? Sponsiones enim pro concordia senatui immobiles, atq; tantũ non adamantinis vinculis firmatas, quas neq; vobis, qui iurati estis, neq; nepotibus, aut posteris vestris fas est dissoluere, quoad hęc Vrbs habitabatur, primus ex vobis conatus est hic Martius dissoluere, Anno nondum quarto, ex quo hę cõfectæ sunt quarto, nec silentio dissolutionem tractans, nec in obscurũ quodammodo descẽdens locum, sed palàm hoc in loco vobis omnibus præsentibus sententiam declarans, quod potestatem tribunitiam oporteret euertere. Cui primę, soliq; libertatis custodi fidentes ipsi reconciliati sumus, nec in hoc perstitit insolentię, sed appellans contumeliã libertatem pauperũ, potestatem'q; æquam dicendi tyrannidẽ hæc adimi suasit nobis, & quod omniũ longe impium postulatorum ab eo fuit recordamini patres, cum dixit, pulchrũ esse tẽpus cõmemorãdi plębeijs omnes, quę fuerunt in prioribus obiecta temporibus, iras, admonebat'q; quẽadmodũ asperrime vixissetis ob incõmoditatẽ, ac iãdiu caruissetis necessarijs alimẽtis, vt omnia ei permitteretis detinẽtes forum in eadem penuria cibariorum. Non enim resistere in multũ tempus nos posse cibaria ementes pauca magno pretio pauperes homines, sed abituros esse alios Vrbem relinquentes, & quicun'q; remanerent infelicissimo perdẽdos fato, hic'q; ita insanuit. Deiq; hostis erat vobis hæc suadens, vt nec illud considerare periculũ potuerit senatum fœdera dissoluere postulans, quod pauperes homines necessario alimonio exclusi tanta ipsi multitudo irent aduersus auctores calamitatis suę nihil amplius amicũ existimantes, siq; vt furentes vos sententiam eius cõfirmassetis, nihil vtiq; relinqui mediũ, sed aut ꝑditũ iri omnẽ plębeiã multitudinẽ, aut patritiorũ genus. Neq; eñ tã seruiliter nos exhibuissemus, alij ad excedẽdũ patria, alij ad moriendũ, sed dijs, genijs'q; testibus eorum, quę pateremur, aduocatis multis scite clare repleuissemus fora, cõpitaq; cadaueribꝰ, magnũ'q; sistẽtes sanguinis ciuilis craterem, sic vtique suscipissemus debitã facto sortẽ. Horum nobis malorum euentuũ patres introductor fuit, concionarique talia oportere putauit Martius. At ea quidem conatus est dicere, ex quibus Vrbem diffidentem efficeret. Agere vero qualia dixerat nõ est aggressus, immo vero cateruã habens secum hominũ ad ministeriũ omne paratorũ vocatus ad magistratũ nõ modo non paruit, sed ministros quoque nostros cum iussi ducere eũ vellẽt, verberibus afflixit, ac ne à corporibus quidẽ nostris postremo manus abstinuit, ita vt nobis liceat quãtũ in hoc fuit nomẽ decens inuiolabilis magistratus ad irrisionẽ positũ ducere: officiũ vero magistratui assignatum nullo modo agere. Quo eñ pacto nos alijs, qui se violatos dicãt auxilio erimus, quibus ne ipsis quidem adest securitas? His igitur contumelijs affecti pauperes ab vno homine nec dũ tamẽ tyranno, sed futuro & hæc iã passi acerba, alia'q; patres passuri, ni pars vestrũ maior

obstetisset, non immerito fortasse indignemini, & auxilio aliquo potiri nec sine vestra simul indignatione oportere nos putamus ad iudiciū æquum, legem'q; eū aduocantes, de quo diuisa in tribus multitudo cōcessa rogātibus dicēdi potestatē iuratū latura est suffragiū. Age ibi ò beate ea, quę hic es dictur⁹, apud ciues omnes cōgregatos defendito siue ab optimo sensu cōsuluistis his pręclara, cōferāt'q; si fiant ista reipub. siue quod non consulto, vel insidians, sed indulgens iræ adductus es ad hæc dira admonenda, siue quod nō reddendæ rationi obnoxij sint qui in hoc loco sentētias efferūt, siue qui nullā habes defensionem aliam, refer te à superbis, tyrānicis'que gloriationibus illis ad plębeium ò maligne, & iam aliquādo vt cęteri in delictis cape deprecantis habitum humilem, & miserabilē, quemadmodum calamitates poscunt. Non enim afferens male passis, sed submittens te seruari postula, fiat tibi clæmētiæ similitudo, qua vtens eris apud administrātes vnà rempublicā irrepræhensibilis, minimé que repræhendens ista horum bonorum opera, qui tot numero, quot nunc vides, tantas'que demonstrantes virtutes bellicas'que, & ciuiles, quas ne multo quidem tēpore percensere esset facile, nullū crudelem, neque superbum finem erga nos leues, humiles'que intulere venerabiles ipsi, & magni, sed sermones incœpere conciliatorios primi ipsi porrigentes cōditiones, cū nos ab illis diuisit fortuna, nō vt sibi existimarūt habere optime, sed vt nos ipsi postulauimus fieri, permittentes & has vltimas nuper circa annonā offensas, quas ei crimini dabamus dissoluere magni ęstimātes. Omitto cætera, sed de te ipso, déq; tua impietate, quas nō adhibuerūt preces apud omnes publicę & apud vnumquēque plębeiorū pœnam tuam deprecātes, & postea quando cōsulibus, senatuique tantā vrbem tuentibus honestum fuit, iudicem populū de q̄bus obijciebat tollerare, tibi MARTI honestū nō erit, pro'que tua obsolutione hi omnes rogare plębem minime putāt turpe. Tu vero tibi hoc ipsum pudori ascribis nec istud; tibi generose sufficit, sed tanq̄ pulchrū aliquod peregeris, ceruicē attollis, magnificeque contionans pergis, nihil'que remittens flatus. Transeo quod maledicens plębi, obijciens'que, & minās, & posteà nō odistis patres eius superbiā, si hic se tantis dignatur solus, quantis ne vos quidem omnes, quē quidē oportuit, si vos omnes pro eo bellū suscipere voluissetis, vestram quidē beniuolētiā promptitudinē'que diligere, cęterū priuatam gratiam cū iactura publica minime recipere, sed sustinere defensionem, pœnam etiam subeūtem, si oportuisset, omnia'que patiētem. Erant ciuis hæc vtique boni opera, & honestum exercētis ipsum operibus, nō verbis. Quæ vero agit nūc etiam violēt, cuius vitæ sunt signa, qualia indicia voluntatis iusiurādum transgredi, dextra fidem datam fallere, interimere conuentiones, plębem impugnare, in corpora ipsa magistratuū cōtumeliose obsęuire, nec vlli horum obnoxiū se facere, sed iudicatū ipsum, inexcusatum neminem rogātem, neminem timentem, nemini tātorū ciuium æquū se reddentē sine metu circumuagari, an nō moris hæc sunt signa tyrannici? mihi quidem sic videtur: & tamē horum sunt aliqui qui animantes ipsum, eiq; applaudentes, quibus quidē est odium insitum erga plębeios irrecōciliabile, neque possunt animaduertere, quod nō magis aduersus humiliorem ciuitatis partē nascitur hoc malū, q̄ aduersus etiam venerabiliorem, sed id putāt, quod domitis differentibus

rentibus natura partibus futura sit penes se securitas. Non sic habet sese veritas ò sententia excidẽtes optima, sed magnũ capientes conatum, quem Martius exhibet, & tempus, & externis simul, domesticis'que exemplis ad modestiã redacti cognoscite vtique, quod tẽtata aduersus plębẽ tyrannis aduersus totam tentatur ciuitatem, & nũc quidẽ à nobis incipit, victrix vero nec vobis parcet. Talia cũ dixisset Lucius, tribunique alij quę ab illo relicta videbantur commemorassent, postq̃ sententias oportuit senatorum rogari, primum quidẽ æuo maximi cõsularium ex more à consulibus vocati astitere, deinde illi, qui his duobus inferiores erant, postremo'que iuuenes orationem habentes nullam. Erat enim tunc Romanis id pudori, neque iuuenis aliquis sene sapientiorem sese haberi postulabat. Cõfirmarunt autem sententias dictas à cõsularibus. Erat enim statutum omnibus, qui adessent, sicut in examine cũ iuramẽto ferre suffragia. Verum Appius claudius, de quo etiam dixi supra, tanq̃ maxime perosus plæbem patriciorũ omniũ neque vnq̃ ex recõsiliationibus cum ea lętus nõ permisit senatusconsultũ fieri talibus vtens verbis. Voluissem equidem, sępius'que rogaui deos, me decipi sentẽtia, quàm de plębis recõsiliationibus habui. quippe qui nec pulchrum aut iustum, neque vtile nobis opinabar, exulum fore reditum, semper'que quotiens proposita est eius rei speculatio primus primũ omniũ, postremo'que solus cum mihi cęteri obsisterent aduersatus fui. Vobis vero senatores spes in melius concipiẽtibus, plębique omnia iusta'que & iniusta prompta largientibus visum est sentire prudentius. Postq̃ igitur, nõ vt volebam, sum'que precatus deos, sed vt putabam, res euenere, transeunt'que in inuidiam, odiũ'que gratiæ repræhendere in vobis delicta, męroréque vos superuacue afficere, quod est facillimũ, & vt frequẽtius omnibus cõsuetum, id haud multo post futurum videns nũc sinã. Quibus vero pręterita corrigamus quęcun'que omnino nõ insanabilia, deque pręsentibus melius sentiamus ea conabimur dicere, nec me latuit quod insanire, moriturus'que aliquibus vestrum videbitur sententiã efferens de his liberã, neque cogitans quãtis subiacet periculis oratio licenter habita, neque Martij calamitates, qui non ob aliud nunc in discrimen venit de anima ratione discutiens: sed nõ puto oportere queq̃ maiorem sue quam publicæ securitatis habere rationem. Datum enim est iam periculis vestris corpus meum patres, ac deuotum de repub. certaminibus, ita vt quicquid numini visum fuerit cum omnibus, & cum paucis, sique necesse sit, & solus generose sim passurus. Donec autem animã retineam nullus me metus distrahet, quominus dicam quę sentio. Primũ quidem hoc iam aliquãdo scire vos clare volo, quid infestam, inimicamque habetis huic reipub. cõstitutioni plębeiam turbam, & quodcũque ei molliter cõcessistis inaniter est vobis absumptum, fuit'que aliud contemptus vestri causa, quasi omnia sit à vobis necessario, ac non beniuolẽtia, iudicio'q; concessa. Considerate enim queadmodũ hęc plębs cum à vobis desciuit arma capiens ausa est hostis palàm fieri, quũ læsa quidem nihil esset, sed nõ posse suis creditoribus persoluere æs alienum se simulans, cũ'q; ei decreuistis pecunię creditæ dimissionem, impunitatem'q; eorum quę per defectionem peccauerat, nullo amplius indigere se dixit. Cognouerãt plures vestrũ, Non enim omnes decępti fuistis à consiliarijs, quod nunq̃ vtile futurum esset,

Finis orationis Lucij.

Appij Claudij oratio.

irritas facere leges de fide constitutas, ac nullius earũ, quę tunc factæ erãt, iniuriarum reminisci. Non suffecit potiri ei hac gratia, cuius solius reminiscens, dixit factam esse secessionem, sed statim alterũ munus petijt maius isto, & iniquius, potestatem sibi fieri creandi quotannis corporis sui tribunos, vim pretendens ea vestram, vti lęsis, aut violatis pauperibus auxilium aliquod, profugiũ'q; existeret, vt vero res habet sese, insidians ornatui reipub. inq; popularem statum constituere res volẽs. Et hũc vobis persuaserunt consiliarij magistratũ sinere vrbẽ ingredi malo ipsum aduenientem publico, maximéq; in senatus inuidiã. me, si quidem meministis, clamante multũ deos, genios'q;, & homines testante, quid in vrbem intestinũ bellũ. ĩextiguibiléq; introducetis? & quęcũq; euenere vobis prędicẽte Quid enim fecit nobis deinde hæc plæbs frugalis, postq̃ ei hunc etiã cõcessistis magistratum. Haùd moderata est tantam gratiã, neq; eam verecunde, & temperanter, sed vt à timentibus vim suam vobis, & succumbentibus accœpit, atq; sacrum, & inuiolabilem designari oportere eum magistratum dixit iuramentis stabilitum, maiorem ipsa honorẽ petens, quàm vos consulibus dedistis. Tollerastis hoc etiã, atq; omnes super exta, sacrificia'q; iurastis. Quid igitur fecit potita hoc quoq; ipsa loco gratię habendæ vobis, seruandique morem patriũ reipub. incipiens ab his plusquã debitis, & his vtens iniquitatibus vt instrumento ad postera leges intulit, non ante consultas, de eis'q; ferens suffragia pręter vestram sententiam. De ijs quę vos intulistis, senatusconsultus mentẽ non adhibuit, atque consules vt non recte tuentes ciuitatẽ, & egressos vestras pactiones accusauit. Multa autem sunt, quæ non potest speculari humana ratiotinatio, sed nõ fortunã vt dixi, sed intellectum vestrũ accusate, insidias à nobis fieri sibi simulans, ac timere, ne libertatem sibi adimatis, eijciatisúe patria, ipsa in vos ista machinatur, & quod timere se dicit ne patiatur nõ aliud obseruans deprǽhendit, quã vt præueniẽs faciat. Declarauit sanè istud sępius quoque antea, vt de multis, quę ꝑegit reminiscamini impræsentia. Maxime vero Martiũ hunc virũ bellicosum, nec ex obscuris progenitoribus, neque ipsum virtute quouis nostrum inferiorẽ insimulans, insidiari sibi, ac malignas hoc in loco de se dicere sentẽtias indemnatũ conata est occidere, ac si hanc rem non acerbissimã duxissent consules, & ex vobis q̃ meliora sentiunt cõuersi essent, compescuissent'que eorũ iniquitatẽ vnà, ac tunc die priuati essetis omnibus, quęcũque patres multis acquirentes laboribus vobis relinquere, & quæ vos quoque habetis ipsi non minora, quã illi discrimina subeũtes dignitate, prĩcipatu, libertate. Generosiores autem neque viuere, nisi viuendũ cum his bonis esset, expetentes, etiã anima priusquã hæc auferretur, alij statim, alij non multo post. Quid enim erat quod prohiberet turpiter, tam'que improbe Martio hoc arrepto, tanquã in solitudine, méque post hũc dilacerato ab inimicis, ac cæteris quicunque vnquã aduersati, deinceps'que aduersaturi sint iniquis plębis cupiditatibus. Nõ em̃ ei suffecisset tollere nosduos è medio, nec hucusque ea progrediens abstitisset iniquitate, si de futuro opus est ex pręteritis coniecturam facere, sed à vobis incipiens obsistentia sibi quęque, nec cedentia, tanquã torrens irrumpens magnus pertraxisset, & asportasset, non ipsa quidẽ nobilitati parcens aut virtuti, aut ætati. Has vobis patres pulchras retributiones pro ijs, quæ accę-

pit,multa'q;,& magna plębs alias iam retulit, aliasq; relatura est,nisi à vobis adsit quod prohibeat. Age illud nunc etiam cogitate,quod post hoc opus vestrū generosum, & modestum fecit, vt cognoscatis,quonāmodo inferre ei vos oporteat. Illa igitur vt vos vidit non ferentes amplius eius contumeliam, sed ire obuiam parantes iniurię,compescuit se,parūper'que resipiens,vt ex crapula aut insania,à violento quidem dicessit,ad iudicium'que conuersa est, diem'q; huic viro dixit, vt iudicium subituro,cuius ea accusatrix, & testis,iudexq; futura esset, magnitudinisq́ue supplici domina. Vbi verò huic etiam obstitistis,existimantes nō ad iudiciū,sed ad supplicium vocari hominē,vidēs ipsa, quod nullius sit absoluti iuris potens,sed quæ vos ante consulueritis decernendi domina,ex arrogantia,quàm tunc flabat,multa subducta nunc est,& vos rogatum venit,vt hanc quo'que cōcedatis sibi gratiam. Cogitātes igitur hęc sentitis iam aliquando,& discitis,quod quęcūque magis fatue,quā prudenter ei concessistis calamitatē, ac detrimēta vobis attulere,atq; vbi generose perstātes iniquis eius,violentisq; aduersati estis ista vobis in oportunū,cōueniens'q; exiuere. Quid igit͛ sciētes vos admoneo,& quā sententiā de pręsentibus sum allaturus? Quęcūq; plæbi elargiti cōcessistis dissoluētes aliquādo inimicitiā quoquomodo esse firma custodiēda, neq; esse tūc concessorū quicq̄ nō seruandū nō tanquā pulchra ipsa, & vrbe digna? vnde em̄, sed vt necessaria,nec iā recipientia correctionem. Quęcun'q; verò pręter ista violēter, & iniq; agēs inuitis vobis conatur capere neque ei concedenda esse, neq; permittenda,sed verbis,operéq; aduersari oportere omnes simul,& seorsum quēq;, neq;.n.si delinquit semel aliqs, siue ille exoratus,siue coact⁹,opus est reliqua etiā similia peragere,sed illius potius memorē,ne cętera fiant talia,considerare. Hæc sunt igitur, quorū vos om̄es cōmuniter oportere esse scientes puto, atque parari aduersum iniustas plębis cupiditates,& vt hoc quoq;, de quo nunc consultādum est,speculemur, est id cæteris incœptis eius iniustis,& iniquis persimile,ac quod non vt tribunus vos decipiēs conatus est ostendere iustū sit,& moderatū discite, qui hoc nondum clare scitis. Lex quidem, quę est de iudicijs plębeiorum, cui maxime innititur Lucius,non aduersum vos scripta est patritios,sed ad tutelam violatorum plæbeiorum, vt declarat scribens ipse nullam habens ambiguitatem, & vos omnes semper dicitis scientes probe. Magnum autem huius est signum id quod iuris quoque omnis dubitabilis examen est optimum: tempus, decimus iam, & nonus annus, ex quo lex est hæc posita, in quo omni non habet Lucius quàm ostendat causam, neque publicam aduersus aliquem patriciorum tentatam per hanc legem, neque priuatam vllam. Quod si dicet se habere, ostendat, nec amplius indigemus ratione. Conuentiones autem, secundum quas nuper dissoluistis cum plębeijs contentionem (oportet enim de his quo'que vos discere, quandoquidem paruus fuit enarrator earum tribunus) hæc duo concessa compręhendunt: liberari ære alieno plæbeios, & magistratum aliquem, hunc. s. creari quotannis auxilij violatorum, vimque prohibendi gratia: aliud'que extra hęc nihil. Maximum autem argumentum, quod nec lex fœdera dant iudicij aduersus patritios, exercendi plæbi potestatem. Fiat vobis istud, quod nunc plæbs ipsa facit. Petit enim hoc à vobis, tanquam non habens prius. Nemo enim po

ſtularet accipere ea ab alio, quorum eſt lege dominus. Iuſtum autē natura patres, nec lege poſitum quonam iſtud pacto eſſet. Nam & hoc vobis Lucius ſpectandum putat in plæbeis, ſi rei fiant à patritijs, ſiue ipſi accuſent, & perſequantur: illas cauſas plæbem iudicare: in patritijs neque quando in iudicium vocent ipſi plæbeium aliquem, néque quando periclitentur eſſe eos de controuerſijs iudices, ſed iſtis quidem licere vtra'que habere plus æquo, nobis verò neutrius horum eſſe iurium participibus. Quod ſi aliqua in re leſit plæbem Martius, ſiue alius qui vis noſtrum, eſt'que iuſtum eum mori, aut patria excidere, non apud eos ille iudicatus, ſed hic pœnas, vt eſt iuris, dato niſi forſan Luci plæbs quidem erit æqua iudicatrix, néque ſibi in aliquo gratificabitur ferens de inimico ſuffragia. Hi vero ſi fiant ſuffragiorum domini pluris ledentem facient, quàm ab eo lęſam vrbē execrationi obnoxij, & periurio, odium'que ab hominibus, & à deis iram ex hoc iudicio laturi, & cum mala ſpe victuri. Haud æquum cenſeo vos plębeij iſta de ſenatu cōiectare, cui & honoribus, & magiſtratibus, cæteriſqúe in vrbe clariſſimis confitemini vos propter virtutem cedere, magnaſqúe habere dicitis gratias voluntatis, quā demonſtrauit ad veſtrum reditum. Pugnant eñ hęc inter ſe, nec admittunt rationem: quos laudatis, hos timere: & eiuſdem permittentes maiora, in alijs diffidere, cur non vna vtentes ſententia aut omnia eis creditis, aut de omnibus diffiditis: ſed ad iuſta præconſulenda idoneos eſſe ipſos exiſtimatis, ad iudicandum verò de eis, quæ præconſulerint minime idoneos. Multa patres alia quo'que habui, quæ de iuſtis dicerem: ſed hæc ſufficiunt, ac quandoquidem de vtili conatus eſt Lucius dicere, tanquam bonum quidem concordia ſit, acerbum vero ſeditio, ac quod colentes plębem concorditer rempublicam adminiſtrabimus, prohibentibus verò patritijs, quos illi volunt exulare, aut necari in inteſtinum conſtituemur bellum, multa habens, quæ poſſem dicere, vtar equidem pauciſſimis, ac primum quidem mirandam habeo Lucij diſſimulationem (non ego ſanè fatuitatem) ſi qui nuper inciuiles actiones tranſiret ſentire putat vtilia ſe melius, quàm nos, qui in eis conſenuimus, & vrbē magnam ex parua fecimus: deinde ſi ſe perſuaſurum nobis putauit, opus eſſe tradi vnum inimicis deditum ad ſupplicium, & eum quidem ciuem noſtrum, nec obſcurum nec inanem, ſed quem ipſi bello clariſſimum eſſe ſcitis, inque vita temperatiſſimum, & ad ciuilia adminiſtranda nemine inferiorem. Et iſta quidem auſus eſt dicere ſciens, vos maximo pudori ducere, ſeruos, ſiue etiam inimicos huc profugientes excludere hac humanitate. Quod ſi contrarijs ſtudentes Luci nos cognouiſſes, erga'q; deos impia ſentientes, & iniuſta erga homines agentes, quodnam opus cōſuluiſſes nobis iſto grauius ſuſtinere, ex quo funditus omnino om̄es dijs, hominibuſq; inuiſi perderemur. Non egemus te Luci conſiliario, nec in ciuilibus deditionibus, nec in alijs rebus, quæ à nobis agendæ ſint vllis, neque ſenſu peregrino nouorum hominum putamus oportere propria iudicari commoda, qui ad hancvſq; ętatem ſumus per multam experientiam infelicium, felicium'que bellorum trangreſſi, neque minas quibus nos terretis non nunc primum à vobis inductas, ſed iam ſæpius, & à multis vibratas, timemus. ſed tradentes ſolitę mā ſuetudini eas nequaquam attoniti ferimus, ſique facietis ſimilia his quæ, dicitis,

repugnabi-

repugnabimus deos habentes propugnatores, & vlciscentes incœptores iniusto rum bellorum, hominum'que manum sociam non exiguam. Latini enim qui bus nuper ciuilitatem æquam dedimus, omnes nobiscum erunt, vt pro patria iam hac vrbe certantes, atque deductæ coloniæ multæ hinc, & bonæ, plurimi facientes, metropolim suam seruari opem ei ferent, siq; in necessitatem nos concludetis omnis vndique auxilij contrahendi sustinebimus LUCI, seruos in libertatem vocantes, at'que hostes in amicitiam, & omnes homines in societatem spei de victoria obuiam vobis ire. Nullius autem horum opus sit Iuppiter, & dij cæteri vrbem ROMAM obtinentes, sed ad verba vsqúe terribilia ista processerint, opus verò ex eis nullum fiat minime gratiosum. Et hæc quidem APpius Claudius dixit. MANCIUS autem Valerius, ille senatorum omnium popularissimus, & qui in reconciliationibus plurimam promptitudinem demonstrarat, manifeste etiam tunc plæbi fauens sermones habuit multæ curę plenos, obiurgans eos, qui esse vnam ciuitatem non sinerent, sed plæbeios à patritijs diuiderent, & ob paruas causas bella exsuscitarent intestina, laudans'que eos, qui putarent esse idem vtile, & commune, minora'que omnia concordia existima rent, ac docens etiam, quod si fieret, vt postulabat, iudicij plæbs domina, & hanc acciperet quodammodo à senatu volente gratiam, non vsque in finem fortasse exiret, sed contenta huius corporis potestatē habuisse ea clementius, quàm acerbius vteretur, sique rursus putantibus tribunis omnino finem liti imponendum, legitimum fieret suffragiorum domina, absolueret hunc virum crimine, illud quidem erubescens, periclitari corpus, cuius multa, clara'que opera reminisci posset, atque reddens hanc gratiam senatui, à quo eam potestatem accepisset nulli re rum moderatarum aduersaretur. Adesse quidem iudicio consulebat, simul'que defendere postulareque à plębe, ne quid grauius de hoc viro sentiret, consules senatores'que om̄es, cęteros'q; patritios multos ipsos aduenīētes. Colaturos enim non parum periclitanti hos etiam, neque parui ad salutem ipsos momenti fore, neque ipsis tantum sententiam hanc habendam, sed aduocandos ab vnoquo'que esse clientes suos, conducendosqúe amicos, & si quos haberent plębeiorū ex collatis beneficijs familiares esse eos suscipiendos, esse'que ab eis debitā ante gratiā nunc in hac suffragiorū collatione repetendā, amatricē'q; ciuitatis, prauitatemq; perosam, & frugalē modo paruā partē plębis fore demōstrabat: & hoc plus etiā, quod ad humanos casus pati aliquid, misererīq; eorum sciebat, qui indignationibus essent cum fortunæ suæ eis in humilia deciderent, fuit quo'que sermonis ei plus ad MARTIŪ cohortationē habēs mixtā admonitioni, precē'q; necessitati. Postulabat em̄, vt quando ipse causa esse segregandi plæbē à senatu insimulabatur, propter'que morum arrogantiam tyrannicus esse criminabatur, metuebātqúe omnes, ne propter eum initium fieret seditionis, & intolerabilium malorum, quę ciuilia bella afferunt, ne veras faceret, confirmaret'que aduersum se calumnias perstans in inuidiosa vita, sed personam sumens humilem, & eis, qui se violatos dicerent, corporis sui potestatem exhibens nequaquā fugeret iniustam criminationem ratione cum iudicio diluere. Hęc em̄ ei cum ad salutem esse tutissima, tū ad veram, quàm appetebat, gloriā clarissima, bene gestis'q; prius à se fore cōsen

Finis orationis Appij

Māci Valeri oratio

tanea. Quod si esset contumacior potius, quã modestior, postularet'que senatum pro se periculum omne sustinere, malum cladem adhærentibus, turpem'que victoriam applicaturum ipsum demonstrabat, erat'que eo in loco complorãs multum & quæ vrbes detinerent mala in seditionibus maxima, apertissima'que colligens, hęc'que multis cum lachrymis differens nequaquam fictis, sed veris vir ætate, dignitate, virtutéque excellens. Vbi vero permotum sensit ex his dictis senatum iam fidenter orationem aperuit. Si vero aliqui vestrum patres perturbantur, opinantes induci consuetudinem in vrbem malam, si concedatis plębi aduersum patricios ferre suffragia, nec in bonum vllum futuram tribunitiam potestatem existimant vim assumentem magnam discant se falli opinione, contraria suscipientes conuenientibus. Si enim aliquid aliud etiam futurum est huic vrbi salutis causa, & vt nunquam libertate, potentia'que priuetur, concorsque semper, & vna vtens sententia perseueret, causa maxima futurus est populus vna ad res gerendas assumptus, & quod vnica non sit reipublicæ administrandæ forma intemperans, néque per paucorum, neque per populi principatum, sed ex his omnibus mixta constitutio, quod ante omnia nos iuuabit. Facile enim in contumelias, iniquitatesq́ue prorumpit vna quę'que harum admistrationum per seipsam existens. Quando autẽ sunt permixta omnia moderate, pars quæ aliquid commoueat, & à consueto more declinet ab ea semper quę sapit, & in proprijs permanet consuetudinibus coercetur. Monarchia enim si sit arrogans facta, & sequi incipiens tyrannicas appetiones à paucis viris, strenuisque destruitur. Paucorum vero principatus ex optimis viris constans, quo & vos nunc vtimini, cũ est diuitijs, sodalitatibus'que elatus nec iusticię, nec aliarũ virtutũ nullam rationẽ habet à populo prudente dissoluitur. Populus aũt cõtinens, & ex lege administrans cũ inornatus esse incipit, & inique agere ab illustri aliquo vi occupat⁹, ad iustũ ęquũ q́ue redigitur. Vos autem patres ne tyrannis potestas fiat monarchia, quę possibilia sunt inuenistis auxilia, duos pro vno vrbis creãtes dominos, neq; eos in infinitũ tempus, sed in annum obtinere magistratum permittẽtes, nihilo'que minus custodes eis designantes trecẽtos ex patritijs clarissimos viros, & ęuo maximos, ex quibus senatus constat. Vobis autem ipsis vt maneatis in conuenienti ornatu nullam hucus'que videmini custodiam apposuisse, nec de vobis adhuc timui, ne sensibus corrumperemini ex magnitudine multitudinéque bonorum, qui tyrannide nuper vrbem diuturna liberastis, necdum otium habuistis inferendæ contumelię, aut lasciuiendi ob bella crebra & diuturna. De eis autem, qui sint post vos futuri, cogitans quot, quantasq́ue ferat longitudo temporis mutationes, vereor ne quid dimouentes ex senatu potentes homines lateant æquum regimen conuertentes in tyrannicam monarchiam. Si igitur in administratione reipublicæ socium quo'que assumatis populum nullum hinc orietur malum, sed qui plus se, quàm alios habere postulet senatu quo'que per sodalitates adiuuante conspirare volentem, agere'que iniuste (omnia enim verisimilia opus est ante prospicere de republica consultantes) à tribunis vocatus ad multitudinem magnus iste, & venerabilis reddet plæbi læui, humilique rationem eorum, quæ agit, & quæ intendit, sique agens iniuste apparuerit pœne illę, qua dignus erit, potietur.

Pulchra oratio.

tietur. Populum vero ipsum ne luxuriet talis potestatis dominus, neve ductus à pessimis ducibus cum illustribus bellum gerat (solet enim in turba tyrannis nasci) custodiet, nec aliquid agere sinet præcellens vir prudentia dictator à vobis dictus, qui absoluti quidem iuris nec obnoxia vtens potestate morbidam eximet ciuitatis partem, & quæ nondum corrupta fuerit non sinet in peius ruere, consuetudines'que, & legitima, & præclara vitæ studia disponens congrue, magistratusq́ue designans quoscunque putet moderatissime tueri rempublicã, & hæc intra semestre tempus administrans, rursum priuatus erit honorem ab his capiẽs, & nihil aliud. Hęc igitur cogitantes, ipsi & hanc formam administrandæ reipublicæ putantes optimam à re nulla populum abigite, sed vt creare magistratus quotannis ciuitatis ductores, & leges alias sancire posse, aliasq́ue abrogare, ac de bello pacéque cognoscere quæ sunt maxima, & principalissima eorum, quæ in vrbe perficiuntur, ei tradidistis, néque eorum quicquam iuris esse senatus fecistis: ita iudiciorum quo'que participem eum facite, maximéque horum, si quis ciuitatem lędere insimuletur seditionem inducens, struensve tyrannidem, aut cum hostibus de proditione loquens, aut talium malorum aliquod conetur agere. Quanto enim terribilius constituetis leges transgredi, consuetudinesq́ue mouere contumeliosis, pręcupidisq́ue plures oculos, custodesq́ue assignanantes, tanto melius habebit vobis sese respublica. Quæ cum dixisset, his'que similia siluit. Senatorum autem post eum assurgentium præter paucos reliqui in sententiam eius ibant, & cum iam scribi senatusconsultum oporteret petita venia dicendi, MARTIUS sic dixit. Qualis ego patres erga rempublicam fuerim, & quòd propter meam in vos beniuolentiam in hoc periculum venerim, & quòd mihi præter sententiam obuenerint sensus vestri omnes scitis, adhucq́ue magis scietis, cum hæc de me finem habeant. Postquam enim Valerij vincit sententia, conferunt'que hæc vobis, ego'que malus fui futurorum coniector, vt & vos iamiam decretum scribentes sciatis, quorum me causa plæbi estis tradituri, néque ego ignorem, qua sim de re certaturus iubete vtique tribunos dicere coram vobis, quodnam istud est delictum, cuius me sunt accusaturi, & quod nomen inscribunt causæ. Dixit enim hæc ille putans se ex sermonibus. quos in senatu habuisset iudicium esse subiturum, volensq́ue tribunos fateri, quod huius noxę causa eum accusaturi essent. Tribuni autem inter se consultantes aspirare tyrannidi ipsum insimulabant, iubebãt venire eum ad hoc crimen defendendum nolentes illi quod obijceretur in vnum crimen concludere, & hoc ipsum neque validum, neque senatui futurum gratum, sed & sibi faciẽtes potestatẽ quęcũ'que vellent obijciendi, & auferre se putantes MARTIO senatus auxilium, dixitque MARTIUS. Atqui si sum super calumnia ista iudicandus do me plæbeijs ipse, & sit nihil quod prohibeat decretum scribi. Placuit etiam senatorum plurimis de hoc crimine fieri iudicium duplici ratione, & quia minime calumniosum futurum esset in senatoribus, quæ aliquis sentiret dicere, & quia facile dissoluturus erat hic vir calumniam, vitam ipse æmulatus cõtinentem, & irreprehensibilẽ, scribitur'q; decretũ post hęc tẽpusque prę scribitur ad apparatũ defensionis vsque ad forũ tertiũ. Fiebant eẽ tunc ROMANIS, vt & nũc fiunt fora in

finis orõnis Valerij.

Verba Martij

Fora

dies nonos, quidam conuenientes ex agris in vrbem plębeij permutationes facie bant rerum venalium, litium'que inter se iudicia, accipiebant & de publicijs, quo rum erant ex lege domini, & quę permitteret ipsis senatus ferētes calculos ea san ciebant. Dies vero septem medios inter fora coloni ijdem multi, & pauperes in agris morabantur. Posteà vero quā decretum accæpeunt tribuni progredientes in forum multitudinem ad contionem aduocarunt, multā'que percensentes sena tus laudationem, ac decreta eis legentes diem prędixerunt, qua essent finem iudi= cio impositurí, & qua omnes adesse postulabant tanquā de maximis rebus cogni turos. Quę vbi vulgata sunt multum adhibebatur studij, & aduersę conueniebāt inter se cateruę plæbeiorū & patritiorum, horum, vt qui vlturi essent hominem arrogantissimum: illorum verò, ne fieret inimicis obnoxius, vti pro paucorū cer tans principatu. Videbatur. n. eo certamine periclitati tunc vtrisq́ue vitę simul, libertatisq́ue ius omne. Instāte autem foro tertio turba ex agris quanta nunquā anteà in vrbem conueniens forum prima luce tenuit, aduocarūt'que plæbem tri buni ad curiatam contionem concludentes finibus loca fori, in quibus curię per se singulę sistendæ erant, ac tunc primum facta est Romanis calculos viritim ferēs contio curiata, multū quidem aduersantibus patritijs, ne hoc fieret, cēturiatam= q́ue postulantibus, sicut patrius mos eis erat. Nam anteà cum laturus erat popu= lus suffragia de re aliqua, quàm senatus ei permisisset, centuriatā contionem con sules aduocabant sacra prius perficiētes, quę lex eos iubet, & quorū adhuc aliqua vsq́ue ad hanc ætatem fiunt. Conuenit enim in campū Martium, qui ante vrbē est, multitudo sub centurionibus, & sub signis statuta, vt in bello, ferebant'que cal culos, non accipientes omnes, sed per ordines quique singulos, qui cum essent cen tum, & nonagintatres, in sex diuisi collegia, primū quidem vocabatur collegiū, ferebat'que suffragia id, quod ex eis constabat qui maximi essent census, accipie= bant'que ijdem primum in bellis locum, in quibus ordines erant equitum decem & octo, peditum octoginta. Secundum autem calculi inferum erat collegium inferioris census hominum, & in prælijs subsequenti acie pugnantium, armatu= ram'que non habentium prioribus similem, sed leuiorem: eratque hęc multitudo in ordines viginti distributa, appositęque eis erant duę curię fabrorum, & aerifi= cum, & quicumque erant alij bellicorum operum artifices. Tertium vero colle= gium ordines explebant viginti, habebant'que censum minorē secundo, & ordi= nem sub illis inferiorem, arma'que non eadem cum præcedētibus ferebant. Qui vero post hos vocati erant & minorem habebant censum, locum'que in bello tu tiorem, armaturam'que habiliorē. diuisi erant isti quoq; in viginti ordines, cōiun= gebātur'q; duo eis ordines cornicinū, & tubicinū. Quintū aūt vocabat̃ collegiū eorū, qui valde parua censi essent pecunia, erant'q; arma eorū fundæ lapides'que missiles. Hi in acie nō habebāt locū, sed nudi, leuesq́ue cū armatis militabāt in triginta diuisi ordines. Pauperrimi vero ciuiū non pautiores ipsi alijs oībus vlti= mū accipiebāt suffragiū vnū tm̃ habētes ordinē, hique milites liberi ab ijs, quę in ferebātur ex descriptione, & tributorū, quę fiebāt secundū cēsus, immunes erāt, atque propter hęc vtraq; in ferendis suffragijs inhonoratissimi. Si igitur eorum qui in primis erāt ordinibus, quos equites explebant, & peditū ij, qui in bellis pri= mum

Vide de cōtioni= bus.

mum accipiebant locum, eadem sentirent, septē & nonaginta ordines: imponebant suffragiorū collationi finem, neq; amplius dabant alijs ordinibus sex & nonaginta ferendos calculos. Si vero aliquid inter eos differret, secundum collegiū duorum & viginti ordinū, vocabatur & tertium, & sic subsequenter, donec eadē non sentirent septem, & nonaginta ordines, ac multa quidem certamina finē in primis vocationibus accipiebant, ita vt non esset opus amplius in aliquo vltimis. Raro autem ita diuisa res incidebat, vt ad vltimū vsq; suffragium pauperrimorum procederetur, & erat istud tanq̄ terminus diuisorum in duo priorum centū & nonaginta duorum ordinum vt collatus ab illis calculus vltimę causa fieret in alterutram partem inclinationis. Pugnantes itaque pro Martio hanc volebāt ex censibus contionē, sperantes forsan in prima vocatione octo, & nonagita ordinū absolutū iri hominē, siq; minus, in secunda, aut tertia. Tribuni vero ipsi quoque eadem timentes curiatam contionem oportere congregari existimabant, dominam'que eam facere certaminis, ne deteriores fierent pauperes locupletioribus, nec armatis inhonoratiorem haberent locum tribules, nec abiecta in vltimas citationes plębeia multitudo paribus excluderetur suffragijs, sed ęqua forte ferendi suffragij, & æquali honore omnes inter se facti vna euocatione per curias ferrent calculos: videbantur'que ipsi ab alteris iustiora petere, plębeium esse putantes oportere, non paucorū principatus examen plębis, & de eis qui rem cōmunē violarent cōmunem esse cognitionem omniū. Concesso igitur & hoc tandem vix à patricijs, vbi causam dici oportuit ascendit primū Minucius alter consulū, & quos sibi mandasset senatus sermones exposuit, primum quidem beneficia cōmemorans quęcūque à patricijs plæbs accępisset, deinde postulans: vt pro multis pulchris'que operibus vnum ipsis vsum redderent necessarium ad cōmune ciuitatis bonū, super'que hęc concordiam, & pacē laudās, & quantę esset vtrūq; horū vrbibus felicitatis causa colligens, seditiones'que accusans, & intestinū bellum, ex quibus vrbes populosas demonstrabat euersas esse, gentes'que totas perditas, cohortans quoq;, ne peiora, q̄ meliora eligerēt irę indulgentes, sed modesta ratiotinatione futura, prospicerēt, neq; pessimis ciuiū vterentur consiliarijs de rebus maximis consultātes, sed eis, qui sibi optimi apparerent à quibus multū sciebant pace, belloque adiutā patriam, quibus nō vtique iustum censebat, ipsos tāq̄ mutata illa natura diffidere. Vnum autem principale erat sermone omniū, vt ne vnum quidem ferrent calculum aduersus Marciū, sed maxime per illū ipsum liberarent causa hominem, memores ipsi qualis fuisset hic vir in repub. & quot bella correxisset, gessissetque feliciter pro cōmuni libertate, & pricipatu, & quod neq; pia, neq; iusta facerent, neque sibi cōuenientia, male quidem memores verborum inanium, pulchrarū vero rerum nullam habentes gratiam. Esse quoque remissionis tempus pulchrum, quando ipse venisset exhibens corpus suum dissidentibus, amplexurus quācunq; de se illi habeant cognitionem. Quod si respectu eius nequeat obtineri absolutio, sed acerbe, implacabiliter'que sese habeant tunc cogitantes, quod senatus pro eo rogans virique adsunt trecēti vrbis illustrissimi, patiantur aliquid, frangant'que sententias, neque propter inimici vnius supplicium repellāt preces tot amicorum, sed multorū, & bonorum virorum gratia

Octo & nonagīta ordines ī contione

Minutij verba.

Viri trecēti vrbis illustrissimi.

poenam vnius despiciāt. Hæc,& similia cum dixisset illum vltimum sermonē addidit, quod si collatis suffragijs absoluerent eum virum, viderentur quia nihil plębs ab eo lęsa esset dimisisse. Si verò finem iudicij prohiberent gratificati esse rogantibus pro eo apparerent. Desinēte autē eo progrediens tribunus sicinius dixit, neque proditurum se libertatem plębis, neque sponte volentibus permissurum, sed si re vera exhiberent patricij eum virum plębi ad iudiciū, suffragia de eo ferrent, nihil'q; aliud præter ista agerent, post'q; hæc minutius. Postq̄, inquit, de eo ferri suffragia tribuni vultis, nihil extra obiectum ei crimen accusate. sed quando eum aspirare tyrannidi detulistis, hoc docete, dé que eo fidem facite. Verborum autem, quę in senatu dixissem ipsum aduersus plębem insimulatis, neque reminiscamini, neque accusate. Liberatum nā'que eum hoc crimine, & omni alio decreuit senatus & pro vna tantum criminatione, quā vos habere aduersus eū fatemini, iustum duxit, venire ipsum in plæbem, posteaque senatusconsultum legit, & hæc dicens, & obtestans descendit. Tribunorum autē primus disposuit accusationem sicinius multa diligentia, multo'que apparatu omnia, quæcū'que egisset aut dixisset hic vir aduersus plæbem in constructionem referens tyrannidis, post'que illum etiam, qui dicendo plurimum valebant ex tribunis. Vbi vero suscepit martius sermonem, incipiens à prima ætate percurrit militias quascunque suscepisset pro repub, & quot à ducibus coronas ac cæpisset præmia victoriæ, hostes'que captos à se, & in prælijs seruatos ciues, & ad vnumquid'que dictorum præmia ostendebat ipsa, duces'que exhibebat testes, atque seruatos ciues nomine euocabat, hique quāprimum aderant cōplorantes, precantes'que ciues, ne qui ipsis causa salutis fuisset, tanquā hostem perderent, vnam animā pro multis ponentes ipsi, ac tradentes se pro illo, quibus vt vellet populus vteretur. Erāt autem eorum plures plæbeij generis, multū'que reipublicæ vtiles, quorum aspectum, & preces pudori sibi plæbs ducens in misericordiam, lachrymas'que conuertebantur. Vbi vero vestem scindens martius ostendit pectus plenum cicatricibus, omnem'que aliam partē corporis repletā plagis, interrogauit an eorundem esse hominū putarent seruare multos ex hostibus, & seruatos in pace perdere, sique tyrannidem affectans aliquis plæbeiam abigit ex vrbe partem, per quā augetur maxime, atque fouetur tyrannis. Adhuc autem dicēte eo pars quæcūq; plębis clemens, & cōmoda absoluendum clamabat, sibique pudori ducebat, quod causę etiam subijsset initiū propter tales criminationes vir, qui totiens salutem suam neglexisset ob custodiam salutis omnium quicūque vero naturę erant in liuorem pronę, & ad omnem seditionē immobiles dolebant eum absoluturi, nec habebāt quid aliud facerent, nullum inueniētes apparens affectatæ tyrānidis argumētum, de qua calculos accæprāt ferēdos. Quod cum vidisset Lucius is, qui verba in senatu fecerat, & vt senatuscōsultū scriberet̄ de hoc iudicio enisus erat astitit, iubens'que silentiū fieri. Postq̄ inquit plębeij dictorum à martio in senatu verborum, & eis secutorum operum violentorū, & superborum crimine absoluunt eum patricij, neque nobis accusare permittūt, audite quale opus aliud præter verba defensione indigens peregerit hic vir generosus, quā arrogans, & tyrannicum, & qualem legē vestrā dissoluerit priuatus ipse cognoscite. scitis enim hoc

Sicinius. Minuti⁹. Martius Sicinij oratio.

hoc certo omnes,quod quorūcunque bellorum spolijs nos potiri per virtutē cō=tingit,ea lex iubet esse publica,neque horū non priuatus dico aliquis,sed nec dux ipse copiarum est dominus. Quęstor enim ea capiens vendit,refert'que in publi=cum pecunias,& hanc legem, quam ex quo vrbem hanc incolimus non dico ali=quis dissoluit,sed ne accusauit quidem,tanq̃ non habentem. Pulchre Martius de=spiciens positam,& dominā solus censuit violandam, redigenda'q; in priuatos es se communia nostrum plębei spolia anno proximo,nec iam pridem.Facientibus enim ipsis excursiones in agros Anciatum ,ac multa corpora, multa'que pecora, multum frumenti,multas'que res alias cōplectentibus,neque ea quęstori demon strauit,neque vendens ipse intulit pecuniam in publicū, sed diuisit prædam om=nem gratificans amicis suis. Hoc autem dico tyrannidis de eo argumentū esse. Quo enim modo fuit in suos ipsius adulatores,corporis'q; custodes, & futurę ty rānidis administros de publicis beneficus pecunijs. Hanc igitur manifestissimā legis dissolutionem esse dico. Duorum igitur alterum declaret Martius progre=diens, aut quid amicis suis spolia, quæ de hostili regione ceperat non diuiserit,aut quemadmodū ista faciens leges non dissoluat, quorum neutrū habebit iste quod vobis dicat. Vosmet enim vtra'que scitis, legem'q; & opus, nec est opus vobis suffragia reddentibus de eo iusta, & iniurata cognoscere. Sinens igitur coronas, præmia'que victoriæ,cętera'que prodigia ad hæc responde Marti. Trado enim hunc sermonem iam tibi.Fecit autem accusatio ista magnam in alterā partē mu tationem, nam qui clementiores erant, studebant'q; viri eius absolutioni, his au=ditis redditi sunt lentiores. Praui vero moris omnes,quæ pars erat plæbis pluri=ma, ad perdendum omnino eū annitentes magis adhuc sunt cōfirmati tantā as=sumentes,claram'q; occasionem. Fuerat enim distributio spoliorum vera,nō ex praua electione,nec ad struendā tyrānidem quemadmodū insimulabat Lucius, sed ex optima mente,correctionis'q; detinentiū rempublicā malorū causa. Dis=sidente.n.adhuc, & diuisa à patritijs multiuudine, despicientes tunc vrbem ho=stes incursiones in regionem assiduas faciebant,prędam'que abducebant,& cum senatui videretur,vt vires ista prohibiturę emitterentur.non exibat plæbeius ali quis,sed gaudebant negligentes quę fierēt.Manus vero patriciorū per se nequaq̃ erat ad plurimū idonea, quā rem videns Mar. pollicitus est consulibus si permit=terent ei ducatum se exercitū eductūrū esse in hostes voluntarium, pœnas'quu breui tempore ab eis esse sumpturū,sic'q; potestate data aduocauit cliētes,& ami cos, & ex alijs ciuibus quicunq; potiri vellent ducis alicuius fortuna per hostilē regionem, & virtute, atq; vbi ei visa est digna prælio manus conuenisse eduxit eam in hostes nihil suspicantes, & irrumpens improuisus in regionem multis re=fertam bonis, factus'q; prædę multę dominus dimisit capta omnia militibus di=uidenda, vt qui operis participes fuissent emolumenta laborū sumentes prom=pte alijs militijs occurrēt,& qui segniores fuissent cogitātes quot cōmodis, quo=rum eos participes esse licebat.per seditionem caruissent prudētiores in reliquas expeditiones fierent. Sensus enim huius viri talis fuit. Turbę vero subdolæ, & inuidæ rem per se ipsam infeste perscrutāti populariras quædam visa est, corru=ptioque tyrānica,ita vt clamore,& tumultu forum totū plenum esset, neq; Mar=

tius quid responderet haberet, neque consul, neque aliquis alius tanquam admirabili, & inopinato apparente eis hoc crimine. Postq̃ autem nemo alius defendebat, sed dedere tribuni curijs ferenda suffragia pœnam liti inscribentes exilium perpetuum, metu quantum arbitror, ne prehendere eum non possent, mortẽ in scribendo. Vbi vero tulere omnes suffragia dinumeratis calculis non magnum discrimẽ apparuit. Vna. n. & viginti cũ essent tũc tribus quibus dati sunt calculi nomẽ habuit absoluẽtes Martius, ita vt si duæ eis tribus accessissent ob suffragij ęqualitatem ex lege absolui posset. Ea prima prouocatio ad populum in iudiciũ aduersus virum patricium fuit, ab eo'q; tempore ijs, qui postea pręsidentiam acciperent, populi consuetudo stetit vocãdi quoscũq; sibi viderent ciuium subituros iudicium populi, hinc'q; incipiens plębs elata est magna optimatũ'que principatus multũ amisit pristinę dignitatis. Senatores quoque fieri plębeios permittens magistratus gerere concedens eis, pręsidentias'que sacrorum capere nequaquam prohibens, & alia quæcunq; erãt patriciorum solorum propria cõmunicans, alia quidẽ necessario, & inuitus, alia prouide, & sapienter, de quibus tẽpore oportuno dicã. Ista tamen consuetudo vocandi potentes in vrbe homines in iudiciũ, cuius populus est factus dominus, multã exhibet verborũ materiã volentibus aut laudare eam, aut vituperare. Multi enim iã ęqui, & boni viri passi sunt indigna virtute sua male, turpiter'q; à tribunis vita sublati, multiq; contumaces, moris'q; tyrannici rationem coacti reddere vitę simul, & studiorum pœnas dedere debitas: Quando igitur mente optima cognitiones fiebant, purgabantur'q; elationes magnorum hominum cũ ratione, magnum quiddam, & admirabile res hęc videbatur. Quando autem ob virtutem aliquis rempub. probe administrans per inuidiam perderetur, acerbum quiddam cęteris videbatur, accusabantur'que consuetudinis eius incœptores, sępius'q; consultãtes Romani vtrum eam tolli oporteret, an vt accęperant à maioribus seruari nullum finem cõsilio imposuere. Si vero opus est de tãtis rebus me quoque ferre sententiam, mihi quidem consuetudo ipsa per se considerata esse videretur vtilis, atque Romanę vrbi valde necessaria Melior autem, peiorque fit ex moribus tribunorum. Quando enim hac potestate funguntur homines iusti, & moderati, & qui maiorem publicę, quã priuati rei rationem habeãt is, qui rempub. lędit dans pœnas, quas decet, multũ terroris affert parantibus similia agere, neque bonus recto animo in repub. procedens causam inhonestam subit, aut in criminationes incidit à suis studijs alienas. Quãdo autẽ praui, & incontinentes homines, & lucri cupidi potiuntur hac potestate fiũt his contraria, ita vt consuetudinem corrigere tanq̃ delinquẽtem ipsam minime conueniat, sed vt viri ęqui, boníque fiant plębis pręsides inspicere, neque temere quibus'que maxima permittere. Prima igitur Romanis insidens seditio post eiectionem regum tales habuit causas, in huncque declinauit finem. Protraxi autẽ de his sermonem, ne quis miretur quemadmodũ tolerarunt patricij plæbem fieri tantę potentię dominam, neque cæde optimorum virorum facta, neque proscriptione, vt in alijs multis factum est iam vrbibus. Cupit enim in admirabilibus auditionibus quis'que causam discere, & credibile in hac sola ponere cogitaui. Ita'que quod mihi magni faciendum est, & omnino vt sit sermo credibilis hic quem

Martij dãnatio

prima ad populum ꝓuocatio

Senatores facti

quem dixi,eo vſque conceſſiſſe plebeijs potentiam ſuam patricios,& cum eis liceret vti principatu optimatum feciſſe plębem rerum maximarum dominam. propter quas cauſas conceſſum ſit non relinqui, imo vero propter hoc omnes percenſui,& quando quidē non armis alteris vim inferentes,& cogentes,ſed perſuadentes verbis omnia compoſuerunt, maxime neceſſarium putaui orationes eorum percurrere, quibus vſi ſunt potentes tunc in vtriſq; eis:mira re vtiq;, ſi aliqui oportere putāt ſe in bellis actiones diligenter ſcribere, & interdum circa vnā pugnam ſermones abſumunt multos locorum naturas, proprietates'que armaturarum acierum modos,ducū'q; cohortationes,atque alia enarrantes, quæcūque alterutris victorię cauſa extiterint. Ciuiles autem motus,& ſeditiones deſcribētes nō putant oportere,rationes enūtiare,per quas inopinatę res,admirabiles'que perfectæ ſint. Si enim aliquod quoque aliud magnū eſt Romanę ciuilitatis ornamentum,& omnium hominum æmulatione dignū,mea quidem ſententia opus illud fuit, imo vero ſupra omnia admirabile,& illuſtriſſimum, quod nec plæbeij patricios deſpicientes aggreſſi ſint eos, multam'que edentes præclarorum ciuiū occiſionem omnia eorum diriperent, nec qui erant indignationibus aut ipſi per ſe,aut exterius vtētes auxilijs plębeium omne perdiderint ſine metu tempus reliquum vrbem incolentes,ſed tanq̄ fratres cum fratribus aut cum patribus filij in continenti domo de iure,æquo'que diſputantes perſuaſione,& rationibus contentiones diſſoluerint,intolerabile vero opus, aut impium inter ſe agere nullum ſuſtinuerint, qualia per ſeditionem ægere Corcyrei, & Argiui, & Mileſij,& Sicilia omnis, vrbes'que plures aliæ. Ego igitur propter iſta diligentiorem fieri, q̄ breuiorem narrationem malui, iudicet vt volet quis'que. Finem igitur capiente tūc iudicio plębs dimiſſa eſt ſtolida,pręſumpta gloriatione, exiſtimans'q; perditum optimatum principatum,patritijq; mœſti,& humiles,criminantes'que Valeriū, à quo perſuaſi plębi iudicium permiſerāt,eratq; vlulatus, & lachrymę miſerantium, comitantium'que Martium. Ipſe verò neque deflens caſus ſuos cōſpectus eſt,neque execrans, neque aliud prorſus quicquā dicēs,aut faciens magnam imitate ſua indignū,adhuc'que magis declarauit generoſitatem, cōſtantiam'que ſententię cum domum veniens vxorem vidit, & matrem dillacerantes peplos,pectus'que ferientes, & qualia conueniens eſt dicere, & agere in talibus calamitatibus maxime neceſſarios moriturorum,aut exilio dānatorū exclamantes. Nihil ad lachrymas,& lamenta mulierum perturbatus eſt, ſed ſalutans eas tantummodo, cohortatuſq́ue ad ferendum generoſe calamitates, filioſq́ue eis cōmendans (erat enim puerorum ſenior vndecim annos natus, iunior'que gremio adhuc tenendus) aliud verò nihil neque curæ habens, quibus ei vtendum eſſet in exilio, mature pergit ad portas nemini aperiēs,ad quem locum eſſet demigraturus,paucis'que poſt diebus venit comitiorum tempus, conſuleſque creati ſunt à populo. Quintus ſulpicius Camerinus,ſeruiuſq́ue Largius Flauius iterum. Turbationes autem quędam inciderunt ex metu à numinibus in vrbe plures. Aſpectus enim, inſoliti apparebant multis, voces'que audiebantur cum adeſſet emittens nemo fœtuſq́ue hominum, & pecudum multum extra naturam emergentes in incredibile,mōſtroſum'q; ferebant,canebātur'q; oracula in multis locis,& ſacrificatio

Conſules Q. Sulpitius camerinus ſer. largi9 flauius.

Prodigia nibus, fanaticęque fœminę diuinabant miserabiles Vrbi, grauesque causas: atti-
Morbus git'que morbus etiã quidem pestilens multitudinem, magnam'q; partẽ corrupit
pestilens. pecorũ, sed mors tamẽ hominũ fuit non multa, sed ad grauẽ vsq; ęgrotationẽ is morbus ibat. Aliquibus ita'que videbantur hæc fieri ex dei sententia irascentis, quod ciuium optimum patria expulissent, alijs'que nullũ horum quæ fiebãt esse dei opus, sed has esse passiones humanas oẽs. Venit deinde ad senatum ęgrotans
T. Latini quidam super lectulo delatus, Titus Latinus nomine. vir senior, nec nõ satis diues
somniũ. è colonis, rurique viuẽs partem maiorem temporis, hic'que in senatum perlatus dixit, visum sibi esse in somnis superstantem capitolinũ Iouem sibi dicere, Vade Latine, & dic ciuibus quod quia mihi non dedere in hac pompa noua productum præsaltatorẽ pulchrum instaurẽt ludos, & à principio alteros perficiant. Nõ.n. istos recępi, séque ait è somno astantem pro nihilo habuisse somniũ, sed vnum quiddam optimatum esse, multarum esse illusionum. Deinde autẽ aparuisse iterum ait sibi in somnio simulachrum idem dei ingrauescens, & indignabundum, quia nõ enunciasset senatui quę iussus erat, ac minans, quod si nõ statim hoc ageret magno suo malo disceret numina minime negligere. Videns autem secũdo hoc somnium eãdem ait se de eo opinionẽ habuisse, simulque verecũdię duxisse, se hoc opus suscipere hominem senem, & rusticanũ vt ad senatum afferret somnia inania, atque timorum plena, ne etiam excitaret risum. Paucis autem diebus deinde filium ait iuuenẽ, & pulchrum neque morbis, neque alia manifesta causa correptum subito esse mortuũ, rursus'que dei imaginem apparentem in somnis declarasse, quod superbię, & cõtemptus verborum suorũ pœnam aliam iam dedisset ablato filio, aliã paulò post daturus esset. Quibus auditis dixit, se sermonẽ ad voluptatem accepisse, si mors sibi aduentura esset negligenti vitę. Deum verò haud hoc sibi supplicium apposuisse, sed in corporis membra omnia acerbissimos, intolerabiles'q; dolores iniecisse, adeò vt articulũ nullũ mouere sine vltima exterminatione posset. tũc'q; igitur cõmunicãtẽ se cum amicis quæ accidissent, iussum'que ab eis in senatum venisse. Narrãs autẽ hęc intra paruũ tempus visus est liberari doloribus, & vbi omnia enarrauit exurgens è lectulo, deum'que inuocans abijt, pedibus proprijs vadens per vrbem domũ incolumis. Senatus autem timore repletus est, & hiabat vnusquisq; coniectare nõ valens quid declararetur à deo, & quis cuius pompę saltator productus non pulchre ei videretur. Deinde dixit quidam reminiscens rei gestę id, quod ei attestati sunt oẽs. Erat autẽ quiddam tale. Vir Romanus non obscurus tradens famulum suũ morti cõseruos iussit ad suppliciũ eum ducere, & quo clarior fieret hominis ipsius punitio per forum eum verberantes trahere, per'que si quis alius esset locus vrbis conspicuus cum duceretur pompa, quàm ductura erat deo per id tempus ciuitas. Ducentes autem illi famulum ad supplicium extendẽtes ei manus vtrasq;, pallo'que alligãtes per pectus, humeros'que, & vs'que ad iũcturas brachiorũ transuerso, sequebantur cędẽtes verberibus nudũ, illeque vt in tali necessitate detẽtus clamabat, emittebat'que impias & infames voces, quas exigebat dolor, motus quo'que per afflictionem edens turpes. Hunc igitur existimarunt omnes eum esse, quem indicaret deus saltatorem non pulchrum. At postquam ad hanc historiæ partem veni,

veni, non oportere puto ea, quæ per ludos ab eis fiunt, pertransire silentio, non vt mihi gratiosior fiat appositiones assumens theatricas, & sermones floridiores natura ratio, sed vt credatur necessariarum rerum aliquid, quod vrbem Romam incolentes gentes græcæ erant ex illustrissimis deductæ locis, ac non vt quidam putant barbaræ, & sine sedibus. Sum enim pollicitus in fine primę scriptionis, quàm de genere eorum componens edidi, innumeris confirmare coniecturis propositionem, consuetudines, & iura, studia'que prisca eorum exhibens, quæ vsque ad hoc tempus seruant, qualia à maioribus accepere, non sufficere putans scribentibus veteres, ac locales historias tanquam ab incolis accipientem aliquem digna fide percurrere, sed etiam testimonijs indigere eas multis, & vix contradictionem recipientibus, si credibiles videri debeant, in quibus prima, firmissima'que omnino credo esse eas, quæ fiunt in qua'que vrbe circa deos, & genios patriæ sacrificationes. Eas enim in longissimum tempus custodit gręca omnis, & barbara regio, neque aliquid vult in eis innouare, retenta metu iracundię numinum. Hoc autem maxime passi sunt barbari ob multas causas, quas non est locus nunc dicendi, neque tempus vsque ad hoc præsens vllum dediscere eas. aut trãsgredi in aliquo persuasit, neque Aegyptios, neque Afros, neque: Gallos, neque Scythas, neque Indos, neque aliam gentem barbaram vllam simpliciter, nisi aliqui aliquando in potestatem aliorum venerint coacti etiam in instituta transire vincentium. Romanæ vero vrbi nunquam experiri talem fortunam contigit, sed ipsa iusta vbiq; alijs iam statuit. Erat, ne igitur genus eorũ barbarũ, immo tantũ vtiq; affuere, vt sacrificia prima, gentilesq; dediscerent consuetudines, per quas in tantã prouecti sunt felicitatẽ, vt & alijs omnibus, quibus imperarunt, pulchrũ statuerint honorare legitimis suis deos, nihilque prohibiturum fuerit barbarescere sub Romanis, græciam omnem obtentam ab eis septimam iam generationem, si quidem fuissent hi barbari. Alius enim sufficere putare posset, & ipsa, quæ in vrbe nũc aguntur non parua veterũ institutorum indicia, opinari. Ego vero ne quis debilem, esse fidem hunc suspicetur, etiam per illam absonam opinionem, quod græciam omnem vincentes Romani libenter vtique meliores consuetudines didicerint, domesticas despicientes coniecturam faciam ex illo tẽpore, cum nondum habebant Romani Gręcię principatum, neque vllũ aliud imperium transmarinum, Quinto vtẽs Fabio fideiussore, nec vlla alia fide indigẽs. Antiquissimus enim vir ille omniũ, qui de rebus Romanorum cõposuerint, atq; fidem non eorum tantum, quę audiuit, sed eorũ etiã quę cognouit, exhibẽs. Hos enim ludos decreuit senatus Romanus fieri, vt ante dixi, cum nuncupata sunt vota ab Aulo Posthumio dictatore pugnaturo, cum desciscentibus Latinorum vrbibus, conantibus'que Tarquinium in regnum restituere, absumiq; decreuit quotannis in sacrificia, atque certamina quingenas argenti minas, & vsque ad bellum punicum hoc impenderunt in eam solemnitatem. In his autem diebus sacris multa quidem fiebant, alia græcis legibus circa mercatus, hospitum'que suscæptiones, & nudinas, quæ multæ operæ esset dicere. Circa pompam autem, & sacrificium, & certamina (sufficiet enim ex his etiam non dicta perscrutari talia) ante initium certaminum mittebãt pompam dijs, qui maximam

de ludorũ ritu.

Gręcę gẽtes vrbẽ incolebãt

Quintus Fabius.

Au. Posthumi⁹ dictator.

habebant potestatem, à Capitolio per forum ducētes ad circum maximum. Ducebant autem pompam primum ipsorum filij, puberes'que, & habentes pompę ætatem congruam, equites hi, quorum patres essent equestris census, & pedites, qui in peditibus militaturi erāt, alij secundum alias, & centurias, alij secūdum collegia, & ordines, vt eūtes in ludum aliquem, vt clarum fieret hospitibus id, quod erat in virilitatem transiturum vrbis robur, multitudo'que, & pulchritudo qualisnam esset. Hos aurigæ sequebantur, quadrigæ'que, & bigæ, & qui non vinctos agitabāt equos. Post hos autem athleticorum certatores: leuium'que, & grauium nudi corpus reliquum, circum'que pudenda velati. Hæc vsque ad me cō suetudo ROMæ perseuerauit, quemadmodum fuit à principio, apud GRæcos in GRęcia dissoluta est, dissoluentibus eam LACEDęmonijs. Primus enim nudare corpus aggressus, nudus'que in olimpijs currēs quintadecima olympiade HACāthus LACædemonius fuit. Anteà enim pudori sibi ducebant GRæci omnes, nuda tota apparere in certationibus corpora, vt HOMERUS indicat testis fide dignior ipse, & antiquior cinctos faciens proceres. Nam AIACIS, & vlissis luctationem narrans in funere PATROCLI dicit. Illi autem cincti medium certamen inibant. Adhuc'que certius in odyssea hoc clarum facit in pugna cestica HIRI, & vlissis his versibus: Sic fatus est, omnes autem laudauere, rursus vlisses cingebatur quidem pannis circū, ne apparerent fœmora pulchra'que, & magna. Lati autem apparebant humeri, pectora'que, & grandia brachia. Egenum vero nolentem amplius pugnare, sed territum introducens, hæc dixit. sic autem dixerunt. Hiro autem male fluctuabat animus, sed & sic proci adduxerunt cingentes necessitate. Hanc autem GRæcis consuetudinem antiquam seruantes hucusque ROMANI manifesti sunt, non addiscentes à nobis eam posterius, neque vt nos cum tempore commutantes. Sequuntur deinde certatores chori, saltatorum multi trifariam diuisi. Primi virorū. Secūdiq; imberbiū. Vltimi puerorū, quos sequunt̃ tibicines veteres inflātes tibicinales breues, vt fit & nunc, citharœdiq; lyras septicordes eburneas, & quę barbita dicunt̃ tendētes, quorū vsus apud GRæcos obsoleuit ætate mea, patrius cū esset, apud ROMANOS custodit̃ in omnibus antiquis sacrificijs. Apparatus autem saltatorum erant tunicæ puniceæ cingulis æreis strictæ, enses'que dependentes, lanceę'q; breuiores medoicribus, viris'q; etiā galeę ęreę cristis insignibus, pennis'que ornatę. Ductabant autem singulos choros viri singuli, tradentes primi alijs saltationis modum, repræsentantes bellicos'que, & vehementes motus, proceleumaticis (vt frequentius) rhytmis. Græcum igitur & hoc erat in antiquissimis institutum, enoplia saltatio dicta Pyricha, siue Pallade prima in Titanorū perditiōe per choros agere, saltare'que cum armis victoribus præ gaudio incipiente, siue adhuc antiquius Curetibus eam instituentibus, cum lactentem Iouem vellent mulcere strepitu armorum, motu'que membrorum, & rhytmo, vt habet fabula. Declarat autem vetustatem huius, tanquam gentilis Græcis, Homerus cum sæpe alibi, tum vero in clypei constructione, quem dedisse Achilli dono Vulcanum scribit, suppositis in eo duabus vrbibus, alia ornata pace, alia bello male affecta, & in qua quidem meliorem fortunam sistit, dies festos, epulationes'que faciens, & nuptias, & luxus, vt æquum est. hęc dicit

Nudare in ludis corpusq̃s cœperit: HOMERUS

Lyrę septicordes. Barbita.

Proceleumatici rhythmi Enoplia saltatio Pallas. Curetes

dicit. Iuuenes autem saltatores circumuertebātur, rursus'que in eis tibiæ, & phorminges sonum emittebant, mulieres verò stantes mirabantur in vestibus vnaquæ'que. Ac rursus alterum ei scribens ornatum creticum cœlibum, & virginū chorum, sic dixit. Vnum quo'que chorum varium gloriosus vtrin'que claudus ei similem, quem aliquando in Gnosso ampla struxit Dædalus pulchricomæ Ariadne. ibi quidem cœlibes, & virgines quæ sistrices bouum saltabant, tenentes manus alteri alterarum vs'que ad iūcturam brachij, ornatum'que eius enarrans vt clarum nobis faceret, quod motus esset marium Enoplius, hæc dicit. Et hæ quidem pulchras habebant coronas. Hi verò gladios habebant aureos ex argentis cingulis, ducesq́ue saltationis eorum tradentes alijs, prius'que incipientes, scribens hæc dicit: Multa autem mansuetum chorum circunstabat turba delectantium. Duo autem saltatores per eos cantui præsidentes circum vertebant se per medium. Non solum autem ex certatoria, & instituta saltatione chororū, qua per sacrificationes, & pompas vtebantur Romani, videret aliquis cognationem eorum cum Græcis, sed etiam ex conuitiali, & mordaci. Post enoplios autem choros ducebant pompam satyristarum chori Græcam repræsentantes sicinnam. Apparatus autem eis erant, alijs quidem vt in Sillenos consueti villosę tunicę, quas aliqui chorteas vocant, & amictus ex omni flore. Eis verò, qui vt in satyros iuncturæ lumbares, & hircorum tergora, & super capita capilli recti vituli marini, & quæcun'que his similia hi cauilantur, & imitantur studiosos motus, transferentes in magi ridicula: Declarant etiam triumphorum ingressus veterem, & gentilem esse Romanis conuicialem, & satyricam disciplinam. Conceditur enim adducētibus victorias iambos canere, & iocari, morderéq; illustrissimos viros duces, sicut Athenis licet pompam ferentibus mordere eos, qui super plaustris cum caucilosis dictis prȩter saltātes. Nunc autem poemata canunt extemporalia. Vidi etiam in sepulturis insignium virorum simul cum alijs pompis productos lectulo satyricos choros mobiles ad sicinnam saltationem, maximeque in beatorum funeribus. Quod autem neque Ligurum, neque Vmbrorū, neque aliquorum aliorum Barbarorum in Italia habitatium inuentum fuerit disciplina satyrica, & saltatio: sed Grȩcorum, vereor ne aliquibus molestus videar, volens plures per sermones credi rē confessam. Post hos choros citharœdi congregati, & tibicines multi procedebant, post'que illos ibant ferentes thuribula, ex quibus aromata, & thus per omnem viam adolebant, & qui pōpalia præterferebant ex argento, auro'que elaborata, & res sacras, & publicas. Vltima vero omnium simulachra deorum mittebant humeris virorum lata, formas'que similes exhibebant ijs, quæ apud Grȩcos finguntur, apparatus'que, & notas, & dona, quorum quique inuētores, & datores hominibus traduntur, non solum Iouis, & Iunonis, Palladis'q;, & Neptuni, & aliorum, quos Grȩci inter duodecim Deos numerant, sed progenitorum etiam, ex quibus fuisse duodecim deos fabulantur Saturni quidem, & Deȩ Themidis, & Latonæ, & Parcarum, & Mnemosines, omnium'q; aliorum, quorumcun'que sunt delubra, templa'q; apud Græcos, & eorum, quos fuisse posteà fabulātur, ex quo Iupiter Imperiū suscepit, Proserpinȩ, Lucinȩ, Nympharum, Musarum, Horarū, Gratiarum, Bachi, & quorūcun'q; semideorū animȩ

Dȩdalus Ariadne

Dij veterum.

relinquentes mortalia corpora ascendisse in cœlũ dicũtur, & honores sortiri dijs similes, Herculis, Aesculapij, Castoris, & Pollucis, Helenę, Panos, aliorũ'q; plurimorum, quod si barbari fuissent hi, qui Romam condiderunt, & hanc solemnitatem instituerunt, quid eos oportebat colere deos Gręcos oẽs, & genios, patriosq; negligere. Ostendat igitur nobis aliquis gentẽ alteram, pręter græcam, cui patria sint hęc sacrificia, & tunc criminentur, vt non sanam, hanc demonstrationem. Finita verò pompa immolabant statim cõsules, & ex sacerdotibus ij, quibus licebat, & ex Aruspicibus, modus'que idem erat, qui apud nos: Lotis enim & ipsi manibus, & sacra pura circum purgantes aqua, fruges'q; cęreris capitibus inspergẽtes, posteà precibus, votisq; nuncupatis immolare ea ministros tunc iubebant. Eorum verò alij quidem supra hostiam stantes vecte tempora feriebant, alij verò cadentibus supponebãt sphagidas, post'que hęc excoriantes, & membratim diuidẽtes primitias ex omni viscere, & ex omni membro alio excipiebant, quas farina farris inuoluentes afferebant sacrificantibus in canistris, hique aris imponentes succendebant, & infundebant vinum aduersum purificata. Vnũquod'que autem horum, quod legibus fieret constitutis, à græcis circa immolationem ex poesi Homeri facile est cognoscere. Et enim lauantes manus inducit proceres, & vtentes hordeis, vbi dicit. Lauantes autem manus posteàque ollis hordei immittunt, decidentesq́ue crines à capite, & super ignem ponentes, sic scribens. Sed incipiens crines capitis in ignem iecit, vectibus ferientes frontes victimarum, & cadẽtes eas immolantes, vt in sacrificio Eumei facit. Incidit autem incipiens torre quercus reliquo coquẽs. Hunc autem reliquit anima. Hi vero mactantes assabãt primitias ex visceribus capientes, & ex alijs membris, & has farina aspergentes, & purificantes super aras, vt in eodem facit sacrificio. Superponebat autem semicoctis carnes crudas Sybotes, vndique incipiẽs de membris in pinguem hostiã, & hęc quidem in ignem iecit dealbans farinę flore. Hęc autem Romanos adhuc agentes in sacrificijs videns scio, hac'que vna fide sufficiẽte mihi persuasus sum non barbaros fuisse cõditores Romæ, sed ex multis coeuntes locis Græcos. Pauca enim instituta circa sacrificia, & dies festos Græcis similia perficere barbaros etiã aliquos recipitur. Omnia verò hæc agere incongruum. Reliquum est mihi etiã de certaminibus, quę post pompam perficiũt, pauca percurrere. Primus quidem quadrigarum, & bigarum, & non iunctorum equorum fiebat cursus, sicut Gręcis iam pridẽ ad olympia, & in præsens vsq; tẽpus in equestribus autem æmulationibus valde prisca instituta duo, quemadmodũ à principio ex lege lata sunt seruata adhuc à Romanis permanẽt. Id quod de trium equorũ curribus, quod quidẽ apud Gręcos desijt: institutum vetus, & heroicum, quo in prælijs vtentes Gręcos Homerus facit. Duobus eñ equis iunctis quemadmodũ iunguntur bigæ, tertius iuxta adhibebatur habenalis equus, contẽtus loris, quẽ à præter trahendo, simulq́ue iũgẽdo παρήορον vocabãt veteres. Alterũ verò apud paucas seruatũ adhuc vrbes Gręcas in sacrificationibus quibusdã vetustis, Id quod est vectorũ in curribus cursus. Quando enim finem acceperunt equitum æmulationes, desilientes è curribus vna vecti cum aurigis, quos poëte παραβάτας, Athenienses verò ἀποβάτας vocant, stadialẽ certant cursum inter se ipsi. Finitis autẽ cursibus equestribus

Homer⁹

Eumeus

Sybotes.

bus hi, qui corporibus suis certant tunc intrant cursores, pugiles, & luctatores. Tria enim athletica certamina apud veteres Graecos haec erant, vt Homerus in Patrocli funere declarat. In medijs autem Athletiarum temporibus grecissimã, & praeclaram omnium consuetudinum ostendũt coronationes, & sertorum impositiones facientes quasdam, quibus honorant de se benemeritos, sicut Athenis fiebat in bacchanalibus, & spolia quaecun'que in bello caeperant, ostentantes his, qui in spectaculum conuenerant. Sed de his quidem neque vllum sermonem habuisse poscente materia pulchre se habebat, neque eum extendere plusquam opus est decet, tempus'que est nos ad intermissam narrationem reduci. Vt igitur ea, quae gesta erant à domino circa ductum ad supplicium, & productum ante pompam cognouit senatus, ob hoc innouatum putans à deo dici non pulchrum principem saltatorum (vt dixi) quaerens eum, qui ea lue famulum affecerat, dignam'que ei imponens poenam alteros decreuit deo ludos certamina'que altera à principio perficere, duplicato priorum sumptu, & quae sub his consulibus gesta fuere, talia sunt.

Tria certamina cursores: pugiles: luctatores.

Redit ad progressum historiae.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER OCTAVVS.



POST HOC CREATI CONSVLES TRICESIma septima olympiade, qua vicit in stadio Astylus crotoniates, Imperante Athenis Anchisa, Calius Iulius, & Publius Pinarius Rufus, homines minime bellicosi, propter quae id maxime potiti per populum eo magistratu, in multis, magnisque constituti sunt periculis, emergẽte ex illorum cõsulatu bello, per quod parũ affuit, quin vrbs à fundamẽtis euerteretur. Etenim Martius ille Coriolanus, qui tyrannidis affectatę causam antedixerat, & exilio mulctatus erat perpetuo ęgreferẽs eã calamitatẽ, volẽsq; poenas de inimcis sumere, per quẽ modũ, & per quas vires id fieri posset cõsiderãs, vnas inuenit eo tẽpore Romanorũ ęmulas, ęquasq; Volscorũ vires, si vna illi vtẽtes sentẽtia, potientesq; prudente duce Romanis bellũ inferrẽt. Cogitabat igit̃, quod si persuaderet Volscis, vt se susciperẽt, permitterẽtq; ducatũ belli sibi, facile peficeret̃ id opus. Perturbabat autẽ ipsum cõsciẽtia, quod aduersum eos saepi⁹ in pręlijs grauia peregisset multasq; eis vrbes socias ademisset: nec tamẽ abstitit, quin rẽ experiret̃, propter huius periculi magnitudinẽ: sed ire in ipa pericula cogitabat, patiq; ab eis quicq̃d tãdẽ eueniret. Obseruata igit̃ nocte, eaq; tenebrosa pergit Antiũ Volscorũ vrbiũ illustrissimã, quo tẽpore coenabat̃ à ciuib⁹, trãsiẽsq; in domũ viri per genus, opesq; prępotẽtis, & in rebus bellicis magnifice de se sentiẽtis, & eã gentẽ totã maxima ex parte ductantis, cui nomen erat Accius Tullius, fit eius suplex sedentis ad focum, at'que enarrans ei detinentes se necessitates, ob quas sustinuerit ad inimicos

Coss. C. Iulius & P. pmit⁹.

Antium vrbs Volscorũ illustrissima Coriolan⁹. Acci⁹ Tullius.

confugere,postulabat,vt moderate,& humane sentiret de viro supplice,neq; amplius inimicũ duceret eum, qui potestatis suę esset, neq; vim suã in infelices humiles'que demonstraret, memor ipse, quod non in eodem statu permanẽt fortunæ hominum. Potes (inquit) hoc ex me ipso maxime cognoscere,qui in vrbe maxima pręclarus aliquando,pręcellereque visus cęteris,nũc desertus,& sine vrbe eiectus sum,id passurus quodcun'q; tibi visum fuerit. Polliceor autẽ tibi, me tantũ boni esse facturum Volscis amicũ factum, quantum mali peregerim inimicus. Si vero aliter cognoscis de me, vtere quãprimum ira, mortem'que largire mihi tua manu celerrimã,immolans super tuum ipsius focum supplicem. Adhuc autem dicente eo offerens dextram Tullus, & ab foco exurgẽs, considereque eum iubens, tanquam nihil passurus esset virtute sua indignum, magnã se ei gratiam aduentus ad se habere dixit,honorem quendã,nec eum paruum esse hunc demõstrans, Volscos'que se ei amicos pollicitus est facturũ oẽs, à patria sua incipiẽs, neque vllam mẽtitus pollitacitionũ. Tempore autem decurso nõ multo, cõsultantibus his viris inter se, Martio, & Tullo visum est mouendum bellum, volebatque Tullus quàm celerrime, Volscorum viribus assumptis omnibus Romam ire dum diffiderẽt,& haberent imbelles duces. Verùm Martius putabat causam belli prius oportere piam,iustam'q; institui,docẽs quod dei omibus rebus præsidẽt, bellicis'q; pręcipue,tanto magis,quanto hę maiores sunt cęteris, & incertos magis casus solent declinare. Erãt enim eo tempore Romanis Volscis'que laxamẽtum belli,sponsiones'que, & inducię paulò ante biennium factæ. Si igitur inquit indenuntiatum, subitum'que inferant Volsci bellum,soluendi fœdera tu auctor eris,nec habebis numen propicium:si verò expectas donec illi hoc faciant, repugnare ipse videberis,ac solutis fœderibus opem ferre. quemadmodum autẽ hoc fiat,incipiant'que ipsi fœdus frangere, nos'q; è contrario videamur pium, iustũque inferre bellum, ego multa cum cura inueni. Oportet autẽ deceptos eos à nobis inceptores iniquitatis esse. modus autem decęptionis, quem hucusque secretum habui, expectans tempus eius idoneum, te nunc opus accelerãte cogor quis sit citius in medium efferre. Sacrificia, & certamina peracturi sunt Romani magno sumptu illustrissima,aduenient'que spectaculi gratia multi ad eos hospitum. Hunc igitur expectans tempus: vade & tu, & quoscun'q; Volscorum potes vt ad spectaculũ erant para: & cum in vrbe fueris iube aliquẽ necessariorũ tuorum, amicissimorũ'q; ire ad consules,dicereq; eis secreto,esse noctu inuasuros vrbem Volscos,& ad id opus venturos esse cõgregatos. Scias enim dare,quod si hoc illi audierint nihil dubitantes amplius vos omnes vrbe eijcient, exhibebũt'q; illi vobis iustam iræ causam.Hæc vt audiuit Tullius lętatus est admodũ,& id tempus differens militiæ conuersus est ad apparatũ belli, & vt affuit ludorũ tẽpus iã inito à Iulio,Pinario'q; consulatu pręclara Volscorũ iuuentus ex omni vrbe,quẽadmodum voluerat Tullus,ad spectaculum certaminũ aderat, considerabant'q; plures eorum in factis,publicis'q; locis non habentes domos,ad quas apud hospites diuerterent,& cum irent per compita vt cõtubernales,sodalesq; pertransibãt, ita vt sermones de eis iam per vrbem haberẽtur, & absurdę suspitiones, cũ interim adit cõsules subornat⁹ iudex ille à Tullio, queadmodũ proposuerat Martius,
& vt

& vt incognitam rem inimicis aduersus amicos suos delaturus, iusiurandũ à cõsulibus accæpit de securitate sua, & quod nemo Volscorũ sciret, quis aduersus se iudicium detulisset: deinde affert cõfictum dolum. Verus visus est his viris sermo, statim'que à consulibus euocatus nominatim senatus conuenit, atque productus iudex fide etiam à senatu accæpta apud eum quo'que eosdem sermones habuit: cũ'que ei etiam iandudũ res plena suspitionis videretur, ex vna secum dissidẽte gente iuuentutem tantam ad spectandum cõuenire, accedẽte quo'que indicio. cuius ipsi fallaciam ignorabant, vim assumpsit certam opinio, visum'que est omnibus abigendos vrbe esse hos viros antequã sol occideret, denunciandum'q; per præconem esse non parentibus mortẽ: curam'que emissionis eorũ agere iusserunt consules, vti sine contumelia, & cum securitate fieret, hãc senatu decernẽte. Alij quidem discurrentes per compita edixere vt abirent quamprimum vrbe Volsci omnes exeũtes per vnam portam, Capenam dictam: alij verò demigrãtes comitabantur simul cum Consulibus, ibique maxime conspectum est quãta esset multitudo eorum, & vt robusta omnis vno eo tempore per'que vnã portã exiens. Primus vero eorum Tullus egressus est celerrime, atque haud procul vrbe locum opportunum tardiores excipiebat: & vbi omnes conuenerunt contione habita multa vsus est inclamatione aduersus ciuitatem Romã, diram, & occultam demonstrans eam cõtumeliam, qua ab eis tunc Volsci affecti erant, soli ipsi omnium hospitum expulsi vrbe, hæc in suis vrbibus dicere iubebat quẽ'que, eaque agere, quibus abstinerãt Romani cõtumelia pœnas dantes iniquitatis: & his dictis, & accensis hominibus indignantibus hunc casum contionen dimisit. Vbi vero demigrantes in patriã suam quique declararũt cæteris improperiũ, adhuc magis exaggerantes quæ facta erãt indignabatur quæ'que ciuitas, neque iram cõtinere poterant: legationes'que mittentes aliæ ad alias postulabant, vt in vnũ forum irent Volsci omnes, vt sententia cõmuni vti ipsi de bello possent. Fiebant autem ista maxime concitante Tullio, cõuenerũt'q; ex omni vrbe magistratus, turba'q; multa alia in Echetrana vrbe (ea enim vrs pulcherrime visa est cæteris ad conueniendũ posita) dictis'q; multis à potẽtibus in'quaque vrbe suffragia lata sunt, vicit'q; inferẽdi belli sententia, tanq̃ Romanis inceptoribus per inducias iniquitatis. De modo autem gerendi belli proponẽtibus magistratibus, vt consultaretur, procedens Tullius consuluit eis, vocandũ esse Martiũ, percontandũ'q; ab eo, quonãmodo solui posset Romanorũ vires (optime enim omnium vnum scire eum qua languet, & qua viget res Romana) sunt hæc approbata, cõclamarunt'que omnes statim vocari virũ, astitit'que Martius nactus quã volebat occasionẽ, mœstus ac lachrymans, atque parumper se continẽs huiusmodi orationẽ habuit. Si vos putarem oẽs eadem de calamitate mea cognoscere, non vtique necessarium putarem de ea verba apud vos facere. Verùm cogitans quod in multis, differentibus'que moribus verisimile est esse aliquos, quibus adsit opinio neque vera, neque conueniens, quod vtique sine causa vera, & iusta me plebs patria expulerit, oportere omnino puto de exilio meo primũ apud vos oẽs dicere, & per deos ferte me vos etiam, qui clare scitis me percurrentẽ ea, quæ sum perpessus ab inimicis, & quàm non conuenienter fortunam talem sim expertus, neque prius

Mariij oratio.

audire cupite, quid agi oporteat, quàm qui vir sim sententiā efferens perquirere. Erit enim breuis de his, etiam, si alterius incipiam, sermo. Romanis quidē à principio fuit regimen ex regibus, & optimatibus: postea verò cum rex vltimus Tarquinius vellet imperiū in tyrannidem cōuertere conspirātes in eum duces optimatum, illum'que vrbe eijcientes ipsi rempublicā accepere, optimam, & modestissimam constituētes formam (vt fatentur omēs) reipublicę. Non multo autem ante hoc tempus, sed tertio, aut quarto anno pauperrimi, incertissimique ciuium prauis vsi defensoribus & alia multa contumeliose egerunt, & postremo principatum optimatū conati sunt dissoluere. Quas res quidem præsidentes omnes senatui ferebant egerrime, & quemadmodū prohiberentur à cōtumelia homines rempublicam conturbantes considerandū esse censebāt: supra'q; optimates oēs ex senioribus Appius Claudius maxime laudari dignus, & ex iunioribus ego sermones habuimus vter'que in senatu omnino liberos, nō ipsi plębem impugnantes, sed suspectum habentes iidem improborū principatum, neque trahere in seruitutem volentes quenquam Romanorū, sed adesse libertatem omnibus, reddi tamen pręsidentia reipublicę melioribus. Quæ videntes improbissimi illi duces multitudinis, cogitarunt nos aperte aduersantes eis è medio tollere, nō vtrun'q; illi simul aggredientes, ne res grauis, inuidiosa'que fieret, sed à iuniore me, facileque captabili incipientes, ac primū quidem indemnatū conati sunt perdere, deinde traditum à senatu voluerunt ad mortem rapere. Neutro verò horum potiti me in iudiciū vocauere, cuius iudices ipsi futuri erant, affectatę tyrannidis crimē obijcientes, nec hoc aduerterunt quidē, quod cum plæbe bellum tyrannus nullus gerit, opimatibus se applicans, sed cum plębis auxilio potius perdit vrbis pręclarā partē, nec examen cōstituerūt etiam more patrio secundū ordines aduocātes contionem, sed (quod omnes fatentur pessimū, & quod in me primum solum'q; fieret) in quo essent plus virium habituri mercenarij, & sine socijs homines alienis insidiantes facultatibus: quàm boni iustique, & seruare volentes rempublicā. Tantum verò superaret mihi quod in nullo peccaueram, vt in turba etiam iudicatus, cuius pars magis odibilis bonorū erat, & iccirco inimica mihi, duobus tantum captus sim suffragijs, deponentibus potestatem tribunis, nisi ego damnatus essem, & se extrema à me passos dicentibus omnique studio, & promptitudine aduersum me vtentibus. Talia igitur passus ego à meis ipsius ciuibus, inuiuibile putaui mihi vitæ reliquū tēpus fore, nisi pœnas de eis sumerem, ac propterea cū mihi liceret sine cura, sineque negotijs viuere, siue in Latinorū vrbibus, si voluissem propter cognationē, siue in colonis, quas patres nostri nuper cōdidere, nolui equidem, sed confugi ad vos, quos sciebā esse in plurimis à Romanis lęsos, & esse eis maxime inimicos, vt vobiscū vnà eos pro viribus vlciscerer: verbis vbi verborum, operibus vbi operum res indigeret, gratiam'q; magnā vobis habeo suspitionis mei adhuc'que maiorem honoris, quo me honoratis, neque iniuriarum memores, neque cogitātes quæ à me per bella aliquādo perpessi sitis. Age igitur qui vir essem, si gloria & honoribus, quorum me potiri ęquū erat, priuatus ab eis, de quibus optime eram meritus, super'q; hæc patria, ædibus, amicis, dijs patrijs, sepulchrisq́ue progenitorum, & ab omni alio abactus bono apud'q; vos hęc omnia

inueniens

inueniens,cum quibus bellum gratia illorum gessi,non fierem in eos grauis,quos pro ciuibus inimicos habui:vtilis'q; eis,quos pro hostibus expertus sum amicos. Atqui ego ne in virorũ quidem sorte eum ponerem, qui quidem quod se oppugnet,non oderit,& quod se seruet,non diligat. Patriam aũt non eam puto,quę me abnegarit,sed eam,à qua alienus ipse sim ciuis factus,néq; terrã, in qua lęsus sum amicam,sed eam, in qua securitatem habeo, & cuius magnã, si aspiret deus, sint qúe nostra(vt ęquum est)prompta spero,celerem'q; mutationẽ fore. Scite enim hoc clare,quod multa experti iam Romani nullos ęque,ac vos timent,nec est aliquid,cui plus studeant,quàm vt hãc gentẽ imbecillẽ demonstrant,hinc'que alias bello captas vestras ostentatur vrbes,alias autem,amicitię spe decæptas,ne vna omnes vos communiter bellũ eis inferatis. Quod si vos istis contraria agere annitamini,quod nũc facitis,facile eorum potentiã coercebitis. Quonam verò modo certandum,& quemadmodũ sit vtendum rebus (quandoquidem vultis sententiam me meam declarare, siue in me experientiã attestantes, siue beniuolentiam, siue etiam vtrunq;)aperiam equidem, nec abscondam. Primum igitur vt inspiciatis moneo,vt piam iustam'que acquiratis causam belli. Pia verò, & iusta quęnam fiat,vobisqúe vtilis audite. Romanis quidem ager à principio existens paucus est,& asper, adiectus autẽ,quem finitimis ademere, multus'que & bonus: & si lęsorum vnusquis'que recuperare vellet suum,nil tam prauũ, aut imbecille aut egenum, quàm Romanorum vrbs fieret. ab hoc igitur incipiendũ vobis esse existimo,& mittendam ad eos legationem reposcentẽ, quas obtinent ex vestris vrbes,& quæcun'que eis contigit muro cingere in regione vestra, relinquere eos postulantem,& si qua alia vi sibi vendicantes ex vestris habent suadentẽ,vt reddant. Bellum autem nequaquã incipite,priusquam responsum ab eis acceperitis. Si enim ista facietis,fiet duorum vobis,quę vultis,alterũ : aut quod vestra recuperabitis sine periculo, sinéque sumptu: aut pulchrã belli causam,iustam'que suscipietis. nam vos minime aliena appetentes,sed repetentes vestra, nec his potitos bellum gerere fatebũtur omnes honestum,pulchrum'q; vobis esse. Age verò quid facturos putatis Romanos volẽtibus vobis ista? vtrum reddituros loca? &quid deinde prohibebit quin abstineant alienis omnibus. Equi enim, Albanique venient & Etrusci,& multi alij,suũ quique agrũ recepturi. An ea illos retenturos creditis volentes quicquã iustum facere. Quod sanè puto ipsi lęsos vos ab eis dicentes necessario ad arma venietis,sociosqúe habebitis quicun'q; priuati suis desperãt se amplius ea aliter,quã per bellũ recuperare posse. Tẽpus verò optimũ, &quale nõ aliud inuadendi est Romanos,insperatũ à fortuna paratũ lęsis, in quo dissidẽt:habẽt'q; inter se suspitiones,adsunt'q; duces eis belli inexperti. Quę igitur me proponere sermonibus oportuit,admonere'que amicos omni cũ beniuolẽtia,& fide dicta à me hæc sunt. Quæ verò ad opera ipsa vnaquæ'que prouidere, machinarique oportebit ducibus copiarum vestrarũ permittite cogitãda,mea'q; aderit etiam promptitudo, & in quocũ'que ponar loco conabor nemine esse deterior aut milite,aut centurione,aut duce. Sed vtimini me, sumẽtes vbicun'que vobis in aliquo sim profuturus:ac scite clare,quod si aduersus vos bellum gerens obesse vobis multũ potui, vobiscũ quo'q; vna pugnans multũ prodesse potero. Finis orationis.

ET HÆC quidē dixit Martius. Volsci verò adhuc dicente eo manifesti erāt admirantes cum delectatione sermones eius, & vbi loqui desijt magna voce omēs significarunt eum optima proposuisse, neque amplius rogātes quen'que sententiam confirmarunt, scripto'que decreto statim ex qua'que vrbe illustrissimos viros eligentes, legatos Romam misere. Martio'que decernunt consilij ius in omni vrbe esse, magistratus'que licere ei vbicun'q; gerere, aliorum'que ipsum omniū, quęcun'que erant honoratissima, apud eos esse participem, ac priusquā expectarent à Romanis responsam, operā ad apparatus bellicos omnē adhibebāt, & quicun'que demissiore erant animo afflicti bellis superioribus, tunc quidem omnes confirmabantur, vt euersuri vim romanā. Missi autem Romam legati, & in senatum introducti dixere, Volscos magnifacere dissolutionem cum Romanis expostulationum, & vt in reliquū tempus amici, socijque essent sine dolo & fraude, futuram'que demonstrarūt fidem ipsis certam amicitię, si agrum suū reciperēt, & vrbes, quę sibi à Romanis ademptę erant: aliter enim neque pacem, neque amicitiam firmam inter eos fore. Esse enim lęsum semper natura lædētē hostem, postulabant'que, ne se constituerent in necessitatem belli iusta non impetrantes.

Volscorum legati.

Vbi verò hæc dixere legati, deliberarunt summotis eis inter se senatores, & vt inter ipsos conuenit de responso dando, vocatis iterum in senatum legatis talia responderunt. Non latetis nos Volsci minime amicitiæ indigentes, sed decentem volentes ipsi capere prætextum belli. Quæ enim à nobis repetitum venitis scitis clare vos non esse accępturos. Vtimini vero iniustis, & impossibilibus. Si em̄ data nobis loca posteà cum visum vobis esset repeteretis, fieret vtique non reportantibus ea vobis iniuria. Si verò eis bello priuati estis, neque amplius eorū domini, iniuste agitis aliena appetentes. Nos enim pręclaras ducimus possessiones quascun'que bello vincētes capimus, non primi ipsi instituentes hāc legem, neq; eam magis hominum, quā deorum putantes esse, cum Grecos om̄es Barbarosq́ue videamus vtentes ea. Nō enim quicquā nobis indulgemus molle, neque sané abstinere volumus quęsitis bello. Multa enim esset prauitas, si quę aliquis per virtutem, fortitudinem'que quæsiuerit, per metum eis stultitiā'que priuetur. Bellum autem ipsi gerere vos nolentes non cogimus, nec volentes deprecamur. si inceperitis, repugnabimus. Nunciate hęc Volscis, & dicite quod arma illi priores capient, nos posterius deponemus. Hęc respōsa accipientes legati retulere Volscorum concilio. Conuocata'q; post hęc contione de cōmuni gentis eius consensu decreuerunt aduersus Romanos bellum, deinde duces belli eligunt Tullium'que & Martium, copias'que conscribi decernunt, conferrique pecunias, parari que cętera, quorurcū'que indigere se putarent ad bellum: cum'que esset dimittenda contio assurgens Martius dixit. Quę concilium cōmune vestrum decreuit pulchre se se habent, ac fiunt quæ'q; tempore oportuno. Dum autem scribuntur exercitus, parantur'que cętera habitura, vt est verisimile, occupationes aliquas, & moras, ego & Tullius opus exequemur. Quibuscun'que igitur vestrum libet præcurrere regionem hostium, multā'q; prædam abducere nobiscum veniant. Pollicemur enim vobis, si propicius sit deus, daturos nos vobis multa pulchra'q; emolumēta. Adhuc enim imparati sunt Romani, nondum vires asistētes nobis

Responsio senat⁹

Decernūt Volsci aduers⁹ Ro. bellum.

Martius.

videntes

videntes vllas, ita vt nobis liceat quantancun'que voluerimus regionem eorum sine metu percurrere. Recipientibus autem Volscis hanc quo'que sentẽtiam, exierunt duces propere, priusquam certa Romanis fierent hęc cõsulta, magnũ educẽtes exercitum voluntariorũ militum, cuius partem habens Tulius in regionẽ Latinorum irrupit, vt auelleret illinc hostibus sociorum auxilia: reliquos autem ductans Martius in Romanũ agrum excurrit, & vt malo inexpectato accidente colonis multa cępit liberorum hominũ corpora, multa seruorum, boum'q; & iumentorum, aliorum'que pecudum numerum non paruũ, frumentum etiã quantũcunque relictum fuerat, & ferrum, & cætera quibuscumque regio colitur, partim dirripiens, partim'q; corrumpens: ad extremũ'que ignem ferentes coniecerunt in caulas Volsci, ita vt non eas reficere multo post tẽpore qui amiserãt possent. Sunt autem passa ista præcipue plębeiorũ prædia (nam quæ erant patriciorum permanebant illęsa) sique aliqui lęsi erant, in mãcipijs, & pecoribus videbãtur læsi. erat enim hoc à Martio denunciatum Volscis, vt suspecti adhuc magis fierẽt plębeijs patritij, nec ex vrbe tolleretur seditio, sicut etiam euenit. Vbi vero nuntiata est romanis regionis excursio, cognoueruntque non illatam ex ęquo omnibus calamitatem, inclamabant egeni diuites tanquam ipsos inducentes sibi Martium, excusabantque patritij, & esse ducis hanc versutiam quandã prauam demonstrabant. opem vero amissis ferre, aut seruare quę supererant propter suspitiones inter se, atque proditionis metum volebat nemo, ita vt per magnam licentiam Martius abduceret exercitum, sisteretque om̃es domi, passos quidem nihil graue, agentes vero quęcunque voluerunt, multisq́ue abũdantes opibus: venitque paulopost Tullius ex Latinorum regione, & ipse magnis cum emolumentis (neque enim illi quo'que exercitum habebant parem pugna ad occurrendum hostibus, imparatique erant eueniẽte eis quoque præter spem hoc malo) ex hoc autem spe elata est vrbs Volscorũ quæque, ac citius, quàm putasset aliquis, conscriptio facta est militum, suntque cætera sumministrata, quorũcun'que exercitus indigebat. Vbi vero congregatæ sunt copiæ, cõsultabat cum collega Martius, quemadmodũ in cæteris rebus vterẽtur. Mihique (inquit) videtur Tulli esse optimum diuidi copias nostras bifariam: deinde alterũ nostrum ductantẽ robustissimos, manúque promptissimos ire obuiam hostibus pugnaturũ: sique venire ad manus nobiscum sustineant, vna pugna de bello iudicandum: si vero timeant, vt ego credo, collecto nuper exercitu, ducibusq; inexpertis belli in discrimẽ de omnibus venire, peragrantem ipsum regionẽ eorum populari, sociosq́ue diuellere, coloniasq́ue euertere, omnique malo alio quanto possit eos afficere. Alterũ vero hic expectantem custodiam agere regionis, & vrbium, ne nos hostes lateant, incautis eis incidentes, rem'que turpissimã patiamur, quo tempore absentia appetimus præsentia amittentes, sed hic manẽtẽ ducem opus est muros erigere quicunque ruerint, repurgare fossas, atque munire castella, vt pręstent colẽtibus regionem profugia, exercitum'que aliud cõscribere sumministraréque emissis cõmeatum, fabricare arma, & si quid aliud necessariũ fuerit propere suggerere. Do autem tibi electionem siue velis cãpestris exercitus, siue malis hic manẽtis dux esse. Talia dicente Martio, admiratus est plurimum sententiam eius Tullius, ac

Tullius ĩ latinum agrũ, Martius in Romanũ excurrit.

Martius.

cognoſcens alacritatem viri, felicitatē'que in bellis, permiſit ei cāpeſtris exercitus ducatū, nihilque tardās Martius copias Circeos duxit vrbē à Romanis colonis ſimul cum incolis gentilibus habitatam, capitque prima inuaſione vrbem. Nam vt Circei cognouere victā regionem ſuam, & admotum muro exercitū patefactis portis egreſſi ſunt obuiam hoſtibus inermes, poſtulanteſque, vt vrbē ſuſciperent: quæ cauſa eis fuit, ne quid paterentur intolerabile. Neque enim occidit quenquā dux eorum, neque vrbe expulit, ſed militibus veſtimenta, cibariaq; in menſem capiens, & pecuniæ moderatū quiddam exercitum abduxit, paruam ibi portionem copiarum relinquēs, cum tutellæ incolentium cauſa, ne quid mali paterentur à Romanis, tū ne poſtea res nouas molirētur. Vbi vero nuntiata ſunt Romæ quæ fierent, multo maior perturbatio, atque tumultus fuit criminantibus plębē patritijs, quod bellicoſum virū, & alacrem, ſenſus'que generoſi plenum falſo crimine circūuenietes, vrbe expuliſſent, parauiſſentq; Volſcis ducem, præſidentibus'que plębi & ipſis accuſantibus ſenatū, & rem omnem eſſe conſtructam per inſidias eorum dicētibus, neque bellū commune omnibus, ſed ſolis ipſis induci cauilantibus: eratque ſimul cum eis plæbeiorum pars peſſima. Exercitū verò cōſcribere, aduocaréque ſocios, ac neceſſaria parare cætera nemo propter ſimultates inter ſe, & in contionibus accuſationes in animū inducebat. Quod vidētes æuo maximi Romanorum ſeorſum quiſq;: ac communiter ſuadebant plębeiorū ſeditioſiſſimis vt deſiſterent à ſuſpitionibus, accuſationibuſqúe patritiorum, docentes quod ſi ob vnius illuſtris viri exilium tantum vrbem periculū detineret, conſiderarēt quid expectandū eſſet, ſi patritij multi vituperati à plębe & ipſi idē ſentire cogerētur: ſicque iſti cohibuere plæbeiam iniquitatē. Ceſſantéque igitur tumultu hoc multo conueniens ſenatus, legatis, qui aderant à Latinorum ciuitate petentes auxilium, reſpondit, haud facile ſe poſſe auxilium impræſentia eis mittere, ſed illis permittere, vt exercitum ex ſuis conſcribant, duceſqúe eligant proprios, & vires quātaſcunque poſſint emittant. Erat enim in fœderibus, quę fecerāt de amicitia, ſecretum hoc vtrūque. Conſulibus autem permiſerūt exercitum conducere ex deſcriptione, cuſtodireque vrbē, atque ſocios aduocare: in apertum vero copias non educere, donec omnia decenter fierent, confirmauitque iſta populus. Erat autem breue conſulibus reliquum magiſtratus tempus, ita vt nihil potuerint decretorum perficere, ſed dedere ſemifacta oīa ſequentibus conſulibus Spurio Nautio, & Sexto Furio, qui exercitum quantū potuere cōſtituerūt ex ciuili congregatiōe, atque per faces ſigna, & ſpeculatores in opportuniſſimis munitionibus ſtatuerunt, ne quid ignorarent eorū, quę per regionē fierent, pecuniaſqúe & frumētū, & arma breui multa parauere, domeſtica, quod in ipſis erat, optima, nihiloque eorum amplius indigere videbātur, ſocialia vero nō omnia prompte paruere, neque ſponte ſuſcipiebant vna bellū, ita vt cogere eos nollent proditionem metuentes. Iam enim aperte aliqui ab eis defecerant, Volſciſque erāt auxilio. Primi autem deficere inceperunt Equi, ſimul atque inſtitutū eſt bellū trāſeuntes ad Volſcos, ſocietatemq; firmātes per iuſiurandū, & exercitum mittētes Martio maximū, & promptiſſimum. Incipientibus vero iſtis multi etiam aliorū ſociorum adhęrebant clàm Volſcis, nō ex decreto, nec ex cōmuni ſenſu mitten tes

Circei colonia Ro. à Tullio capitur.

Sp. Nautius, Sex. Furius Conss.

Equi.

tes eis auxilia, sed si qui vellent vltro esse militiæ eorum participes non auerten tes ipsi, sed incitantes, fuit'que intra non longum tempus tāta vis Volscorū quā tam nunq̄ antea florētibus maxime vrbibus suis habuerant, quam ductans Martius in agrum rursus Romanum irrupit, ac concidens complures dies populabatur eam partem, quam primo incursu omiserat, nec tamen habuit in hac expeditione amplius multorum capitum liberorum potestatem: nam contrahentes homines quæ pluris erant precij, prius adhuc fugerant alij in vrbem, alij in castella proxima, quorum aliqua erāt munitissima. Pecora autem quæ abduci non poterant & pascentes eas famulos cępit, & frumētum iacens adhuc in areis, fruges'q; cęteras alias in manibus existentes, alias etiam comportatas corrupit, ac procurrens vastans'q; omnia audente ei nemine occurrere abduxit domum exercitum grauem ipsum iam multitudine emolumentorum, per'q; otium incedētem. Volsci vero magnitudinem videntes prędę, deq; ignauia audientes Romanorum, q̄ antea sine metu aliena deprædari soliti tunc perferrent in conspectu vastari sua, gloriatione magna implebantur, erant'q; in spe principatus, tanq̄ facile sibi, & in promptu esset vim aduersariorum perdere, sacrificabant'q;, & agebant dijs gratias, spoliorum'q; repositione templa, fora'q; ornabant, erantque omnes in epulationibus, & lętitia Martiū cum delectatione admirātes, canentes'q; assidue, tanq̄ esset in rebus bellicis vnus omnium pręcipuus, & dux qualis neq; Romanis, neq; Gręcis, neq; Barbaris adesset vllus: maxime vero fortunam eius extollebant cernentes omnia, quecunq; aggrederetur sine labore ei ex sententia eueniētia, ita vt nemo ætatis militaris abesse ab hoc viro vellet, sed properarat omnes futuri harum rerum participes, aduenirent'q; ex quaq; vrbe. Dux autem vbi alacritatem confirmauit Volscorum, fortitudinem'q; hostiū in humilem, & ignauā conclusit consilij inopiam in socios eorum, quicunque seruabant fidem, duxit exercitū, statimque paratis omnibus ad obsidionem opportunis, in Tolerinos pergit, qui Latinorum erant gentis, hique multo ante pręparati ad bellum, comparatis'que omnibus ex regione in vrbem excepere aduenientē eum, restiterunt'que tempus quoddam repugnantes è muris, multos'que hostium vulnerantes. deinde repressi à funditoribus, & vsque in sęrum vesperum fatigati multas partes reliquerunt muri: quo cognito Martius iussit milites scalas ferre: ad denudatas partes valli. Ipse vero strennuissimos assumens exercitus ad portas tendit vapulans à turribus, atque perrumpens vectes transgreditur in vrbem primus. Erat autē subsistens portis magna, valida'que caterua hostium, qui excipientes eum fidenter, inque multum tempus pugnantes perseuerarunt. Verum multis eorum cadētibus reliquę auertuntur, fugiebant'que dispersi per compita, illéque sequebatur interficiens deprehensos hostes quicunque armis abiectis minime cōuerteretur ad preces, interimque p̄ scalas alij ascēdētes muros capiūt, hocq; modo capta vrbe eligēs Martius ex pręda quęcūq; deis repositiōes, & ornatus futura essent Volscorū vrbibus, reliqua militib⁹ dirípiēda cōcessit. Erāt em̄ capita ibi multa, opes multę, frumēti multū, adeo vt nō facile esset ea victores oēs vna die efferre, sed ex successiōe ducētes, & ferentes alia ipsi, alia sup̄ iumētis multū tempus terere sunt coacti. Dux autē postq̄ pecunię, corpora'que exportata sunt, relinquēs vr-

Martij irruptio romanū agrum.

Tolerini gentis latinorum.

Toleriorū Vrbs à Martio capta & prędæ data.

D

Vrbs Bolanorum. bem desertam abduxit exercitū, duxit'que ad Bolanorū vrbē, quos & ipsos contigerat ante cognito egressu eius præparasse ad certamen opportuna. At Martius tanquā primo impetu capturus vrbē in multas muri partes excurrebat. Bolani verò expectato opportuno tēpore portas aperiūt, delatiq; per multitudinem in acie adornati ipsi irruūt in frontē hostiū, multos'q; eorū interficiētes, plures'que vulnerantes, reliquosq; turpiter cogētes fugere reuersi sunt in vrbē, qua re cognita Martius (non.n. cōtigerat presentē eum fuisse cladi) cum paucis mature affuit: & excipiēs dispersos ex fuga sistit eos, & firmat, & vbi in ordines restituit copias subostendens quæ agenda essent, iussit eos vrbem aggredi per portas ipsas. Vtentibus autem eodem conatu iterum Bolanis, & confertis excurrentibus non sustinuerūt eos Volsci, sed cedentes fugiebāt per decliue, vt dux eos monuerat, quam quidem fraudem non intelligentes Bolani persequuti sunt multum hostes, & vt longius ab vrbe absfuere, habens Martius electos iuuenū in Bolanos conuertitur, fit'que magna illic eorum cedes, aliorū repugnantiū, aliorū'que fugientiū, quos ille persequens vs'que ad portas propulsos preuenit priusquā clauderētur portæ, vi intra muros irrūpens, atque vbi dux ipse factus est portarum dominus, secuta

Capti Bolani à Martio. quo'que est cætera Volscorum multitudo, ac Bolani murum relinquentes fugiebant domū, sicque huius quo'q; vrbis factus dominus permisit militibus liberos in seruitutem trahere, pecunias'q; diripere, & quemadmodū ex priore altera predam omnē exportans cum tēpore, licenter'que admodū posteà incendit vrbem,

Lauicani vrs Latinorum. indéque assumens copias in Lauicanos duxit. Erat enim ea quo'q; tunc vrbs Latinorū, ipsa etiam sicut altera Albanorū colonia, volens'q; eos perterrefacere incendebat regionē adueniens, vnde flāmam maxime visuri essent. Lauicani verò murum habētes extructū nequaquā territi sunt illius inuasione, neque molle ediderunt quicquā, sed obstiterūt repugnātes generose, sæpius'q; ascendētes muros hostes reppulerunt, neque tamen in finem restitere certantes pauci aduersum multos, ac ne minimum quidem temporis vnquā requiescentes. Fiebant eñ insultus multi ex successione aduersum vrbē totā à Volscis, cedentibus semper fessis, recētibus'q; alteris aduenietibus, aduersum quos certantes oppidani tota die, neque noctu quiescētes ob lassitudinē coacti sunt muros deserere. Sic'q; capiens

Lauicani capti. hāc etiā vrbē Martius in seruitutē eam redegit, permisit'q; diuidi militibus emolumēta, mouēs'q; inde venit ad Pedanorū vrbē Latini eā quoq; generis instructū

Vrbs pedanorum capta. habens exercitū, vi q; eam cepit simul ac propinquāt muris, & in eam quoq; eadē que in captas alias peregit. Exurgēs'q; mane die postero Corbionē venit, eique

Corbio sese dedit propius muros existenti apertis portis oppidani obuiā processere, preces intendētes, ac murū sine pugna ei tradentes. Quos ille laudans, tanq̃ optima elegissent, venire iussit ferentes exercitui ea, quorū indigebat, pecuniam, & frumentū, &

Coriolāi se dedunt accipiens quæcun'que imperarat, duxit copias ad Coriolanorum vrbem, quàm tradentibus quo'que oppidanis sine pugna, atque multa cum promptitudine exhibentibus fora rerum vænalium, pecunias'que exercitui, & quęcūque alia impe rauit, abduxit inde exercitū tanquā per amicā terram. Curabat enim hoc maxime, ne tradentes se ei vrbes quicquā eorum paterentur, quæ afferre solet bellum, sed agrū inuiolatū reciperēt, & pecora, & seruos quoscū'q; in prædijs reliquissent

aufferrēt

aufferrent, nec tu vrbibus habitare milites sinebat, nequid mali per rapinam, siue per furtum fieret: sed apud muros castra metabatur. Ab hac vrbe discedens exercitum admouit Bolas vrbem tunc illustrem, & inter paucissimas Latini generis exquisitam, non recipientibus autem ipsum oppidanis, sed loco arduo fidētibus, munitissimo eidem, multitudinique ab eo pugnante, cohortatus milites Martius, vt alacriter dimicarent, & eis, qui primi muros inuaderent, magna dona pollicitus, aggressus est opus, fitque pugna pro hac vrbe ingens. Neque enim à muro tātum repellebant adeuntes Bolani, sed portas quo'que reserantes conglobati excurrebant, vique instantes hostes detrudebant per decliuia, cædes'q; fuit ibi Volscorum maxima, tempus'que opugnationis multum, eratque omnibus vincendę vrbis spes dubia. sed absentiam amissorum incertam dux faciebat, alios substituēs, languentium'q; firmabat promptitudinem, delatus ipse ad partem exercitus laborantem. Erant enim non verba ei tantum ad erectionem animorū, sed opera etiam inductiua cum periculū subiret omne, nullo'que conatu absisteret, donec captus est murus. Victa verò hac quoq; cum tempore, captorum'que alios iure belli perdens, alios captiuos ducens, exercitum abduxit illustrissimam adeptus victoriam, spolia'que abducens plurima atque pulcherrima, multas'que pecunias. Erant eñ illic quāta in nulla alia captarū vrbiū. Ditato aūt exercitu, parētéq; ei regione quācū'que peragrabat nulla alia aduersabatur vrbs, pręter lauiniū, quā vrbē primā descēdentes cum Aenea in Italiam Troiani cōdidere, & vnde genus est Romanorū (vt declaratum est) à me supra. Et eñ putabant incolę esse potius omnino grauia oīa sustinēda, quā in nepotes suos Romanos fidem relinquendā. Fuere igitur oppugnationes illic quędā peracres, & crebræ ante munimenta pugnæ, neque tamen vi captus est prima inuasione murus, sed esse opus visum est tempore ad obsidionē, & mora. Absistens itaque oppugnatione Martius circūdidit vrbem fossa, vallauitque vias circū custodiens, ne quis cōmeatus eis inferretur, neque auxilium extrinsecus adueniret. Romani verò captarum vrbium excidium audientes, adhęrentium'que Martio necessitatem, atque legationibus fatigati venientibus ad eos quotidie ab ijs, qui in amicitia permanebant, indigebantque auxilio Lauinijque circūuallationē, quæ in manibus erat, horrentes, sique id oppidum caperetur venturum ad se bellum suspicantes, vnam esse putabant rerum oīm dissolutionem, si Martio reditum decernerent, ac plębs oñis clamabat, volebant'que Tribuni legem de abroganda dānatione ferre, sed patritij aduersabantur eis, nolentes solui iudicatorum quicquam: non facto autē senatusconsulto Tribunis quo'que non amplius proponenda visa est in populum sententia, quod est sanè admiratione dignum, qua tandē causa fauens prius senatus Martio, tunc volenti plæbi eum restituere aduersabatur, vtrum eius experiri volens sententiam, an vt non prompte cōcedendo oīa magis eam ad vrgendū impelleret, an dissoluere volēs calūnias in se, quod nullius eorū, quę hic vir faciebat, causa ipse nec administer esset. Erat sanè difficile cōsiliū eius secretū assequi coniectura. Audiens aūt à transfugis quibusdam hæc Martius, vt ira tulit propere assumens copias Romam duxit, sufficientem quoque relinquens custodiam Lauinij, ac statim distans Roma circiter quadraginta stadia circa fossas Ciuilias vocatas castra

bolę vrbs illustris.

Bolæ captę.

Lauiniū vrbs à Troianis Aenea duce condita.

Martius.

romã perges ad fossas Ciuilias castra ponit

posuit: Romanis verò præsentiam eius auientibus tantus tumultus incidit, tanquam statim adducturo eo ad muros bellum, vt alij arma capientes currerent super muros iniussi, alij ferrentur ad portas sine duce conglobati, alij autem armantes seruos super ædium parietes starent, alij arcem, & Capitolium, alios'que munitos vrbis locos occuparent, mulires'que solutis crinibus ad delubra, sacellaque decurrerent complorantes, rogantes'que deos, vt ab vrbe auerterent aduenientem metum. Vbi verò nox transiuit, atque diei sequentis pars maxima, nec eorum, quę timuerant, fiebat aliquid, sed permanebat quietus Martius, concurrerunt plębeij oẽs in forum, vocauerunt'que in curiam patritios, atque nisi pręconsulerent viro reditum de se ipsis consultare aiebant velle, tanquam proditis, tuncque coeuntes in senatum patritij legatos decernunt mittendos ad Martium quinque ex ęuo maximis, quos ille maxime venerabatur, de dissolutione ipsos belli, amicitiaque acturos, fueréque isti, Marcus Minutius, Posthumius Cominius, Spurius Largius, Publius Pinarius, Quintus Sulpicius, consulares omnes, qui vbi ad exercitum venere, cognouitque præsentiam eorum Martius, sedens vna cum primoribus Volscorum, aliorumque sociorum in loco, vnde multi audituri essent quę dicerentur, euocari legatos iussit. Quibus ingressis dicere incœpit Minutius, qui cõsulatus sui tempore pro Martio valde enisus fuerat, aduersatusque plębeijs maxime, dixitque talia.

Legati ad Martium missi.

Orõ Minutij Ro. legati ad Martiũ.

QVOD nõ iusta à plæbe patiens per turpe crimen expulsus es Marti patria, omnes scimus, neque mirum quicquam putamus te facere, si in grauescis, indignarisque hunc casum. communis enim lex hæc natura est omnibus, male agenti inimicum esse male passum. Quod verò non cum ratiotinatione, temperanterque exquisiuisti quos vlcisci, puniréq; te sit conueniens, neque agis moderate circa exactionem pœnarum, sed in eodem ipse ponis sontes, & insontes, & amica, & hostilia, legesque moues naturæ immobiles, conturbasque erga deos pia, neque te ipsum ex quibus, & quis natus sis meministi, istud mirati sumus, venimusque à ciuitate legati missi nos ęuo maximi patritiorum, pro te'que promptissimi mixtam excusationi ferentes iustam rationem, & quibus conditionibus postulemus te cum plæbe inimicitiã deponere nuntiantes, superque hæc, quę putamus esse pulcherrima, tibique vtilissima admonituri, incipiatur'que à iusto sermo. Constitit enim aduersum te plębs instigata à Tribunis, aduenereq; occisuri te indicta causa illi, quibus terribilis fueris. Hoc nos opus senatores prohibuimus, pręstitimus'q; tibi, vt tunc nil iniustum paterere: post hoc tibi diẽ dixerunt, prohibiti te interficere, obijciẽtes te malos in senatu sermones de se habuisse, restitimus'que huic etiã vt nosti, neque permisimus te sententię, neq; verborũ subire pœnas, excidẽtes hoc etiam: postremo venerunt ad nos accusantes te tyrãnidis affectatę: hoc de crimine, quãdoquidẽ tu ab eo multũ aberas, causam dicere sustinuisti, pemisistiq; plæbeis de te ferre suffragium, intererat'q; senatus etiam multas pro te preces exibens. Cuius igit̃ nos patritij tibi accidentium malorũ causa fuimus? & quare bellũ nobiscũ geris, qui in te tantam in certamine beniuolentiam ostendimus? Atqui neque plæbeiũ omne inuentũ est te volẽs expellere, qui duobus quidẽ suffragijs superatus es solis, ita vt tu neque his etiã iure esse hostis possis, qui vt insontẽ te absoluerint. Pono si uis plębeijs visum esse

omnibus

omnibus, senatuique vniuerso apparuisse te tali potiri calamitate, iustum'que tuum esse in nos omnes odium. quidnam graue in te Marti egerunt fœminæ? cur cum eis bellum geris? quale in te tulere illæ de exilio suffragium? aut quos sermones malos de te illæ habuere? quid agentes in te iniuste, aut cogitantes nostri filij in periculum veniunt captiuitatis, aliorum'que malorum, quæ verisimile est pati eos, si vrbs capiatur. Non recte iudicas Marti, si eodem modo odisse oportere putas subiecta, & inimica, ita vt neque insontibus aliquibus, neque amicis parcatur vllis. non sentis vtique conuenientia bono viro. Sed vt sinam hęc omnia, quid habebis per deum, quod respōdeas, siquis te roget, quidnam passus à progenitoribus sepulchra eis effodis, & honores eis aufers, quos ab hominibus accæperunt? deorum aras, fana, templa, propter cuius iniusticiæ iram diripis, concremas, & euertis? neque ea potiri sinis legitimis, venerationibus? quid ad hæc diceres: equidem nihil video. Et hęc tibi de nobis Marti senatorij ordinis, déque alijs ciuibus, quos perdere niteris, nihil mali ab eis passus, sepulchrísqúe & templis, atqúe vrbe, quę te genuit, & educauit dicta sint iusta, euersione autem omnium hominum, & eorum, qui nihil te læserint, vna cum mulieribus, & pueris pœnas dari tibi cōuenit, omnesqúe deos, & Heroas vrbis, & regionis luere tribunorū amētiam, nullam'que excęptam, neque impunitā à te relinqui partem. Nondum ipse sufficientes ab omībus exegisti pœnas? tot peractis cædibus, tanta ferro ignique vastata regione, tot vrbibus à fundamento euersis, solemnitatibusqúe, & sacrificijs, & venerationibus deorum, aut geniorum, quos in multis locis inhonoros, & incultos, & legitimorum honorum expertes esse coegisti. Ego non vtique dignum dicerem homine, cui tanta sit consideratio, quanta est virtus, neque commiscere inimicis amica, neque grauem esse iram, implacabilem'que in delinquētes in se: pręsertim qui pœnas sumpserit de eis multas'q;, & magnas. Quæ igitur de nobilibus defendēdis, excusandisq; plæbeijs habuimus, hęc sunt: quę verò tibi ob beniuolentiam proponere honoratissimi intendimus, pollicerique reconciliato cum patria, hæc sunt. Qua in re licet tibi maxime, & quod tibi aspirat numen moderari, & fortuna parce vti, cogitanti quod res omnes mutationem habent, neque aliquid in eodem permanere diligit. Sunt enim deis excellentia omnia odiosa, & vbi ad arcem illustrationis venerint, vertuntur rursus in nihilum, patiuntur'que hoc maxime durę, magnę'que sensuum elationes, & humanæ naturę terminos excedentes. Licet autem tibi pulcherrime nūc bellū dissoluere. Senatus enim omnis statuit tibi reditum decernere, est'q; paratus populus lege confirmata, te solutum exilio perpetuo restituere. Quid te igitur prohibet suauissimis, preciosissimis'que necessariorum tuorum aspectibus frui, & ornare oppugnatam patriam, imperare'q; vt te conuenit imperantibus, ducē'q; esse ducum, filijs'q; & nepotibus maximam gloriam relinquere. Harum autem pollicitationum nos omnium vades erimus, tanquam statim exequendarum. nunc autem minime pulchre haberet senatum, aut populum tibi aliquid clementius, moderatum ve decernere, donec castra nobis habes apposita, agisq; hostialia. Si verò armis abstines, veniet tunc tibi decretum de reditu à nobis latum post non multo. Bona igitur hæc tibi aderūt recōciliato: manēti autē in ira, neq;

Sūmisq; negatum stare diu.

odiũ erga nos finienti multa etiã grauia, ex quibus ego duo maxima, manifestissima'que dicam: primũ quidem, quod difficilis factu rei, immo verò impossibilis prauã cupiditatẽ habes, Vrbis Romę vim euertẽdi, & hoc ipm Volscorũ armis: deinde quod tibi siue feliciter siue infeliciter agẽti accidet, vt omniũ hoĩm infelicissimus existimeris. Ex quibus aũt cõtingat mihi ista de te sentire Marti audias, nihil ipse ex libertate verborum meorũ exasperandus. Cõsidera enim primum de impossibili, Romanis quidẽ vt scis & tu, iuuẽtus adest multa domestica, quã, si tollatur seditio, quod nunc fiet, propter multã huius belli necessitatem (nam ob cõmunem metum student diffidentia omnia conspirare) nõ dico Volsci vincẽt, sed nec Italię gens vlla alia. Multa vero Latinorũ etiam, aliarum'q; sociarum vrbis coloniarum vis est, quàm propè omnem auxilio venturam expecta, Ducum quo'que qualis tu es seniorum, & iuuenum tanta multitudo, quanta alijs nõ adest vrbibus omnibus. Maximũ vero auxilium, nec spes vnquã nostras fallẽs, omnibus'que humanis viribus superior est deorum in nos beniuolentia, per quos nõ modo liberã, & felicem vrbem vsq; ad hoc tempus octauã iam generationẽ, sed & gentium multarum principem incolimus. Nec Pedanis nos assimiles, aut Tolerinis, neue alijs ciuibus, quorum oppida occupasti: etenim minor te dux minorique hoc tanto exercitu paucitatẽ hominum, & inanes munitiones vi subegisset, sed magnitudinem vrbis, & claritatem rerum bello gestarum cogita, assistẽtem'que à dijs ei fortunam, per quàm tanta facta est ex parua, sicque vires, quas adducens tantum opus aggrederis, ne esse quidem mutatas puta: sed memento clare exercitum te Volscorũ, & Equorum adducere, quos nos quidem, qui nunc sumus, multis vicimus prælijs quotiens ausi sunt per bellum aduersum nos consistere, ita vt vna cum peioribus certaturus aduersum meliores tẽdas, & cum victis aduersus eos, qui semper vincunt. Quod si essent his contraria, illud certè admiratione dignũ quemadmodum te latuerit bellicarum peritum rerũ, quod insignis in grauibus audacia non ex æquo adesse solet ijs, qui aliena inuadunt, & ijs, qui certant de bonis suis domesticis. Isti enim si non succedat eis læduntur, illis verò si ceciderint nihil remanet: & quod magnæ labefactentur vires à paucioribus, validiores'que ab inanioribus, hæc in primis est causa. Acris enim necessitas, dé que vltimis periculum sufficiẽs est, ad imponendam alicui fiduciam, quę non etiam, natura adsit. Habui plura quę de impossibili dicerẽ, sed hęc satis. Vnus adhuc relinquitur mihi sermo, quẽ si non per iram, sed ex ratiocinatione, iudices, recte dictus videbitur: assistet'que tibi eorum, quæ agis, pœnitentia. & quis igiť est hic sermo? Nemini mortaliũ dei futurorũ sciẽtiã vt haberet dedere sertã, nec inuenires ex oĩ ęuo, cui res oẽs ex sentẽtia euenerit aduersante nihil fortuna: & iccirco qui prudẽtia pręcellũt cæteris (quã vita lõgior facit) multa'q; pręcepta afferũt priusquã opus quoduis incipiať, finẽ putãt primũ eius spectari oportere, nec tantũ alterum, quod euenire vellent, sed quod sit quoq; præter sententiam euenturum, id'q; duces bellorũ pręcipue tanto magis, quanto ills maiorum rerum fiunt domini, atque causas felicium euentuum, infeliciumq; referunt in hos omnes. Deinde quando nulla inueniũt pręter parua pauca, si nõ succedant eis nocumenta accinguntur ad opera, si vero multa magna'q;, absistunt. Hoc igitur

Omnes fallimur.

tur & tu facito, anteq; opera cogita. Si in bello labes neq; adsint tibi omnia, quid te continget pati, calumniaberis ab eis, qui te ipsum susceperunt, vt maiores possibilibus res aggressus: exercitu vero nostro multo illuc adueniēte, regionē'q; eorum vastante (neq;.n. nos quoq; sustinebimus impunitos sinere, qui nos prius lędere inceperint) duorū altero non vtiq; aberrabis, quin aut ab illis, quibus fueris magnarum causa calamitatū, turpiter occidaris, aut à nobis, quos occisurus venisti, inque seruitutē tracturus. Fortasséq; illi quoq; anteq̄ in malum aliquod patiēdum deueniant recōciliare se nobiscum enitentes, te dedere ad suppliciū volent quod & barbari multi, & Græci in huiusmodi fortunas constituti coacti sunt tollerare. Sed hæc parua, neq; digna memoratu videntur tibi, oporteréq; ista negligere, aut esse vltima malorum omniū patienda. Age, si vincis, quodnam admirabile est tibi pugnaq; petendum bonū, aut quas feres opiniones. Hoc etenim perscrutare, primū quidem dilectissimis, propinquissimis'q; tuis priuari te continget, matre misera, cui genituræ, educationis'q;, & aliorū quos pro te pertulit laborum haud pulchras remunerationes reddes: deinde autem pudica vxore, quę in solitudine, & viduitate ob desiderium tui sedet, dies illa, noctes'que totas exilia tua deflēs, super'que hæc duobus filijs, quos oportuit nepotes bonorū progenitorum, honoribus eorū frui in felici gloriosos patria: quorū omniū miseras & infelices spectare cogeris cōuersiones, si bellum muris audeas adducere. Nō enim tuorum parcent alicui qui de suis in periculum veniāt, à téque paria mala patiāt̄, sed in verbera eorū, & contumelias immisericordes, ipsi inque omnē aliā improperij speciem descendent coacti sane calamitatibus, neque eorū hi qui faciēt, sed qui eis imposuerint hanc necessitatem in culpa erit. Tales igitur voluptates capies succedente tibi ex sententia hoc opere, laudem vero, & dilectionem, & honores, quos expetere oportet bonos. Vide etiam quales & quos matricida vocatus ipse, filiorū'que occisor, vxoris proditor, patrięque euersor (neque enim sacrificiorum, neque libationū, neque veste cōmunis socium quocūque veneris te volet pius, aut iustus aliquis, ne apud illos quidem in pretio futurus, quibus ipse beniuolentiā demonstrans ista agis) sed possidētes vniquique aliqua ex impietatibus tuis emolumenta, habebūt odio morū contumaciā. Transeo quod pręter odiū, quod à clementissimis feres, obuiabit tibi inuidia multa æqualiū, atque minorū metus, & propter ista vtraque insidię, multaque difficilia, vt cōsentaneum est homini amicorum, inopi, & in terra habitanti hospita. Illas autem à dijs genijsque immitti solitas grauia impia'que peragentibus hominibus furias omitto, à quibus illi animas'que & corpora cruciati malas hauriunt vitas, & amaros, miserabiles'que fines sustinent. Hęc tu cogitans Marti muta mentē, desine'que sęuire in patriam, & existimans fuisse fortunam omniū, quæ à nobis perpessus es, & quibus ipse nos afflixisti malorum causam, abi gaudens ad propria, matris complexus gratissimos, & vxoris comitates suauissimas, filiorū'que dulcissimas salutationes possidens in tempore, & te ipsum debitū pulcherrimū ei reddens, quæ te genuit, tantumque virū erudiuit patriæ. His à Minutio dictis parumper continens se Martius dixit. Tibi sane Minuti, vobis'que alijs: qui cum hoc missi estis à Senatu equidē sum amicus, paratus quoq; pro vobis facere quicquid boni queam

Martij orō Minutio respōdentis.

quod & prius dum ciuis vester eram, publica'q; agebam, in multis mihi opportunis'que temporibus fuistis vtiles, & post exilium haud aspernati me estis, despicientes fortunam tunc meam, vt quæ nō amplius prodesse amicis posset, neque inimicos lædere, sed boni certiq; amici permanentes, matris quoq; meæ curã, & vxoris, filiorum'q; habentes, leuiores'q; eis calamitates diligentia vestra efficientes. Romanis vero sum cæteris inimicus q̃ maxime possum, bellum'que cũ eis gero, neque vnq̃ desinam odisse eos, qui pro multis, egregijs'que facinoribus, ob que honor mihi debebatur, tãquã in maximis erga rempub. deliquissem, me turpiter patria expulerunt, neque matrẽ reueriti meã, neque filios miserantes, neque alium affectũ aliquem in meis casibus mitẽ assumentes. Scientes autẽ hoc vos si quidem indigetis à nobis re aliqua, minime dubitantes dicite, tanquam nihilo non potituri possibiliũ. De amicitia vero, & reconciliationibus quas me cum populo facere spe reditus postulastis, desinite disputare, valde enim cupide amplecti possem reditum in vrbẽ talem, in qua quidem aufert prẽmia virtutis nequitia, improborum'que subeunt supplicia, qui minime peccauere. Age per deos, dic mihi cuius rei iniustẽ causa ego talẽ fortunã sum expertus, aut cui idẽ studẽs operi maioribus meis indigeo. Primo.n. egressu iuuenis admodũ militaui, cum aduersus reges vi irruentes pugnauimus, ex ea'que pugna ornatus sum ab Imperatore prẽmio fortitudinis corona, ciuẽ protegens, & occidens hostẽ, in'que pugnis deinde omnibus siue equestribus, siue pedestribus semper illustris fui, prẽmia ex omnibus fortitudinis accipiens: nec est vrbs capta per oppugnationem aliqua, in quam non ego primus, aut cũ paucis ascenderim, nec est fuga vlla facta instructorum ex aduerso hostiũ, cuius non me autorẽ præcipuũ extitisse confessi sint omnes: neque facinus vllum aliud est editum clarũ, aut generosum abs'que mea audacia, vel felicitate: & hæc quidem posset aliquis de se alius vir generosus dicere, nisi quod non tanta, sed vrbem totã cẽpisse: quisnam gloriari potest dux, aut centurio, sicut ego Coriolos cẽpi, & eodẽ quoque die exercitum hostiũ in fugã vertisse, sicut ego Antiatũ verti, qui auxilio obsessis venerãt. Omitto autẽ, quod virtutes ostendens tantas, cum liceret mihi ex prẽda sumere auri multũ, multũque argenti, mancipia'que, & iumenta, & pecora, agrum'que multũ, & bonum, nolui, sed me ipse exhibere minime inuidiosum volens, equũ tãtum vnũ bellicum ex omni prẽda, & ex captiuis vnum hospitem meũ sumpsi, diuitias'que reliquas in cõmune deposui. Vtrum igitur pœnas dare dignus erã ex his, an honorem accipere? & vtrũ ego sub nequissimis esse ciuiũ? an iusta ipse in inferiores agere? Sed non propter ista quidẽ me plẽbs expulit, sed quia in reliqua vita incontinens, lautus'que, & iniquus eram. & quis potest aliquem ostendere, ob iniquas voluptates meas patria exulantem, aut priuatũ libertate, aut pecunijs spoliatũ, aut alia potitũ calamitate? sed nec vnquã hæc accusauit inimicorũ aliquis, nec est quicquã horum criminatus, sed esse vitam mihi attestabantur omnes quotidianã irreprẽhensibilem. At electio ad ministrationũ tuarum in repu. (dicere posset aliquis) odiosa hanc tibi peperit calamitatẽ. Cum enim liceret tibi eligere meliorẽ partẽ, elegisti deteriorem, perseuerastique dicens, agens'que ea per quẽ dissolueretur patrius optimatum principatus, esset'que domina ciuitatis indocta, praua'que mul

titudo

titudo. At qui ego Minuci ęgi his cõtraria,& vt senatus semper reipu. curam age ret, mos'que patrius permaneret,prouidebam. Pro his igitur pulchris studijs,quę videbantur maioribus nostris æmulanda,has felices,& beatas à patria remunera tiones tuli. Non enim à plębe tantũ expulsus sum Minuci,sed multo prius à sena tu, qui me vana à principio spe extollens, cum tribunis obuiabam cõparantibus tyrannidem, tanquã eo exhibituro mihi securitatem,vbi subesse vidi periculũ à plæbeis aliquod, abstitit, méq; inimicis tradidit? tu quidem ipse consul eras tunc Minuci,cum senatusconsultũ factum est de iudicio,& cum Valerus me tradi plę= bi persuadens maxime oratione placuit,& cum ego veritus,ne suffragio lato à se natoribus caperer, cõsensi,& me ipse exhibiturũ iudicio sim pollicitus. Age mihi responde Minuci,vtrum pœna dignus visus sum senatui,quia pręclara consulebã, & agebam? an plæbi soli? Si enim omnibus hæc tunc sunt visa, méq; omnes ex= pulistis,clarum sanè est,quos volentes ista omnes virtutem odio habetis,nec est locus probitatem suscipiens in vrbe vllus. Sin vi autem adactus senatus conces= sit plæbi,fuitque opus necessitatis illud,non sententiæ,à prauo vinci vos certo cõ fitemini, nec vllius eorum, quæ valeant esse senatum dominũ. Et postea me in vrbem talem redire vultis,in qua pars melior deteriori paret. magnæ vtique me damnatis insaniæ. Age vero sim persuasus,bellum'que dissoluam, quẽadmodũ dissolui petitis,quis sensus erit meus,& quã vitã viuã? vtrũ securitatẽ eligens,& quod sit minime periculosum,magistratus'que,& honores,& bona cętera, quibus me dignum puto ambiens, sustinebo ego turbam harũ rerum habentẽ potesta= tem colere? Malus igitur ex bono fiam,nec vlla mihi ex priore virtute aderit vti litas. At in eisdem manens moribus,& eandem seruans reipu. electionẽ aduersa bor eis,qui eandem non elegerint. An non clarũ est istud quod plæbs mecũ ite= rum bellũ geret,pœnas'que volet de me aliàs iterum sumere, hoc ipsum primũ mihi obijciens, quod potitus per illam reditus nõ voluptate eius inseruiam, po= steaq; apparebit alter Sicinio similis, aut Lucio ductor plæbis ferox me accusans, aut cum disiungam ciues alios ab alijs, aut quod insidias in plæbem struam, ea'q; prodere velim hostibus, aut tyrannidi aspirare insimulans,vt nuper Lucius,aut aliud iniuste agere,quodcunq; ei aliquando videbitur. Non enim crimine qui ode rit indigebit,veniet'que super obiecta cætera. Ad hæc etiã non multo post quæ= cunque à me gesta sunt hoc bello quod regionẽ vastaui, prædam'que abegi, vr= bes abstuli:& qui pro eis repugnarent alios occidi, alios hostibus tradidi. Hæc si dicant accusatores, quid eis ipse me defendens respondeo? aut quo vtar auxilio? An non igitur clarum est, quod speciosa oratione vtimini, dissimulantis'que Mi nuci honestum nomẽ rebus impijs apponentes. Nõ enim datis mihi reditũ, sed plæbi hostiam adducitis,fortasse istud etiam volentes,quod si quidẽ sit non am= plius est mihi vtile,me fidentem vobis redire. Quod si nõ vultis istud (pono enĩ nihil tamẽ vobis eorum,quę sim passurus preuidẽtibus) quęnam erit mihi igno rantię,siue stultitiæ vestræ vtilitas prohibere etiam si volueritis non valentiũ, largiri verò hoc etiã cum alijs plębi cogendorũ, sed quod mihi nequaquam con= ferat ad securitatem iste, quem vos appellatis reditum,ego verò viam ipsum ad exitum celeriorem. Non pluribus opus puto. Quod vero neque ad insignẽ glo=

riam,aut honorem, aut pietatem (quando & tu Minuci horum me habere ratio=
nem postulas) recte facerem: sed turpissime, & impie ageretur à me credente vo
bis,audi particulam. Ego volscis hostis fui, plurimū'q; eos læsi per bella quærens
ducatum patriæ,viresq́ue,& gloriam. An non igitur conueniens fuit: honorem
mihi haberi ab ijs, qui bene à me accepissent? odium ab ijs, qui male si quidem
actum esset aliquod probabilium, hoc peruertit vtrūque fortuna,& in contrariū
transposuit,quod debebatur. Vos.n.pro quibus inimicus eram Volscis, mihi oīa
mea ademistis,& in nihilum redigētes me abiecistis: illi verò à me perpessi gra=
uia,pauperem & sine laribus, & humilem & sine vrbe suscepere me in suis vrbi=
bus. Nec suffecit faciētibus hoc eis tam illustre magnanimū'que opus,sed ius quo=
q́ue ciuitatis dedere mihi in vrbibus eisdē omnibus, magistratus'que gerendi &
honores,qui sunt apud eos maximi(omitto cętera)sed & ducem, & Imperatorē
me crearunt, extra fines suos exercitus, res'que oēs suas publicas mihi soli subie=
cere. Age igitur,quem animū sumens proderem istos adhuc,à quibus tantis orna
tus sum honoribus? nec vlla in re ipse magna,neque parua ab eis læsus. Nisi igitur
me eorum lędūt gratię, vti quondā læserunt vos meę,pulchram mihi profecto
gloriam afferret cognita omnibus iterum proditio. Quis nō vtique me laudaret
audiens,quod amicos quidē, à quibus bene me accipere cōueniebat, inueniēs ego
hostes,iimicos verò,à qbus me ꝑditū iri oportuit,amicos,loco odij in osores,&
amoris in amicos meos cōtrariā sententiā habuerim? Age Minuci inspice etiā à
deis qualia nunc mihi eueniunt,sic'q; vobis credēs prodā, quā hi habēt mihi fidē
qualia mihi aderunt in vitam reliquam. Nunc quidē mihi in omni actione,quā=
cunque aduersum vos aggrediar,fauent,neque vllo conatu excido:quod quantū
esse putatis argumentum pietatis meæ. Si enim ego aduersus patriam meā im=
pium bellum gererem,contraria omnia oportuit mihi à dijs euenire: quando au=
tem secundo flatu vsus sum in bellis,& quascūque res aggredior oēs mihi pro=
spere eueniunt, clarum certe est, me pium esse, actiones'que pulchras eligere.
Quid si igitur muter,& augere quęram vestra,horum'que res humiles reddere,
fiet mihi an non contraria,diram'que habebo à numine animaduersionem,& vt
ex humili sum per deos magnus factus, sic statim humilis ex magno fiam:fiēt=
q́ue meę calamitates alijs documenta. Mihi quidem stat sententia hæc sentire
de numine,credo'que furias illas terribiles,& implacabiles impie agentibus,qua=
rum & tu meministi Minuci,tunc animam corpusq́ue meum esse persequuturas
cędentes verberibus,quādo relinquerem, proderem'que eos, qui me perditum à
vobis seruarunt, vltra'que salutem multa pulchra quæ addiderunt beneficia in
me sua, quibus deos sponsores dedi, tanquā nullū in malum adiens eos viros, &
fidem meam ad hoc vsq́ue tempus puram, & immaculatā. Quando vero ami=
cos vocas Minuci expulsores meos,& eam patriam,quæ me abnegarit,leges'que
naturę reuocas, de'que sancto pio'que disputas, videris mihi cōmunia, nec igno=
ta cuiquā Minuci solus ignorare, ꝙ amicū aliquid & inimicum neque aspectus fi
gura distinguit,neque nominis impositio:sed ex vsibus, & operibus clara fiūt ho
rum quę'que,& amamus,quidem vtilia,odimusq́ue offendentia, nō hominibus
nobis aliquibus hāc legem aut ponentibus, aut abrogātibus aliquādo si cōtraria
eis

eis videantur: sed à natura accipiẽtes communi positam ab æterno omnibus sen sus participibus, & in æternum permansurã, propterque hoc amicos abnegamus cum lędant, & inimicos amicos facimus, quando adest nobis aliqua ab eis gratia: & vrbem, quæ nos genuit, cõplectimur cum prodest, & cum nocet relinquimus non propter locum, sed propter vtile eam diligentes. nec priuatis quidem cõtin= git solis sentire horum vnumquodque, sed totis vrbibus gentibusque omnibus, ita vt hac lege vtens nihil postulet, quod nõ sit diuinorũ iuriũ, neq; extra cõmu= nẽ faciat omniũ hominũ iustificationẽ. Ego igiẽ agentẽ ipm me agere puto, iu sta, & vtilia, & honesta, & vna cum his apud deos sanctissima: neq; opus est me de his iudices homines sumere ęstimatione, & opinionibus veritatẽ coniectãtes, quandoquidem placẽtia deis ago. non eñ puto impossibiles me res aggredi, deos habens earum duces, si quidem opus est ex pręteritis cõiecturã de futuris facere. De moderatione aũt, ad quàm me adhortamini, ac ne euellatur à radicibus Ro= manorum genus, neue etiã à fundamentis euertatur Vrbs tota, cum possim ego Minuci dicere, non me esse horum dominũ, neq; esse dirigendum ad me hunc ser monem. sed quod dux ego sim copiarũ, belli verò pacis'que sint hi domini, ita vt ab eis petẽdę sint siue inducię, siue recõciliatiões, ac nõ à me nõ hoc tamẽ respõ sum do vobis, sed & deos venerans patrios, reuerens'que maiorũ monumẽta, & quę me genuit terrę, & vxores, filiosque vestros miserans, in quos haùd cõueniẽ ter reciderent virorum, patruũque, aut aliorum vitia, nec non propter vos Mi= nuci electos ab vrbe legatos, ita respõdeo, siquidem reddãt Romani Volscis regio nem quantã eis abstulerunt, & vrbes quot obtinent reuocatis colonis, amicitiam qúe cum eis contrahant imperpetuum, ęquã'que ciuilitatem concedãt, quemad modum Latinis iusiurandũ & execrationes contra transgrediẽtes, cõuenta faciã bellũ'q; dissoluã. Ante vero nũciate eis ista, & eodẽ modo, quo factũ est mecũ, cum illis etiã de ęquo iusto'que aduertẽter admodũ disputate (pulchrũ enim est habentẽ vnumquemque possessiones suas in pace viuere, multo'que hoc melius timere neminem aut inimicũ, aut tẽpus: turpe verò est obtinentẽ aliena non ne= cessarium sustinere bellum, in quo etiam in periculũ de proprijs omnibus bonis veniũt) discrimina'que eis ostendite non feliciter quidẽ, sed infeliciter agentibus euenientia, alieni agri cupidis: sique vultis addite etiã volentibus violatorũ vrbes accipere nisi vincant, agrum eis suũ vrbem'que adimi, superque ista videre vxo= res turpiter patientes, filios'que in contumeliã duci, proque liberis seruos patres in limine senectutis, simulque senatum docete, quod non tantorũ malorum accu sandum habebunt Martiũ, sed suam ipsorum amentiam, quibus cum liceat iusta facere, & in graue nihil incidere: periculum de vltimis suscipiunt, cupientes ipsi omnino alienis inherere. Habetis aũt respõsa, quibus plus nihil à me inuenietis, sed abite, & videte quid agendũ sit vobis: donec autẽ cõsultatis do vobis tẽpo= ris dies triginta, interimque tui gratia Minuci, aliorumque vestrum causa exerci tum ex regione vestra abducam. Valde. n. lęderemini eo hic manente. Die autẽ trigesimo me expectate responsa accępturũ. Et his dictis surrexit, contionẽ que dimisit. Sequenti vero nocte exurgens circiter vltimã vigiliam duxit exer= citum ad reliquas Latinorum vrbes, siue vere credens venturum illinc aliquod

Finis Martij orõnis.

Longula à Martio capta.
Satricũ capitur.
Echetra.
Cotia.
Tusculãi
Albietæ.
Mugilani
Coriolãi

Romanis auxilium, vt Minutius concionans dixerat, siue ipse sermonem fingēs, ne relinquens regionem videretur gratificari inimicis. Inuadēs autem Longulã, sinéque labore factus eius dominus, & eodem modo, quo priores alias in serui tutē trahens, atque irripiens, Satricum contendit, & eam vrbem quo'que capiens paruum resistentem tempus, & ex eis ambabus prædã iubens partem exercitus in Echetram abducere, duxit reliquum exercitũ ad aliam vrbem, Cotiam vocatam, qua quo'q; capta ac direpta in Tusculanorum regionē irrupit: quibus resistere nequeuntibus vi quoque hos capiens ad reliquas contēdit: Albietas'que igitur, & Mugilanos per oppugnationē capiēs, Coriolanos per pactiones recipit. Factus autem intra triginta dies vrbium septem dominus Romam venit ducens exercitum multo maiorē priore, paulo'que plus triginta stadijs distãtia ab vrbe castra secundum viam, qua itur Tusculũ posuit. Dum autē ille Latinorum vrbes capit Romanis multum super propositis habeo consultãtibus visum est, vt indignum ciuitate nihil facerent, sed vt si quidē ex regione sua abirent Volsci, ex agro quoqúe sociorum, & subiectorum remouentes bellũ, legatos mitterēt acturos de pace decreuitque senatus, quibus ęquis cõditionibus amici essent, & in plæbem senatusconsultum decreuit efferri. Donec autem in regione sua manētes, aut sociorũ opera agerēt hostilia, nihil eis decerni humanũ. Multã enim semper Romani rationem huius habuere, nequid ex imperato agerent, aut metu hostibus cederent, libantes verò cum dissidentibus, & exhibentibus se obtemperãtes ipsi gratificarentur, & permitterēt quicquid eis opus esset moderatorũ, & hoc semper propositũ seruãs in multis, magnis'q; periculis ciuitas per externa, ciuiliaq; bella vsqúe ad hoc tempus perseuerauit. Hęc cum decreuisset senatus, legatosqúe alios decē elegisset ex cõsularib⁹ postulaturos ab eo viro, ne quod graue iussum afferret, aut indignũ ciuitate, sed finiēs inimicitiã, abducens'que vires ex regione discederet, ac per sermones conciliatorios tēptaret hęc agere, si quidē certos vellet, & in perpetuum permãsuros facere consensus vrbium, tanquam eis, quę necessitate quadam, aut tempore conceduntur à priuatis, & à ciuitatibus, simulatque reciderunt tempora, aut necessitates statim dissoluendis. Ac electi quidē à senatu legati, vt audiuerunt vbi esset Martius euntes ad eũ suasoria multa percurrerunt custodientes in sermonibus dignitatē ciuitatis. Cęterũ Martius nihil aliud respondens consuluit, vt melius aliquid deliberãtes intra tres dies venirēt. Fore eñ inducias has belli solas. Volentibus aũt legatis aliquid etiã ad ista dicere, nõ permisit: sed abire iussit è castris celerrime, minatus se eis, nisi ita facerēt, vt exploratoribus abusurum, silentes'que illi statim abiere. Discentes autē à legatis senatores arrogantia responsa Martij, atque minas exercitum quidem campestrē educere nunquã decreuerũt, siue suos cõsiderantes milites inexpertos (Erant eñ delecti nuper pars eorum maior tirones) siue etiam pusillanimitatē consulum (Erat enim alacritatis in eis minimũ, ita vt lubricum esse opinarentur suscipere certamē tantũ) siue itē aduersante eis ad exitũ numine, aut auspitijs, aut respõsis Sibyllinis, quę tunc nolebant homines illi, vt hi nunc, despicere. Custodire verò vrbem diligentiore pręsidio, & à munitionibus repugnare aduersum superuenientes instituerũt. Hęc agentes, & parantes, necdum spe tamen absistentes, tanquam esset impossibile

dissuasum

dissuasum iri Martium, si maiore, & honoratiore legatione rogarent eum, decernunt vt pontifices, & augures, & cæteri quicun'que honorem aliquem sacrum, aut ministerium habebant circa diuina sumptum de publico capientes. (Sunt enim opud eos sacerdotes, & cultores deum plurimi, hique ipsi ciuium illustrissimi ex maiorum claritate, & per virtutis propriæ dignitatem habentes) isti vna cum Orgissomenis ipsis, & cultoribus deorum simulachra, sacris'que suis velati insignibus irent ad vallum hostium, verba eadem afferentes'que primi. Qui viri vbi aduenere, exposueréque mandata sibi à senatu, ne his quidem responsum dedit de eis, quæ postulabant, Martius, sed consuluit vt iussa facerent abeuntes, si vellent pacem, aut venturum expectarent ad vrbem bellum, vetuit'que eos deinceps secum disputare? Vbi verò temptato hoc etiam exciderunt Romani desperata spe omni reconciliationis, vt obsidendi parabantur, præualidos viros pro fossa, & ad portas statuentes, at'que vsos iam militia, quibus erant laborum adhuc patientia corpora, super muris. Mulieres autem tanquam propinquante iam malo relinquentes domi ornatum ad templa deum decurrebant plorantes, & obuolutæ simulachris, erat'que sacer locus omnis vlulatu, & supplicationibus mulierum plenus, maximéque Iouis Capitolini templum, in quo matrona quædam ex eis genere, & dignitate præcellens, in'que optimo ætatis tempore, & ad curanda opportuna sufficientissima, Valeria nomine Publicolæ'que liberatoris Vrbis à regibus soror, diuino quodam instinctu mota in supremo gradu templi astitit, at'que cæteras matronas aduocans, primum quidem consolata est, confirmauit'que eas postulans ne exterrerentur hoc malo, deinde pollicita est spem salutis esse Vrbi vnam, & eam in ipsis solis relictam: si vellent agere quæ oporteret. Et quæ spes? (dixit illarum quædam) & quid agentes nos fœminæ seruare patriam deficientibus viris possemus? quænam tanta est in nobis imbecillibus erumnosis'que vis, nō armorum inquit Valeria, vel manuum (Horum enim deficientes genuit nos natura) sed bonæ mentis, & sermonis. Acclamantibus'que deinde omnibus, ac rogantibus, vt clarum faceret, quodnam esset hoc auxilium: hanc habentes (inquit illa) sordidam, & inornatam vestem, assumentes'que matronas cæteras, filios'que adducentes vadamus ad domum, Vetruriæ matris Martij: apponentes'que ad genua illius filios, rogemus eam cum lachrymis miserantes nos, nullius mali causam, & in vltimis periculis patriam, vt ad vallum pergat hostium nepotes suos ducens, & eorum matrem, & nos omnes (sequamur enim ipsæ etiam adducentes filios) deinde vt supplex facta filio postulet, roget'que eum, ne quid agat aduersus patriam intolerabile. Complorante nam'que ea, ac precante subibit virum hunc aliqua misericordia, mitis'que cogitatio. Non enim tam solidum, ac tam inuulnerabile cor habet, vti sustineat, matrem genibus suis prouolutam. Vbi verò laudarunt consilium eius astantes, rogatis deis, vt apponerent preci earum persuasionem, & gratiam, prodijt è tēplo, sequebantur'q; cæteræ, posteàque assumentes matronas alias ibant ad domum matris Martij congregatæ. Videns autem aduenientes eas Volumnia vxor Martij, socrui assistens, mirata est, ac dixit. Cui⁹ rei indigētes matronæ venistis vna tot in domū miserā, &

Legati Ro. rurs⁹ ad Martiū destinati.

Valeria noui auctor consilij.

Vetruria mater Martij.

Volumnia vxor Martij.

Oratio Valeriæ

humilem? dixit'que Valeria. In vltimis ipsæ periculis hique infantes confugimus ad te Vetruria, solum & vnum à te petentes auxilium: primum quidem, vt miseraris communis patriæ, cuius nemini hactenus vnquam subiectæ ne negligas adimi libertatem à Volscis, si modo ei vincentes parcent, ac non eam à radicibus conabuntur euellere: deinde vt roges pro nobis ipsis, puerulis'que his miseris, ne decidamus in contumeliam inimicorum, nullius ipsæ quidem accidentium nobis malorũ causa. Si quid in te est mitis animi, & pars relicta aliqua humanitatis, miserere mulierum mulier, sacrorũ piorum'que socia aliquando: & assumens tecum Volumniam probam fœminam, filiosque eius, & nos supplices omnes puerulos hos ferentes, & hanc progeniem: suadéque, & supplica, neque deficias vnam petens pro multis ab eo gratiam, vt cum ciuibus suis libet, & in eam veniat, quæ se suscipere debet, patriam. Persuadebis, certum habeas. Neque enim te ille negliget proiectam ad pedes suos vir pius. Adducens autem in vrbem filium & ipsa gloriam possidebis immortalem (vt æquum est) liberans periculo tanto, metúque patriã: & eris nobis apud viros alicuius honoris causa: quia bellum, quod ab illis profligari nequiuerit, ipsæ dissoluerimus. Illarum enim fœminarum neptes apparebimus, quæ astans Romulo cum Sabinis bellum legationem ipsæ peragentes sustulerunt, coniungentesque duces, & gentes ex parua vrbem magnam effecerunt. Pulchrum sanè munus istud est Vetruria, filium reducere, liberare patriam, ciues tuos seruare, virtutis gloriam futuris nepotibus immortalem relinquere. Da nobis volens, promptéque hanc gratiã, properaque Vetruria. Consilium enĩ tẽpus, aut periculũ ipsum velox nõ recipit. Et his dictis Valeria multas effundens lachrymas siluit, complorantibus quoque mulieribus aliis, multas'que preces adhibentibus. Parumper autem cunctata Vetruria, lachrymans'que dixit. In debilem tenuem'que spem confugisti Valeria in auxilium à nobis miseris mulieribus quibus quidem adest erga patriam beniuolẽtia, & seruandi ciues (si modo fieri possit) voluntas, sed vis abest faciendi quæ vellemus: auersus enim est à nobis Martius, ex quo illam amaram de eo male tulit plebs sententiam, odit'que ille domum totam simul cum patria. Hoc autem vobis quod dicamus non ab aliquo alio, sed ab ipso habemus Martio. Quando enim captus iudicio domum venit, comitantibus eum amicis, depræhendens ille nos deiectas sparsis crinibus in luctu, tenentes eius filios inter genua, ac gementes, vt est consentaneum, & qualis esset detentura nos fortuna priuatas illo sæpius iterantes, stans parumper à nobis longius sine lachrymis tanquam lapis in obtutu: descedit, inquit, à vobis Martius ò mater, simul & tu Volumnia mulierum optima, expulsus à ciuibus, quoniam generosus erat, amansque ciuitatis, & multa sustinuit pro patria discrimina. Sed vos (vt decet probas fœminas) ita ferte calamitatem, nihil indecorum facientes, neque minime generosum, & hos pueros habentes, solatium absentiæ à vobis meæ, educate dignos nobis, & nostro genere, his'que dij dent euadentibus in viros fortunam quidẽ meliorẽ, q̃ patris: virtutẽ verò minime deteriorẽ. Ac valete (abeo enĩ iã relinquẽs virorũ bonorũ nõ amplius capacẽ vrbẽ) & vos dei possessores, & vestra patria, & genij, qui hunc locũ obtinetis, valete. Vbi hęc dixit, nos infelices emittentes

Sabinæ captæ.

tentes quas passio appetebat voces, pectus'q; ferientes circunfusæ ei, vltimos'q; laturę amplexus adibamus eum, horum ego puerorum maiorẽ ducens, habensq; mater in gremio iuniorem. Ille autem auersus, nosq́ue detrudens dixit: non erit mater tibi amplius ex hoc tẽpore filius Martius, sed tibi abstulit nutritorem senectutis patria: nec vir tuus deinceps Volumnia, sed sis felix alterum virum capiẽs me fortunatiorem: neq; pater vester dilectissimi filij Martius, sed orbi desertique apud istas donec viri sitis educabimini. Hæc'que dicens, aliud'que nihil nec administrans ipse, nec mandans nec quo iret aperiens, domo abijt solus ò matronę, sine seruo pauper, ne in diem quidem infelix ille victum ex pecunijs suis efferẽs: & est quartus iam hic annus, ex quo patria exulens alienas nos omnes à se existimauit, neque scribens, neque mandans neque quemadmodum res nostrę sese habeant scire volens. Apud hunc igitur talem animum, tam durum, tam'que impassibilem quàm vim Valeria habituræ sunt preces nostrę? quibus neque amplexus dedit, neque oscula, neque aliam comitatem vllam vadens vltimam è domo viam. Sed si huius etiam indigetis vos matronæ, & omnino vultis videat nos sordidas, ponite me adesse ei, Volumniam'que, adducẽtes puros quos ego primũ sim habitura apud illum sermones, & quã filio precẽ adhibitura dicite, & me docete adhortabor ne, vt ciuibus suis parcat? à quibus patria expulsus est, etiam delinquens nihil: vt misericors, & cõmiserens sit plebeiorum? apud quos ille neque misericordiam, neque cõmiserationẽ inuenit: vt relinquat, prodat'q; eos? qui se exulem suscepere, multa anteà ab eo, grauiaque perpessi, nõ hostile in eum odiũ, sed amicorum, cognatorũ'que beniuolentiã demonstrantes. Quem sumam animum volens filium amare: eos, qui se perdiderint, & qui seruarint lędere? nõ sunt isti sermones sanę matris ad filium, nec vxoris considerantis quę oportet ad virũ. Nec vos matronę cogite quæ non sunt apud homines iusta, neque apud deos pia, ea nos ab illo petere: sed nos sinite miserabiles, vt per fortunam cecidimus iacere humiles, nihil'que amplius agentes indecorũ. Desinente verò ea, tantus cõploratus exortus est à mulieribus, tantus'q; domum tenuit vlulatus, vt per magnam vrbis partem exaudiretur clamor, replerenturque multitudine cõpita vicina domui. Deinde autẽ & Valeria alteras intendit preces, longas'q; & miserabiles, & alię siue per amicitiã, siue per cognationẽ vtriq; harũ mulierum cõiunctę, perseueraruntque adeò mollientes, tangentesque genua, vt non valens sustinere Vetruria earũ fletus multasq; preces cesserit, postremo'q; abierit, pollicita legationẽ de patria, vxore quoq; Martij filijs assumptis, & ex ciuibus quę vellẽt. Illæ aũt lętę factę, inuocantes'q; deos, vt fauerent spei suę, abierunt ex ędibus: nũtiauerũtque cõsulibus quę gesta essent: hiq; industria earũ laudata, cõuocatoque senatu, de exitu fœminarũ, an cõcedendus eis esset sentẽtias exquirebãt: sunt'que multi & à multis sermões dicti, ꝑstiterũtq; vs'q; in vesperũ cõsultãtes, q̃d agẽdũ esset. Alij eñ nõ paruũ esse periculũ demõstrabãt negligere eũtes fœminas cũ filijs ad castra hostiũ: quibus quidẽ si ea paruipẽdentibus quę circa legationes rogationes'que existimantur pia videretur, non amplius dimittendas fœminas capienda sine prælio vrbs sibi esset, permittendas'que censebant illas tantum quę Martij propinquę essent, cum filijs eius iræ. Alij verò nec his etiã permitti

Finis orationis.

exitum oportere existimabant, sed esse eas admonebat diligenter custodiendas, habere obsides putantes ab hostibus sponsores, ne quid inconueniens vrbs ab eis pateretur. Alij autem concedendum consulebant volentibus foeminis omnibus exitum, vt maiori cum dignitate Martio ipsi preces pro patria exhiberent. Ne quid autem graue eis accideret, sponsores fore demonstrabant primum deos, quibus eo dedicatæ precationes facturæ essent: deinde virum ipsum, ad quem ituræ erant iniustæ, omnis impiæ'que actionis purum vitæ eundem incontaminatæ. Vicit'que hæc sententia concedens omnibus mulieribus exitum, ea'que maximam continens vtrorum'que laudem senatus quidem prudentiæ, quod præclara, & quæ futura erant, prȩuiderit nihil tanto periculo perturbatus: Martio verò pietatis, ꝙ quenquam hostis nihil tamen credebatur impium in imbecillimam partem vrbis peracturus dominus existens eius. Vbi verò scriptum est senatusconsultum, procedentes consules in forum, conuocantes'que contionem cum iam tenebræ aduenissent quæ visa essent senatui enuntiarunt, prædixerunt'que, vt adessent primo mane ad portas omnes prosecuturi exeuntes foeminas: se verò interim de opportunis esse curaturos. Circiter autem apparentem lucem matronæ ducētes filios ibant cum lampadibus ad domum Veturiæ, suscipientes'que perducunt eam ad portas, vbi consules iumentis montanis, & plaustris, alijsq́ue vehiculis plurimis paratis sedentes eas comitantes prosequuti sunt in longum, cum'que eis senatores alijque ciues multi simul cum votis, & laudationibus, & precatione earum exitum illustrissimum facientes. Vbi verò ꝓcedentes mulieres è longiquo adhuc in cōspectu affuere ijs, qui in castris erant, emittit equites aliquot Martius scituros, quænam hæc turba esset progrediens ex vrbe, & ad quid ea aduenireT. Discens autem ab eis istas esse Romanas foeminas adducentes infantes, prȩcedereq́ue eas matrem, & vxorem eius, & filios. primum quidem miratus est mulierum audaciam, quod ausæ essent sine hominum custodia ad vallum hostium venire cum filijs, ac pudoris esse conuenientes liberis foeminis, & continentibus amplius rationem non habentes insuetis hominibus videri, neque metum periculorum ȩstimantes, quem abijcere debuissent, si vtilia potius, quā iusta eligentibus id lucro esse, emolumento'q; videretur. Posteà verò quāpropius astitere prodire obuiā è vallo cū paucis matri cogitauit, iussis ministris secures, quas mos est ducibus prȩferri cū propinquus matri fieret faces'q; deponere. Est enī mos hoc Romanis facere: cū maioribus occurrunt magistratibus hi, qui minores habent: vt fit & nunc. eam'q; igitur consuetudinem seruans Martius, tanquam idem cum maiore potestate congressurus, omnia deposuit magistratus sui insignia, tantus ei pudor inerat ac prouidentia erga genus pietatis. Prima quidem iunctura dextram accessit ad eum mater lugubribus capillis vellata, luminibus'que offuscatis ex lachrymis, miserabilis admodum: quàm videns Martius absurdus prius, & solidus ad resistendum moestis omnibus, non amplius ad seruandum propositum potens fuit, sed redijt ab affectu victus ad humanitatem, complectens'que eam salutauit, suauissimisq́ue vocibus euocauit, diúque flens & complectens relictam eam, ruentem'que ad terram continuit. Vbi verò matris complexuum satis habuit, dextram capiens

Exierūt ab vrbe matronȩ

Martius obuiam matri ꝓcedit.

Martius matri cōiungitur.

piens vxoris simul cum filijs dixit. Vxoris bonæ officio functa es Volumnia, manens apud matrem meam, nec relinquens eius solitudinem, mihi quidem largita munus omnium suauissimum. Post hęc filium vtrunque adducens & propinquis salutem reddens conuersus est rursus ad matrem, iussit'que eam dicere cuius rei indigens venisset. Illa autem omnibus audientibus locuturam se dixit (nullius enim impij indigere(adhortata'q; est eum, vt in quo loco cõsueuerat ius dicens multitudini sederet, quod suscepit læte MARTIVS, tanquam copia iustorum ipse ad colloquium eius vsurus, & ducens in pulchrum in conspectu multitudinis responsum dare, vadens'q; ad imperatorium tribunal, primũ quidẽ iussit ministros sellam à se currulem aufferre & humi ponere: haud oportere putans locum se altiorem habere, quàm matrem, neque vti potestate se aduersus eam vlla: deinde autem sedere faciens illustrissimos ducum, & centurionum, & ex alijs adesse sinens quicun'que vellent, dicere iussit matrem, atque assistens sibi Vetruria habens propè se Volumniã vxorem MARTIJ, & filios, fœminarum'que ROMAnarum illustrissimas, primum quidem diu fleuit terram intuens, multam'que commouit præsentium omnium miserationem, posteàque se recipiens dixit. Hæ fœminæ MARTI filij cogitantes contumelias, alias'que calamitates euenturas eis (si sub hostibus vrbs nostra fiat) omni alio desperato auxilio, postquam viris earum petentibus dissolutionem belli superba dura'que dedisti responsa, ducentes filios, & his lugubribus capillis velatæ confugerunt ad me matrem tuam, & Volumniam vxorẽ rogantes, ne se negligeremus patientes à te malorum maxima, nihil ipsę neq; magnum neque paruũ in nos delinquentes, immo magnam beniuolentiã cũ adhuc feliciter ageremus in nos demõstrantes, & cũ cecidimus misericordiã. Possumus em̃ attestari eis, quod postquã tu patria excidisti, & nos desertę nihil'que amplius existentes relictę sumus, affuisse eas nobis assidue consolantes, nostras'q; condolentes calamitates. Hæc memoria habentes, ego'q;, & mecum habitans vxor tua precationibus earũ minime aduersatę sumus, sed sustinuimus, vt a nobis postulabãt venire ad te, proque patria preces adhibere. Ad huc autem dicentem eam interpellans Martius. Atqui inquit impossibilia rogans mater aduenisti, me prodere expulsoribus postulans susceptores meos, & adimentibus mihi omnia largitos maxima in hominibus bona: quibus ego hoc Imperium suscipiens, deos genios'que vades dedi, neque rempublicam eorum prodendi, neque ante bellum dissoluendi, quàm omnibus eis appareat. Deos igitur colens, quos iuraui, erubescens'que homines, quibus fidem dedi, bellum ipse cum Romanis vs'que ad finem geram. Si verò reddant Volscis regionem, quàm vi obtinent, & amicos eos faciant, participantes ipsi, æqua cum eis omnia, quemadmodum cum Latinis fecerunt, dissoluam equidem, cum eis bellum. Aliter verò, minime. Vos igitur matronæ, abite, diciteque hæc viris, persuadeteque eis, ne cupiant, per iniuriam inhærere, alienis, sed satis habeant, siquis sinat eos, sua possidere, neque quia bello captas habent res Volscorum expectent, donec ab illis bello, hæc rursus sibi auferantur. Non enim victoribus sufficiet, recuperare sua, sed victorum, à se volent propria, etiam possidere. Si verò illi ea obtinentes, quæ nihil ad

Vetrurię orõ ad filiũ Martium.

Oratio Martij.

ſe pertinent, tolerabunt, quodcunque eis accidat perpeti arrogantiam ſeruantes malorum ipſos venturorum accuſate, non Martium, neque Volſcos, neque hominum aliorũ quẽq̃. Te vero mater priuatim ego filius rurſus precor, ne me ad impias, iniuſtas'que prouoces actiones, neue cum inimiciſſimis meis tuis'que ipſius collocata hoſtes ducas neceſſarios ante oẽs tuos: ſed te precor apud me manentẽ (vt æquũ eſt) patriam'que incolentẽ eandem quã ego, & quã ego quoque domũ poſſidentẽ fructus capere honorũ meorũ, ac mea quoque frui gloria, & eoſdem te putantem amicos & cognatos & hoſtes, quos ego luctum iam deponere, quẽ propter mea me miſerum ſuſtinuiſti exilia, ſic'que deſinere te cruciantẽ me habitu iſto tuo. mihi enim mater cętera quidem bona ſpe meliora, atque maiora votis à dijs hominibus'que euenere. Cura vero de te, cui gratiam nõ rettuli ſenectutis tuę altricẽ, me tuis ipſius viſceribus continentia amarã mihi, & ſine fructu bonorum omnium fecit vitam. Si vero mecum te ipſa ſtatuas, particeps'que bonorum eſſe meorum omnium velis nihil mihi ex humanis bonis amplius deficiet. Deſinente autem eo, expectans parumper Veturia, donec laudatio quieſceret circunſtantium, multa ea & magna, dixit. Atqui ego fili Marti, neque fieri te Volſcorum proditorem volo, qui te exulem ſuſcipientes cum in cæteris honorem habuere, tum ducatum tibi ſuum credidere: neque præter ſponſiones, & iuſiurandum eis cum copias accępiſti datum ſine communi ſententia diſſoluere te inimicitiam peto: neque matrem tuam ſuſpiceris tantæ dei læſionis plenã, vt dilectum ſibi filiũ & vnicũ in turpes, impias'que cohortetur actiones: ſed de cõmuni ſententia abſiſtere te bello poſtulo, perſuadentem ipſum Volſcis moderari recõſiliationes, ac honeſtã vtriſque gentibus fieri, atque decentem pacẽ. Hoc autem fieret, ſi abducto nunc exercitu. annuiſque pactis inducijs tu interim legationes mittens, atque recipiens veram perficeres amicitiam, ſtabiles'que recõciliationes: & hoc clare ſcias, quod Romani quodcũque nõ ſit impoſſibile, nec aliud incidens prohibeat dedecus, ſuſtinebũt id omne agere oratione quidẽ illi cohortatione'que perſuaſi. Coacti vero, vt tu nunc poſtulas, nihil vnq̃ largientur vobis: neque maius, neque minus, vt ex alijs multis bellis te ſcire licet: & poſtremo ex quibus Latinis cõceſſere abſiſtentiam ab armis. Volſci vero multã habent arrogantiam, quę ijs euenit, qui magna agũt feliciter. Si vero eos tu doceas, quod pax omnis bello eſt omni melior, cõciliatioque amicorum ſponte coeuntium ſtabilior, q̃ neceſſitate concedentium, & quod cõtinentium eſt hominum, quãdo agere videntur feliciter, parce vti tunc fortuna, ac quãdo in humilẽ & inanẽ eam incidunt, degenerem rem nullam perpeti, & alia quæcunque in manſuetudinẽ clementiam'que inductiua inuenientur documẽta, adijcias'que vos tractantes ciuilia (prope ſcitis) ſponte ipſi gloriatione in qua nunc ſunt decedent, facient'que tibi poteſtatem quodcunque eis conferre putes peragendi. Si vero tibi illi aduerſent, nec ſermones tuos recipiãt, elati tanq̃ facta eis per te tuũ'que ducatũ fortuna ſemper permanente ducatu palam eorum abſtine, neque proditor eorum fias, qui tibi ſua crediderint, neque hoſtis neceſſariorũ tuorũ. Eſt enim horũ vtrũq; impium à te fieri. Hęc vero à te mihi fieri rogans Marti fili venio, non vt tu ais impoſſibilia, ſed ipſa omnis iniuſtę impię'que, conſcientię expertia. Age vero, ti-

Reſponſio Veturię.

mes

mes ne turpem opinionem subeas, si ea, ad quæ ego te hortor, feceris? vt ingratus in benemeritos de te coargutus, qui te hostē suscipientes omniū, quæ adsunt naturalibus ciuibus bonorū te participem effecere (Sūt enim ista, quę semper magna sermonibus tuis facis) an nō igitur rettulisti eis multas magnasque remunerationes, ac vicisti infinita magnitudine gratiarū quadā illorum beneficia, quibus quidem optabile existimantibus bonumque omniū maximum, si patrias incolerēt liberas, non modo dominos suorū esse certos effecisti, sed iam spectare vtrū melius sit eis Romanum Imperiū dissoluere, an participibus eius esse cōmunem ex ęquo constituentibus rempublicam. Transeo quot spolijs bellorū vrbes eis exornaueris, quantasque militantibus tecum largitus sis diuitias. Eos igitur tantos factos per te, & ad tantā felicitatem euectos an non gauisuros putas eis bonis, quæ habent: sed iratos futuros tibi, laturosque ęgre, nisi etiam sanguinē patriæ eorum manibus immolandū dederis? Ego quidē nō puto. Adhuc aūt relinquitur mihi sermo, vehemēs sanè, si tu eum ex ratiocinatione cōsideres: infirmus verò, si per iram, & his quidē de inuisa immerito à te patria. Neque enim sana ea patrio'que more administrata iniquam de te sententiā tulit, sed ęgrotans eadem magno'que agitata æstu: neque oīs tunc eundē etiā sensum habuit, sed pars eius peior prauis patronis vsa. Quod si neque istud solis pessimis visum esset, sed alijs quo'q; omnibus, & vt minime præclara administrans ab eis ipse expulsus esses, ne sic quidē conueniret te tuę patrię succensere. Multis enim iam alijs & ipsis optime administrantibus similia pati contingit, & rari quidem sunt hi, quibus non cōtra flarit ad apparentem virtutem iniusta ex administrātibus cum eis inuidia. Sed humane marti ferunt, moderatéque omēs generosi calamitatē, vrbes'que eligūt in quibus habitantes nullam afferunt patrię molestiā. Vt Tarquinius cognomine Collatinus fecit (exemplum vnum domesticū sufficiens) qui liberans a tyrannis ciues? posteàque insimulatus ab eis, tanquam rursus compararet illis reditum? propter que hoc ex vrbe pulsus non succensuit expulsoribus? neque castra ad vrbem posuit tyrannos adducens? neque esse argumenta voluit calumniarum suarum opera: Sed in Metropolim nostrā abiens Lauinium, ibi vitę tempus reliquū omne vixit beniuolus, & amicus patrię. sed sit aliter, sitque datum passis grauia non distinguere, vtrum amicum sit, quod male fecit, an alienū? Sed aduersus omnes parem habere iram. sit hoc sane. An non satis ab eis, qui te contumelia affecerūt iam pœnarum exegisti, pascuum reddens agrum eorum optimum, vrbesque vastās socias, quas adepta multis laboribus ciuitas obtinuit, & iam tertium annum in multam concludens eam necessariorū penuriā, nisi etiam ad seruitutem vrbis ipsius, & euersionem efferatam, & furentem adducas irā. Neque missos à senatu reueritus es legatos afferētes obiectorū tibi remissionem, reditūq; ad propria, amicos ipsos viros'q; bonos ad te venientes: neq; sacerdotes, quos postremo misit ciuitas serta deum sacra habētes viros senes, & eos deorū cultiones protendentes: sed & illos abęgisti arrogantia dans & tyrannica tanquā victis responsa. Ego sanè non habeo quemadmodū ista laudem dura, & ceruicosissima, atque mortalem naturam transeuntes iustificationes, vidēs profugia inuenta omnibus hominibus, & veniā eorum, quæ peccarint inter se, precationes'q;, & supplicationes, &

ſupplicationes,& ipſum confugere ad læſos qui læſerit humilē,deis nobis conſuetudines iſtas conſtituentibus, quibus ira omnis mollitur, & loco odij in inimicū miſeret eius:videns'q; vtentes arrogantia,preces'q; ſupplicū cōtumelia afficientes inuiſos eſſe deis omnes,& in calamitates decidentes nō proſperas. Ipſi eñ primum talia conſtituentes,tradentes'q; nobis dei ignoſcentes ſunt humanorū delictorum,facileſq́ue & placabiles,& iā multi in eo peccantes precibus,votis, & ſacrificijs iracundiam eorum placarunt: niſi forſan cenſes deorum iras mortales eſſe, hominum immortales. Recte igitur feceris, & te decentia, ſi tu quo'que patriæ dimittens obiecta pœnitenti, & reconciliatæ, & quæcun'que prius abſtulit, tibi nunc reddenti. Si verò erga illam irreconciliabiter te habes, hunc tu mihi honorem gratiā'que fili dato, à qua habes nō parui pretij merita,& quæ nō vtique ſibi vendicet aliquis alius,ſed maxima,& precioſiſſima, & ex quibus alia omnia poſſediſti corpus,& animam. Debita eñ habes hęc à me,& quę mihi nullus auferet,néque locus,neque tēpus, ſed nec Volſcorum quidem aut cæterorum ſimul hominum beneficia, & gratię (tantā vim habent) nec ſi cœli fiant magnitudine,vt naturę obliterari,prætereririque poſſint iura:ſed in om̃e ipſe tēpus meus eris,primę'que mihi omniū vitę gratiam debebis. Et quę rogo ſine vlla cauſatione ſumminiſtrabis. Hoc eſt enim,quod lex naturæ iuſtū conſtituit omnibus rationis, ſenſus'que participibus. Cui fidens ego quo'que fili martij te rogo, ne bellum adducas patriæ. Atque tibi vim inferēti obſiſto. Aut me igitur priorē aduerſantem matrem immolās manibus tuis furioſis tunc bellū aduerſus patriam incipe.aut matricidij pollutionem erubeſcens cede tuę ipſius matri, & da mihi volens hanc gratiam, legem quidem hanc quā nullum tempus tollet vindicem,ſociam'que habens. Haud ęquum marti cenſeo,ſola eſſe per te honorū,quos ea dat mihi, expers,operum etiā vtilium. Recordare (vt omittā legem) & vide rurſus quàm multa magna'que habeo, quę te orbum relictū à patre infantem ſuſcipiēs permanſi cauſa tui vidua,educationiſq́ue puerilis labores exhauſi,nō modo mater,ſed & pater,& frater,& nutrix,& ſoror, dilectiſſima'que omnia exiſtens tibi. Vbi verò in viros euaſiſti cum liceret me his curis liberari nubentē alteri,alioſq; educantem filios,ac multas mihi ſenectutis altorū,& altricum ſpes parare haud equidem volui: ſed apud focos eoſdem manſi, & eandem dilexi vitam in te ſolo voluptates meas omnes,mea'que ponens emolumenta, quę tu ſanè decępiſti mihi,partim quidem inuitus,partim verò volens, mè que omniū infeliciſſimā matrum effeciſti. Quod enim tempus ex quo te in viros eduxi vixi ſine dolore aut metu? aut quando hilarem pro te animā habui? bella ex bellis texentem te vidēs, & ex pugnis pugnas attollentē, vulnera'que ex vulneribus accipientē. At ex ciuilibus tuis officijs, & in republica adminiſtrationibus mater ego per te aliquam voluptatem cępi. Immo verò tunc maxime infelix fui te intuens in media ſeditione ciuili poſitum. In quibus eñ adminiſtrationibus florere maxime videbare,pro'q; optimatum principatu ipſe multus anhelabas plębeis aduerſans, ea mihi plena erant timoris,cogitanti humanam vitā,quàm ex paruo ſuſpēſa eſt momento,& ex multis auditionibus,multiſq́ue perpeſſis cognoſcenti, quòd inſignibus viris diuinū quoddā aduerſatur odium, aut humana impugnat eos inuidia.

Et eram

Et erã igitur vates vera, tanquã nũquam eucturis vtilibus. Oppugnauit igit te erumpens ciuilis inuidia,eripuit'que ex patria.Post hęc autem vita mihi,siquidẽ & hãc opus est vitã dicere, ex quo tu me destitutã relinquẽs his puerulis abisti,in hoc consumpta est squalore, & in lugubribus his capillis. Pro quibus omnibus hanc repeto à te gratiã,nunq̃ tibi ante grauis, nec futura,donec viuam,vt recõci lieris iã aliquando cũ tuis ciuibus & te cõpescas implacabile seruantẽ odiũ aduer sus patriam,cõmune ipsam à nobis ambobus bonũ postulãtẽ accipere, neq; meũ solius proprium. Tibi enim,si persuasus fueris,nec aliquid non ferendũ agas, cõ tinget purum & incontaminatũ habere animũ ab omni ira,perturbationeq; numinis:mihi vero viuenti habitus honor à ciuibus, viris'q;, & mulieribus vitam beatã efficiet,& post mortẽ(vt æquũ est)redditus gloriã ĩmortalẽ afferet. Ac si quis loc⁹ animas hominũ solutas à corpore suscipit nõ subterraneus & obscurus aliquis, is meam suscipiet:nõ is, in quo mala habitare dicunt numina, nec is, qui dicitur obliuionis campus: sed sublimis & purus æther, in quo dijs genitos fama est habitare, felices ipsos, beatas'q; degentes vitas. quibus illa quidem nuncians generositatem tuam,tuas'q; gratias, quibus se ornaris,petet semper tibi à deis ali quas remunerationes pulchras. Si verò vituperes tu matrẽ tuam, inhonoram'q; dimittas,quid tibi accidat ex his pati,haũd equidem dicendũ habeo. Diuino aũt felix nihil. Quod si agas etiam in cæteris omnibus feliciter(sit eñi illa semper te propter meas calamitates sequẽs,neq; vnquã animum dimittẽs anxietas)reddet tibi scio bonorum infruentẽ vitam. Non enim perferet Vetruria habita contumeliæ graui, & intolerabili præsentibus tot testibus minimũ tempus viuere:sed in omnium vestrum oculis amicorum,& inimicorũ ipsa me abutar grauem tibi execrationem, diras'q; furias vltrices loco mei relinquẽs, quorum nullo opus sit odij principatus ROMANI custodes. Sed date pias pulchrasq́ue MARTIO cogitationes.& vt nuper aduenietẽ me secures deposuit, inclinauit'q; fasces,& humi sellã remouẽs à tribunali posuit,cætera'que omĩa, quibus lex ornat imperatorios magistratus,alia minuit,alia prorsus remouit,clarũ omnibus fecisse volens, quod se alijs quidem imperare,matri vero subesse conuenit:sic & nunc ipse me honoratã,circunspectãq; faciat, elargiensque cõmunẽ patriã pro infelicissima me infelicissimã fœminarũ omniũ demonstret, sicque ęquum licitumque est filij genibus obuolui matrem,hunc etiam,& omnem alium humilem habitum pro salute patrię,ministeriumque tolerabo.Hęc dicens se ipsam proiecit humi,atque cõplectens manibus vtrisque pedes Martii deosculata est, cadente que ea matronę cęteræ exclamarunt omnes vlulatum altum & longũ. Qui verò in cõcilio erãt Volscorum non pertulerũt veritatem aspectus,sed auerterunt se ab eo.Ipse verò desiliens è sella,circuncadensq́ue matri erexit eam è terra paululũ spirantem,ac complectẽs,multasq́ue effundẽs lachrymas dixit. Vincis mater nõ felicẽ victo riam neq; tibi,neque mihi seruasti patriã: me verò piũ charitatis'que plenissimũ filiũ perdidisti. Et ijs dictis abijt ad tabernaculũ,iubens vxorem sequi,matrẽ'q;, & filios,ibique reliquo diei tẽpore deliberãs cum eis,quid agendũ esset, perstitit. Ac fuere quæ eis visa sunt talia de reditu eius, neque senatũ aliquid in populum efferre,neque ipsum decernere prius,quã Volscis perfectũ esset de fœdere,de que

Finis orationis & belli.

dissolutione belli. Ipsum vero vt per amicam regionē incedentem exercitū abducere, subijcientem'q; de imperio sermones, beneficia'q; sua demonstrantē postulare ab eis, qui sibi exercitū permiserant id maxime, vt pro bello amicitiā susciperent. fœdera'q; iusta facerent, permittentes sibi æquabilitatem, & quod nulla fraus fieret cōuentionibus. Quod si ex prospere gestis rebus Volsci pleni arrogantię nō susciperent recōciliationes, tunc absistere ipsum imperio. Volscos enī aut non alium aliquē electuros, ob inopiam bonorū ducum, aut periculum faciētes ipsos tradendarū alij cuicunq; virium magna sua iactura discituros electionem vtilis consilij. Et hæc quidem consulta eis, & quæ iusta pia'q; apparerent famęque eadem cui maxime is vir studebat bonæ apud omnes potitura. Turbabat auem eos suspitio quędam in se metum habens, ne in cōsulta forsan turba, vt quæ in spe iam fuisset debellādi aduersarij, per intemperantē iram acciperet hāc repulsam, atq; ipsum tanq̄ proditorem ne dicendi quidē facta potestate sua ipsa manu præueniens perderet: visumq; est eis tamen vt hoc etiam, & si quod aliud graue esset periculum sustinerent, cum virtute seruantes fidem. Vbi vero circiter occasum solis salutantes ipsi inter se exierunt è tabernaculo, redierunt in vrbem matronę. Martius autem concionem aduocans causas edidit astantibus, ob quas bellum dissoluturus erat, multū'q; precatus milites, vt sibi ignoscerent, & vt vbi redissent domū memores beneficiorum acceptorū propugnatores sibi essent, ne quid ab alijs intollerabile pateretur, multa'q; in hoc alia cohortatiua disputans, parare eos se iussit, vt moturos in sequēti nocte castra. Romani vero vt sensere sublatum sibi esse periculum (pręuenerat enim pręsentiam matronarū fama) magno cum gaudio relinquentes vrbem currebant extra, obuiabant'que matronis, salutantes'que, & peana canētes, & quęcunq; ex magnis periculis in nō expectatam felicitatem translati homines faciunt, dicunt'q; præ gaudio demonstrantes: cōgregatique aliqui, & seorsum alij eam noctem in luxu, delectationibus'que ægerunt. Dię vero sequenti coacto à consulibus senatu de Martio quidē sententiam protulere, vt in alia differentur tēpora magis idonea tribuendi ei honores, matronis autem q̄ primū laudes promptitudinis redderētur, scriptura publica memoriā æternam apud posteros perlatura, traderetur'que præmiū quodcunque ipsis futurum esset accipientibus suauissimū & preciosissimū, cōfirmauit'que ista populus. Matronis autem cōsultantibus visum est, vt munus quidē inuidiosum à senatu nullum postularēt, sed vt permitteret eis senatus templum fortunæ muliebre extruere, in quo facerent pro vrbe litationes seorsum ipse, sacrificia'que quotānis perficerent ea die, qua bellum sustulerunt. Cæterū senatus populus'que decreuere, ex pecunijs emptū publicis templum deæ ei dedicare, & in eo sacellum, & aram perfici, quemadmodū enarrarent augures, victimas'que adduci publicas, incipiente sacra fœmina, quam administram sacrorū ipsę elegissent. Decernente autem senatu ista, sacerdos quidem per fœminas creata est tūc primum ea, quę sententiam eis introduxerat de legatiōe Valeria: persuaseratque matri Martij, vt secum egressum susciperet, sacrificiumque fecere primū pro populo fœminę, capiente primicias Valeria super parata in templo ara, priusq̄ sacellum aut simulachrum erigeretur, mense Decembri Anni vltimo, noua existente luna

Præmia mīronarū

Fortunę muliebri templū.

luna, quam græci numiniam, romani Calendas vocant. Ea enim fuit, quæ sustulit bellũ, dies. Posteriore vero anno post primam immolationẽ extructũ ex publicis pecunijs sacellũ cõsummatũ est, & dedicatũ mensis quintilis septimo maxime secũdum lunã. Est enim dies ea secundũ Romanos pridie nonas quintiles. Dedicans autem templum fuit Proculus Virginius alter consulum. Esset autem fermè historiæ cõgruũ, atque correctionis causa: opinantiũ, neq; honoribus aliquibus ab hominibus gaudere deos, neq; impijs eosdem, & iniustis actionibus excandescere, declarare illustrationem eo tẽpore factam deæ non semel & bis, vt pontificum habent scripturę: sed sæpe numero & in longum tẽpus, vt & cautioribus ad continendas quas ab hominibus acceperunt de numine opiniones minime pœnitenda electio ea ipsa, stabilis'q; permaneat: despiciẽtibus autem patrias consuetudines, nullius'q; humanarum ratiocinationũ dominum facientibus numem, maxime quidem deponatur hęc opinio. Si verò insanabiliter se habeant adhuc magis inuisos esse eos deis accidat, magis'q; infelices. Narratur itaq; q̃d cum decreuisset senatus largiri sumptus omnes de publico in sacellum & in simulachrum, alterũ'q; erexissent matronę ex collatis inter se pecunijs, positis vna simulachris ambobus primo dedicationis die alterũ eorum id, quod matronę posuerant, lingua latina multis pręsentibus emisit sonũ facile intelligibilem, & perfectum, cuius est sensus in linguam gręcã interpretatus talis ἁγίῳ πολέος νόμῳ γυναῖκαι γαμετα, δέδωκατέ με. Erit autem hoc nunc latine interpretatum. sancta ciuitas lege nuptæ fœminæ me dedicastis. Vt vero fieri cõsueuit circa inopinatas voces, & visiones multa incidit astantibus incredulitas, ne nõ simulachrũ forsan esset insonans, sed vox aliqua humana, eis'q; maxime hoc accidit, quas tunc alicui rei alij mentem adhibere contigit: ac non videntes quis esset sonitum vocis exprimens hanc habebant erga ea, quę vidissent contentiosam incredulitatẽ. Postea rursus repleto sacello ipso, maximo'q; circum numẽ facto silentio, maiore voce simulachrum idem elocutum est eandem dictionẽ: ita vt nullis amplius esset sermo ambiguus. Senatus igit̃ vt hoc cognouit, alia decreuit sacrificia, aliosq́ue cultus, quos sacrorũ enarratores perficiendos quotãnis tradũt. Mulieres aũt inconsuetudinẽ posuerunt sacerdotis sententia, ne coronas simulacro imponant, nec manus ei afferant mulieres quęcunq; expertę connubiũ sint. Secundũ hunc autem honorẽ, cultum'q; eius omnem nouis dedere nuptis. Sed de his quidem historiam gentilẽ pręterire haùd pulchrũ erat, neque rursus sermonem de ea habere longiorem. Redeo ita'que eo vnde in hanc digressus erã narrationẽ.

Miraculum.

Va. Rite me matrone vidistis: Ritéq; dedicastis:

❧ Post dimigrationẽ è vallo matronarũ Mantius circiter primã lucẽ exurgẽs, vt per amicã regionẽ exercitũ abduxit, & vbi in terra volscorũ fuit, quæcunque ceperat ex præda omnia militibus donauit, neque sibi quicquã retinens, exercitũ dimisit. Qui igitur ei socij fuerant militiæ domũ graues opibus reuertẽtes haùd inuiti quidem suscipiebant à bellis requiem, erant'que in virum ipsum beniuoli, dignum'que putabant venia, si non etiam bello finẽ imposuisset miseratione matris, precesq́ue reueritus. Quę verò in vrbibus permanserat inuentus partim inuidens ijs, qui militassent, emolumẽta acquisita multa: partim'q; excidẽs speratis si capta vrbe fracti essent Romanorũ spiritus exasperata aduersus ducem amara

erat admodum ac postremo postq̃ odij accepit duces qui plurimum in ea gēte poterāt efferata est, opus'q; peregit impium. Erat autem iras eius incēdens Tullius, sodalitatem ex qua'q; vrbe secum non paruā habens. Huic igitur prius etiā nō valenti inuidiā cohibere visum fuerat, si quidem prospere rebus gestis, vrbe'que correpta Roma, Volscis'q; subiecta redisset Martius, vt clam eū dolo'que perderet: si vero excidens conatu, re'q; infecta reuerteretur vti tanq̃ proditor occidēdum eum factioni suæ traderet, quod tunc fecit. Congregans enim manū non exiguam virum accusat, arguens'q; ex veris falsa, ac coniectans non facienda faciendis iubebat eum deponentem magistratum rationē imperij reddere. Erat enim per stantes in vrbibus, vt à me dictum est, exercitus dominus cōgregandi contionem, & vocandi in iudicium quem vellet. Cæterū, Martius neutri horum contradicere censebat iustum, differebat vero de ordine, volens prius gestorum à se in bello rationem reddere, postea'q; si Volscis omnibus videretur magistratū deponere, existimabat'q; oportere vrbem nullam, in qua maior pars à Tullio corrupta esset, fieri horū dominam, sed gentem totā in legitimum forum cōductā id, in quo eis mos erat, de rebus maximis deliberare, missis ex vrbe omni pręsidētibus, contradicebat'q; ad ista Tullius, probe sciens, quod dicendo hic vir acer, ac multorum, pulchrorum'q; operum rationem reddens in maiestate existens imperatoria multitudini persuasisset, tantum'q; abfuturus esset à subeundo proditorum supplicio, vt etiam clarissimus apud eos, honoratissimus'que futurus esset. ac concedentibus ei illis, vti bellum quibus vellet conditionibus cōponeret, dominus omium fieret: erat'q; diu perseuerans verborū, atque contentionum inter eos quottidie in contionibus, & in foro certamen multū opere autem neuter alteri, vtpote magistratu pari, parique honore pręditovim poterat afferre. Vbi verò nullus fuit contentionis, peruicatię'que eorum terminus prędicens diem Tullius qua venire iubebat Martiū depositurum imperium, subiturum'que iudicium de proditione, ferocissimos viros attollens spe præmiorum, vt administri sibi operis impij fierent, in decreto foro aderat, ascendens'que pulpitum multa vsus est in Martium accusatione, ac ni sponte vellet imperiū ipse deponere hortabatur populum, vt vi eum omni coerceret. Ascendente autē Martio ad defensionem clamor multus loqui eum prohibens exortus est à factione Tullij, deindé'que feritate clamantes ferocissimi, illorum circū sistunt eum, obruentes'que lapidibus interficiunt. Profecto autem eo in foro, & qui affuerunt illi casui, & qui iam mortuo eo adueniebant fortunā viri ipsius deflentes, vt qui nequaq̃ ab eis pulchras accepisset remunerationes, colligentes'que omnia, in quibus reipub. suæ profuisset, cupiebāt eos, qui cędē fecerant, sibi dari, vt iniqui operis, miniméq; vrbib9 vtiles inceptores, qui lege indemnatum aliquē manu occiderent, ducem'que pręcipue. Indignabant̄ autem maxime ij, qui militiæ eius affuerant, & postquā ei viuenti minime sufficientes fuerant ad prohibendam calamitatē, post mortē ei referre gratiam debitam cogitarunt, cōferentes in forum quęcunque in necessariorū honorem opus est bonis viris, & vbi omnia parata sunt ponentes eum super lectica decentissima ornata imperatoria indutum veste: & ante eam iubentes fieri prædā, spolia'que, & coronas, captarum'que vrbiū repręsentationes sustulere lecticam

ipsam

ipsam illustrissimi bello iuuenum, ferentes'que eum in suburbanum quoddam maxime illustre præparato rogo imposuere, comitante corpus ciuitate omni cũ vlulatu, & lachrymis, posteàque mactãtes ei pecudes, alia'que oĩa perficientes, quęcun'que homines ad rogum regibus, aut bellorũ ducibus perficiũt. Ex pecta uere ij, qui maxime eum venerabantur, donec flãma lãgueret, domique reliquias congregantes eodem in loco sepeliere, super aggere excelso multarũ manuũ ope re erecto, monumentũ insigne extruentes. Talis igitur cõuersionis rerũ potitus est Martius, vir bello omnium illius ętatis optimus, omniũ'que voluptatum quę cunque iuuenibus imperant continẽs, neq; iustas leges necessitate, aut pœnę metu inuitus exequens, sed volens ipse, benéque ad ea natura dispositus, neque in parte virtutis ponens neminem lędere, sed ij quod nolet non iusta agere, nec vt solus ipse purus ab omni esset vitio enitens, sed & alios ad iusta cogẽs alti sensus, idem & munificus, & ad supplementum eorum, quæ cuique amicorum deessent cum sciret ipse, pręueniens, in rebus bellicis quoque nemine optimatum inferior, ac nisi vrbis seditio impedimento administrationibus eius fuisset, magnam vtique accessionem in principatum ex eis Romana ciuitas assumpsisset, sed non vnum quodam possibilium est in natura hominis virtutes omnes esse, néque nascitur ex mortalibus seminibus corruptibilibus'que perfectus aliquis. Illi igitur has virtutes largitum numen, alteras infelices, pestiferas'que & erumnosas adiunxit. Non enim inerat mitte aliquod eius moribus aut festinum, nec dexteritas colendi proximos insalutationibus, & appellationibus, nec ingenium recõciliabile aderat, moderatus'que affectus, quotiens iratus alicui esset, neque ornans res humanas omnes gratia: sed acerbus erat semper, & difficilis. Hæc enim ei in multis bellis nocuere, maximéque omnium illa circa iuxta'que custodiam legum vehemens, & indissuasibilis, nihilque clementię tribuens abscisio. Videtur'que verũ esse id, quod à veteribus philosophis dictum est, quod mediocritates, non summitates morum sunt virtutes, maximéque iustitia. Non enim tantum relinquens medium, sed excedens etiam solet ipsis esse inutilis impotenter ea vtentibus, & est quando'que magnarum calamitatũ causa, & in mortes eos miserabiles, intolerabilesq́ue lues cõuertẽs. Martiũ igitur nihil aliud patria expulit, bona'que ei cętera inutilia reddidit, quã vehemẽs & summũ iustũ, plebi enim moderata concedere, permitteréque aliquid eorum desiderijs, retineréque apud se ipsos principatum noluit: sed iniustus contradicens omnibus contraxit odium. Et ab eis expulsus fuit, cun'que liceret ei quãprimũ se volscorũ ducatu liberare simul cũ dissolutione belli, trãsferreq; aliquo dubitationẽ, donec ei permitteret in patria redditus, neque se insidijs inimicorũ exhibere, turbæ'que stulticijs examinandũ noluit, sed oportere putãs obnoxiũ corpus exhibere eis, qui sibi imperiũ crediderant, rationẽ'que reddentẽ se eorũ quę in magistratu gesserat. Si quid iniuste ęgisse videretur, subire pœnã ex lege summę iusticię mercedẽ nequaq̃ pulchrã accępit. Si igr vna cũ corporibus, dissolutis etiã animę quicquid eę sunt, dissoluũtur, neque aliquid restat ampli⁹, haud equidẽ video, queadmodũ beatos putẽ eos, qui nullo per virtutẽ fruuntur bono, per eandem ipsi perditi. Si vero incorruptibiles in perpetuũ esse animas nostras cõtingit, vt putant quidã, aut tẽpus aliquod post emigra-

Nota.

tionem è corporibus permanent. Longissimum quidem bonorum animæ, breuissimũ verò malorum, sufficiens vtique pretium videtur, si virtutem exercẽtibus fortuna aduersetur, bona apud viuentes fama, memoria'q; apud posteros diutissime permanens, quod & viro illi contigit. Non enim Volsci tantum eius mortem luxere, sed & Romani vbi casum illum audiuere: putantes magnam eam esse iacturam vrbis, in luctu priuatim publicæ'q; fuere, matronæ quoque deponẽtes, vt mos est eis in proprijs necessarijs'q; funeribus aurum & purpuram. aliũ'q; ornatũ omnẽ, nigris'q; vtentes vestibus, in annum eum luxerunt. Annis verò iam quingentis fermè ab eo casu, vsque ad hoc tempus præteritis nequaq̃ tenuis: fuit eius viri memoria, sed canitur idem laudatur'q; ab omnibus vt vir iustus & pius. Detinens igitur Romanos periculũ à Volscis Equis'que Martium ducẽ assumentibus, omnium superiorum maximũ: & quod parum affuit, qui vrbem à fundamentis euerteret, talem habuit finem. Paucis autem post diebus, exeuntes in apertum, Romani magno exercitu, ductantibus ambobus consulibus progredientibus vsque ad fines regionis suæ: castra super duobus collibus posuere, vterque consulum seorsum, in munitissimis locis considentes, neque tamen generosi ægere aliquid, neque magnum, neque paruum, sed sunt reuersi re nulla gesta, quanquam dantibus eis pulchras occasiones hostibus, agendi aliquid generosum. Priores enim Volsci Equique exercitum in Romanum agrum duxerant, cogitantes amittendum non esse tempus. Sed dum adhuc videbatur aduersarius perterritus, in eum ire tanquam sponte cessurum metu, cæterum diffidẽtes inter se de ducatu, arma rapuerant, dimicabant'q; congressi, non ex acie aut præcepto. sed conglobatim & promiscue, ita vt ex vtrisque cædes magna oriretur, ac nisi occidens sol præuenisset, corruptæ essent vires eorum omnes. Dirimente verò nocte cõtentionẽ segregati sunt inuiti, redieruntq; in castra. Mane verò excitantes copias, vtriq; ad propria rediere. Consules autem à transfugis & captiuis, qui hac sola causa fugerant audientes, qualis rabies & dei læsio obtineret hostilia, nec inuasere eos, dato ad votum tempore, triginta (non plus) distantes stadia, nec abeuntes sunt persequuti. Quo tempore fessos eos & saucios, & ex multis paucos, incompositeque incedentes, perpere ipsi ordineque sequentes, facile perdidissent. sed soluentes & ipsi vallum, regressi sunt in vrbem, siue satis esse putantes, hoc datum à fortuna bonum, siue militi inexercitato suo non fidentes, siue magni illud facientes, ne paucos quidem suorum amittere. Redeuntes autẽ in vrbẽ cum pudore magno: timiditatis'que opinionẽ ex eo opere subeũtes, nullũque amplius exitũ faciẽtes, sequentibus cõsulibus imperiũ tradidere. Sequẽti anno Caius Aquilius & Titus Sicinius viri bellorum periti, consulatum accepere. Senatus aũt proponẽtibus cõsulibus sermones de bello decreuere, primũ mittere legationem ad Hernicos, petiturã vt ab amicis cõfœderatisque pœnas legitimas. Erat eñ ab ab eis vrbs lęsa Volsco, ęquoque bello latrocinijs & incursionibus in finitimum eis agrũ, donec autẽ responsa ab eis acciperent, visere consules quantum possent exercitum scribere, socios'que per legationes adhortari, frumẽtũque & arma & pecunias, & cętera quęcunque bello opus sunt magnopere celeriterque cõparare. Vbi vero nunciarunt redeuntes legati, quæ acceperant, ab Hernicis responsa negare

Romani Martium luxerũt. Anni.d.a. Martio ad Dionysium.

Educit Roman. exercitus

Aqlius Sicinius cõsules.

gare eos fuisse vlla sibi vnq̃ cū Romanis fœdera & quas fecerant cū Tarquinio rege pactiones dicere solutas esse, imperiū'q; ab illo ablatū, mortuo etiā in aliena terra, siq; rapinę alięq; aut incursiones factę essent i regionē per latrocinia eas nō de cōmuni factas esse sententia, sed priuatorū esse delicta relinquētium propria, neq; eos qui hęc fecissent se posse ad pœnā tradere, talia'q; se passos etiā, & quod prouocati ab eis bellū lęti suscipient. Hęc intelligēs senatus decreuit trifariā diuidere iuuētutē scriptā, harūq; ptē vnā accipiētē caiū Aqliū cōsulē ire obuiā exercitui Hernicorū, etenim erāt illi iā in armis aliāq; Titū Siciniū cōsulē alterū ducere aduersus Volscos. tertiā verò reliquā accipientē Spuriū Largiū, qui à cōsulib⁹ designatus erat præfectus custodire proximā Vrbi regionē. Cæteros autē vltra descriptionē militarē quicūq; arma ferre possent, statutos sub signis pręsidio esse arcibus vrbis & muris, ne qua fieret subita hostiū inuasio, militantē extra iuuētutem multa, ducēq; eorū esse Aulū Sēproniū virū cōsularē, sunt'q; hæc facta non multo post. Aquilius em̄ alter cōsulū deprehendens in regione Pręnestinorū Hernicorū exercitū, castra ex aduerso posuit q̃ maxime potuit eis propinqua, Roma distās stadijs paulò plus ducētis. die verò ex quo castra posuerat tertia: progredientibus è vallo Hernicis in acie, in planiciē pugnę'q; signa extollētibus eduxit, contra & ipse copias instructas, & adornatas. Postq̃ autē propius alteri alteros fuere cōcurrūt cū clamore vtiq; alacri. Primū ferentarij, iaculis, sagittis'q; & lapidibus per fundas, pręliū cōmittēs, multa'q; inuicē vulnera inferētes. deinde equites ab illis turmatim cū equitibus cōcurrētes, atq; cateruatim pedites cū peditibus congrediētes, erat'q; certamē pulchrū animose vtrisq; inuadētib⁹, perstiterūt'q; diu vtriq; neutri alteris loco in quo statuti fuerāt cedētes. Deinde cœpit laborare Romana legio, vt quę multo intercurso ante tēpore tūc primū coacta erat bello se immiscere. Quod Aquilius videns, iussit vigentes adhuc viribus, & ad hoc seruatos milites subuenire laborantibus legionis partibus, ac post legionē saucios fessos'q; abire. Hernici aūt vt videre amoueri manipulos fugę esse Romanorū hoc initiū opinati, cohortātes'q; inter se irruunt densis cuneis immota hostiū romanorū'q; integri subeūtes eos suscipiūt, erat'que rursus ab initio vtris'que eis aīose pugnātibus pręliū acerrimū. etenim Hernicorū cohortes explebant̃ robustis viris submissis à ducibus ad laborātes legionis partes, inclināte vero iā die, cohortans equites cōsul, vt viri essent tūc strēnui, inuadit dextrū cornu hostiū, ductor ipse allæhiq; paruū quoddā tēpus resistētes, inclināt. fit'q; ibi cędes magna, dextrūq; igit̃ Hernicorū cornu laborabat: deserebat'q; iā aciē. sinistrū aūt adhuc resistebat, erat qué dextro Romanorū cornu superior, tamen paulòpost ipsum etiam concessit, nam Aquilius strennuissimos adducens iuuenum auxilio ei venit, confirmans ipse, nominéque eos reuocans, qui strennue agere in præliis consueuerant, ac cohortium signa quæcunque minime viriliter agere videretur. signiferis eripiens, in medios iacebat hostes, vt metus eos supplicij ex lege, nisi signa seruarent, necessario viros strennuos esse cogeret, semper'que laboranti ipse subueniebat parti, donec mouit è statione etiam partem alteram. Denudatis autē laterib⁹, neq; media stetit acies, fuga'q; post hoc Hernicorū ad vallū facta est ꝑturbata & incōposita, sequebanturq; interficiētes eos romāi, tāta'q; igit̃ alacritas

Bellū in Hernicos

Congressus Aquilius cum Hernicis.

in eo certamine romanorũ exercitui incidit, vt & vallum hostium temperarẽt, aliqui ascendere tanquam id primo capturi impetu. Quorum videns nequaquã tutam, neque vtilem alacritatatem consul: signa canere receptui iussit, reuocauit que inuitos euntes aduersum castra milites veritus ne ex superiore loco percussi, cum pudore retrocedere detrimento'que cogerentur. Prioris'que gloriã victoriæ obscurarẽt. Tunc igit (etenĩ iã sol ad occasum ibat) gaudẽtes peanissantes que Romani: reuersi sunt in castra. Sequenti verò nocte strepitus multus clamor que audit⁹ est, ex vallo Hernicorũ: apparebãt'que fulgores multi luminũ, etenim resistere se posse amplius in pugna altera desperantes Hernici relinquere cogitabant vallum suo ipsorum iussu, & quod inordinationes eorum & clamorem faceret hoc erat, nam vt erat cuiq; virium plus aut minus, siue velocitatis, fugiebant. Vocantes alij alios & vocati, relictorumq; ob vulnera siue morbos, vlulatus & preces nullius faciebant pretij. Hoc igitur ignorantes Romani, & qui audissent de captiuis pri⁹ vẽturas vires esse alteras Hernicorũ suis auxilio, ac clamorẽ turbã'q; ad aduentũ earũ fieri existimãtes: capiebãt arma, circũdabãt'q; corona vallũ: ne qua eis inuasio per noctem fieret, aliquandoque armorum strepitum faciebant congregati, & quandoque vt in pugnam euntes ijdẽ conclamabant, quæ quidem magnum quoque Hernicis metum attulere, & tanquam hostibus persequentibus sparsi alij: per alias currebãt vias. Die autẽ facto: vbi retulere eis equites exploratũ missi, quod nec vires aliæ sociæ hostibus aderãt, & q hesterno die cõgressi essent fugerãt, educens exercitũ Aquilius vallũ hostiũ diruit, iumentis plenum rebus'q; venalibus, & armis, capit'que saucios haud pauciores fuga elapsis, & emittens equitatũ ad dissipatos per vias & syluas, multorum factus est corporũ dñs. deindéque reliquũ populatus est Hernicorũ agrũ, nemine audente amplius cũ eo manũ'cõserere, & hoc quidẽ fecit Aquilius. Alter vero cõsulũ sicini⁹ ad volscos missus: robur oẽ copiarũ sumens, in Veliternã regionẽ irrupit, erat. n. ibi Tullius dux Volscorũ robustissimo parato exercitu: eã habẽs sentẽtiã, vt socialia Romanorũ primũ affligeret, vt Martius fecerat cũ incępit bellũ opinatus romanos adhuc in eodẽ manere metu, nec auxiliũ vllũ missuros esse socijs, qui pro se periclitabantur. Vbi verò visę sunt & viderũt se inuicem hæ vires, nihil amplius differentes eædem: congressæ sunt in prælium. Erat autem inter castra vtraque locus, in quo pugnãdum erat collis allatus multipliciter descẽdens, vbi neutris futurus erat vsui equitatus. quod vidẽtes Romani eqtes, sibique pudori ascribẽtes si certamini interessent, nullã ipsi afferẽtes opẽ adeũt cõsulẽ cõgregati, rogãt'q; eum, vt se sinat descẽdẽtes ab equis pugnare pedites: si hoc ei videatur optimũ, is'que eis laudatis plurimũ hoc permisit: instructos'que in acie secũ habuit inspectores & erectores futuros eos lãguẽtiũ, ac fuerũt illi victoriæ eius sanè clarissimi romanis causa. Erat. n. vtrorũ'que peditatus numerò hoĩm armorũque gñe ferme eiusdẽ modi & aciei adornatu atq; pugnãdi peritia, & ad ĩsult⁹ & ad regressus feriendũ quę & cauẽdũ similis. Didicerãt enĩ Volsci bellica omnia, postquã ducẽ Martium habuerant, & ingentes excurrerant Romanorum. Permanserunt igitur pugnantes in multum tempus diei ęqualiter legiones, & inæqualis natura loci multa trisque alternatim præcommoda exhibebat. Romani verò ęquites diuidentę

Ro. superiores hac pugna.

Castra Hernicorum direpta.

diuidente se bifariã, alij ad transuersum hostium à dextro cornu irrumpũt. Alij verò circunuadentes à colle ipso: in postremos irruunt, deinde iaculãtur lanceas: alij obuios ensibus equestribus qui longiores erant in brachijs ferietes, & iuxta poplites deferentes, multorum quidem repugnantes, corpora've protegentes, manus cum tegminibus ipsis defensorijs'que absciderunt: ac multos genuum talorum'que vulneribus profundis deiecerunt, de firmissimo gradu semimortuos. Circunstabat'que vndique Volscos malum, à fronte enim incumbebant eis pedites: à lateribus & à tergo equites, ita vt supra vires strenue agentes ipsi: ac multa opera audaciæ peritiæ'que ostendentes, propè omnes dextrũ cornu obtinentes, sint trucidati. Qui vero in media acie collocati: & in cornu altero erant, vbi dextrum discissum videre, ad se que eodem modo superuenietes ROMANORUM equites, & conuersis ordinibus: retrocedebant gradu modico ad vallum. Sequebantur'que eos ordine ROMANI equites, & vbi apud munitiones astitere: fit pugna altera descendentiũ equitũ, cũ his qui circa munimenta erãt, à multis valli ipsius partibus acris & cõuertibilis. Laborantibus autẽ romanis, iubens consul pedites ferentes materiam replere fossas. Primus vadit per ascensum, ipse optimos duces equitũ ad portas valli munitissimas: ac reprimẽs qui ꝓ eis pugnabãt: cedẽs'q; cataractas portarũ fit intra castra, suscipiens aduenietes pedites. Tullius'q; habens robustissimos audacissimos'que Volscorum occurrit ei, ac multa edens facinora generosa (erat enim miles strennuissimus, sed ad ductandũ nõ sufficiens) lassitudine & multitudine vulnerũ cõflictatus moritur. Volscis'q; cæteri postq̃ captũ est vallũ, alij cęsi sunt pugnãtes: alij arma abijcientes, supplices ad victores conuertebãtur. Pauci verò quidã fugietes ad propria seruati sunt, aduenietibus autẽ romam nũcijs: quos cõsules miserãt, ingens gaudiũ populũ obtinuit, statiq; supplicationes deis sacrificia'q; decreuerũt, atq; cõsulibus honorẽ triumphorum addiderunt, non eundẽ tamen ambobus: sed sicinio postquã vrbẽ maiore metu liberasse videbatur. Volscorum optimum perdens exercitum: ducemque eorũ interficiens, maiorem pompam decreuere, sique ingressus est prædam habens, & captiuos, & commilitones, curru vectus auro frænatis equis, regiam'que indutus vestem, vt in miaoribus fit triumphis ex lege. Aquilio autem triumphum minorem dedere: quem ipsi ouationem vocant. Declaratum autem est à me in prioribus: quibus differat hic à maiore, & ingressus est hic vir pedibus, pompæ reliqua adducens, annus'que est hic finitus. Post hos vero consulatum accipientes Publius Verginius, & Spurius Cassius: tertium, Vrbanas simul & socias assumentes vires in apertum copias eduxere. Virginius in EQUORŨ vrbes. In HERnicorum Volscorum'que Cassius, forte eis obuenientibus prouincijs ac equi quidem munietes vrbes, & quę pluris erant precij exportãtes ex agris, regionẽ vastari neglexerũt, & incendi caulas, adeò vt per multã facilitatẽ Virginius quàmplurimũ potuit agri eorũ affligens ac vexans. Postquã nemo exibat pro eo pugnaturus, abierit abducẽs exercitum. Volsci vero & HERNICI, in quos Cassius exercitũ duxerat, sententię q̃dẽ fuere. vt populãdã regionẽ negligerẽt, cõfugerũt'q; in vrbes, sed nõ steterũt constitutis regionis bonę vexatę, & quã nõ facile recuperare posse sperabant. miseratione ducti oppidis quoq; non satis munitis, in quæ con

Tullius moritur.

Volscorum exercitus fusus,

fugerant diffidentes, sed misere legationem ad consulem rogantes dissolutionẽ belli. Volsci quidem priores, statimque pace isti sunt potiti pecuniæ quiddã dãtes tantum quantũ statutum est à consule, & alia quibus exercitus indigebat, omnia sumministrantes, & isti quidẽ subiecti esse romanis consenserunt nullius amplius participes ęqualium. Hernici vero posteriores vbi se solos relictos videre: de pace & fœdere cum consule disputabant. Cassius autem vultũ accusans eos: primum dixit, oportere eos victorum opera subiectorũ'q; agentes, postea de fœdere disputare. Cæterum legatorũ gratia se facturum possibilia & moderata. iussit'q; igitur eos pecuniã militibus viritim ad emẽda obsonia mensium, & cibaria in mẽsem afferre: donec aũt ista afferrent, statuẽs tẽpus dierũ quorũdã: inducias eis dedit. subministrantibus autẽ propere prompteq; omnia Herniscis, & de fœdere acturos mittentibus, laudans eos cassius remisit ad senatum: cui quidem suscipiendos esse visum est Hernicos in amicitiã, quibus autem ęquis conditionibus conficerentur cum eis fœdera Cassium consulem cognoscere, & constituere, & quodcunq; illi videretur: id firmũ esse. Decernente autem senatu ista, reuersus in vrbem Cassius: triumphum postulauit secundũ, tanq̃ maximus earum gentiũ domitis, gratia potius rapiens eum honorẽ: q̃ iure accipiens vt qui nec oppugnãs, vrbes incœpisset, nec aperta acie, deleto exercitu hostium captiuos, & spolia quibus ornatur triumphus, ducturus esset, sed arrogantiæ opinionem, & quod nihil amplius simile: cum alijs ciuibus sentiret, sic'q; opus hoc ei primum inuidiam peperit. Obtento autem triumpho fœdera cum Hernicis intulit scripta, vt quæ cũ Latinis ante fuerant: ex quibus maxime indignati sunt ciuium æquo maximi & honoratissimi, ac suspectum habebant eum, haud æquum esse censentes pari cũ latinis cognatis honore potiri Hernicos, nec cum eis: qui multa ostendissent opera beniuolẽtiæ, eos qui nullum prorsus ægissent bonum, eiusdem esse humanitatis participes, ac superbiam quoq; hominis ferebant ægerrime: qui à senatu honoratus, non ipse eum è conuerso æquo honorasset, nec de cõmuni senatorum sententia, sed vt ei visum esset, fœdera intulisset. Est'q; igitur agere in multis feliciter homini lubricum & inutile, nam insanæ gloriationis causa existens hoc multis, ac minister quidem excedẽtium naturam humanam cupiditatum latet, quod & huic viro accidit. Tribus enim consulatibus & duobus triumphis, solus tunc hominum à ciuitate honoratus, venerabiliorem seipsum duxit, cœpit'que eum cupido principatus, cogitans'q; quod regnum aut tyrannidem affectantibus: facillima omnium tutissima'q; est via, ea quæ multitudinẽ beneficijs subducit, & quę ex manibus dãtis publica eã viuere assuefacit, in hãc ipse cõuersus est, statiq; prędicẽs nemini, erat em̃ regio quędã publica neglecta, & à ditissimis obtẽta: eã plebi diuidere cogitauit, & si quidẽ vsq; ad hoc veniẽti illi satis fuisset, fortasse ei ex sententia opus successisset. Cęterum pluriũ appetens: non paruam seditionẽ educauit, ex qua ei finis minime felix contigit. Nam Latinos in descriptione regionis compręhendere, & nuper receptos in ciuitate. Hernicos etiam volebat: has sibi gentes proprias parare cogitans. Sequentiq; igitur post triumphum die: ad cõtionem plebem aduocans, & ascendens (vt est moris eis qui triumpharint) pulpitum, primum quidem gestorum à se rationem reddidit: cuius capita hęc erant

Volscis pax data.

Herniscí in amicitiam recepti.

Cassius triũphũ obtinet.

quod consulatu primo potitus, vincens prælio sabinorum gentem vendicatem sibi principatum subiectam esse Romanis coëgerit, & quod creatus cõsul iterum, seditionem vrbanam, compescuerit aduxerit'que plebem in patriam, Latinos autem cognatos ipsos Romanorum ciuitatis. Sed semper ei principatum gloriamque inuidentes, in amicitiam conduxerit, partem ęquam ciuitatis tradens, ita vt non amplius aduersariam, sed patriam Roma ferant, constitutus deinde tertium in eodem magistratu coëgerit Volscos pro hostibus amicos fieri, atque Hernicos gentem magnam fortem'q; & propinquã, & ad lædendum iuuandũ'que in maximis oportunissimam volentem adduxerit, & hæc igitur, & his similia percurrens postulabat plebem sibi mentem adhibere, tanquam ei, qui supra cęteros reipublicę, curam ageret, & in omne tempus reliquum acturus esset. Finiens'q; orationem, dixit se talibus tantisq́ue bonis acturum plebem, vt cæteros superaturus esset amando eam seruãdo'q; laudatos, nec hoc multum dilaturus. Dissoluta autem contione, nec vllum tempus ne intempestiuum quidem relinquens, sequẽti die in consilium senatum conuocauit, erectum ac trepidum ex sermonibus ab eo habitis, ac priusquã loqui inciperet quisquam alius, sententiã illam secretam habitam apud plebem, in medium protulit ęquum esse sensus senatores, quandoquidem plebs in multis fuerat ciuitatis vtilis, partim ipsa ad libertatẽ, partim ad imperium in alios coadiuuans ei prouidere, diuidentes regionem quantacũ'que bello quęsita, verbo quidem erat publica, opere autem impudentissimorũ, nullo'q; eam iure obtinentium patriciorũ, atq; ipsos missi inquit à Gelone siciliæ tyranno muneris frumentarij, quod cum gratis diuidi ciuibus omnibus oportere. Vænale pauperes acceperũt, reddẽtes eis, qui emerint pretia ex pecunijs, quas habuit respublica, statim aũt adhuc dicente eo, tumultus erat multus omniũ rẽ grauiter ferentium sermonẽ nec sustinentium. Vbi verò loqui desijt Virginius collega eius vehementer in eum inuẽtus est, vt excitantẽ seditionem, & ex alijs senatoribus quo maximi, & honoratissimi, præcipuéq; Appius Claudius, & in multũ efferat illi tẽpus, vltima'q; alteri in alteros iactãtes opprobria perseuerauerũt. Diebus aũt sequẽtibus Cassius quidẽ cõtinuas contiones habens multitudinẽ ductabat, inferebat'q; sermones de sortione, eratq; multus in accusatiõibus aduersantium. Virginius aũt quotidie senatum cõuocans, de cõmuni patritiorũ sententia ex altera parte custodias prohibitiones'q; parabat legitimas, & erat caterua vtrique sequentiũ eos, corporis'q; custodũ multa pauperũ q dẽ sordidarũq; hominũ, & ad audẽda oĩa prõptorũ à Cassio statuta. Generosissimorũ verò, & integrorũ à Virginio posita. Primum'que igitur deterior in contionibus pars vincebat, longe præcellens alteri. Posteàque paris momenti fuit applicãtibus se tribunis meliori parti fortasse, quia nec illud melius esset ciuitati diuisionibus pecunię, distributionibus'que publicorum multitudinem corrumpi segnem paruam fortasse etiam inuidia, quia huius humanitatis initium non ipsi plebi præsidentes finissent, sed alius. Nihil autẽ prohibet etiã per hunc metum, id factum esse quod augumẽtum huius viri maius fieri contingebat, quàm ciuitati expediret. contradicebant igitur pro viribus isti in cõtionibus eis legibus, quæ inferebant à Cassio, docẽtes plebem nequaquã diuidi, sed secũ etiam latinos æque esse participes, qui nunquã

bellis affuissent, nec non recoeptos in amicitiam nuper Hernicos quibus quidem fuisset optabile oppressis bello regionẽ sibi suam non auferri. Plebs autẽ audiens aliquando tribunorum sermonibus adhęrebat, cogitãs paruam quandã, neque dignam mẽtione portionẽ eã fore, quę cuiq; ex agro publico euẽtura esset, si cũ Latinis vna, Hernicisq́ue eum diuiderent. Aliquando etiam à Cassio ei dissuadebatur adulatori plebis, ac dicenti quod prodentes patritijs tribuni, dicens nomẽ prohibitioni imponerent, cum Latinis, & Hernicis diuisionis æqualitatẽ, quàm se ille comprehendere lege dicebat, potentię pauperũ causa, & vt si quis vellet aliquando data eis auferre prohiberent, melius tutius'que esse putãs, multos pauca accipientes pariter possidere, quã sperantes ipsos multa amnibus excidere. His igitur cassij sermonibus mutante crebro sententiã, in cõtionibus multitudine. Progrediens è tribunis vnus Caius Roboleius vir nõ imprudens, pollicitus est se consulum discrepantiam compesciturũ intra non multum tempus clarum'q; facturũ plebi, quidnam agendum esset. Significatione autẽ facta eis magna vt diceret. Posteà secuto silentio, An non inquit Cassi, & Virgini, hęc sunt legis capita, vnũ quidem, vtrum agrum publicũ diuidi viritim oporteat; alterum verò vtrũ Latinos doceat, & Hernicos partem eius accipere, cõfitẽtibus aũt eis sic esse, tu inquit Cassi postulas. Hæc vtra'que populum decernere tu per deos Virgini dic nobis, vtrum alteram infirmas partem legis Cassij, eam quę ad socios attinet, nõ oportere putans Latinos Hernicosq́ue nobis pares in diuisione esse? An & alteram infirmas nolens ne nobis quidem diuidi cõmunia? Hoc enim mihi nihil occulens responde. Dicente aũt Virginio se Latinorum Hernicorum'que contradicere diuisioni pari. Quod autem ad ciues attineret, si id omnibus videretur, diuidi se concedere, conuersus ad populũ Tribunus, dixit. Postquam igitur partem alterã sententiæ consul vter'que approbat, in altera verò ab altero eorũ contradicitur. Sunt autem ęqui honoris ambo, licet'que neutri alterum cogere iamiam id quod ab vtro'que datur accipiamus, id in quo discrepant differamus, assentiente autem ei multitudine, tanquam optima proponenti, & de lege postulante tolli eam partem, quæ discrepantiam faceret, dubitans Cassius quidnã ageret, non mutare volens sententiam, nec in ea manere valens tribunis aduersantibus, tũc quidem cõtionem dimisit. Diebus autẽ sequentibus aduersam valitudinem simulãs, nõ amplius descendebat in forum. Sed domi manens tractabat, quemadmodũ vi manuum'que potentia legem confirmaret, arcessebatq; Latinorũ, & Hernicorũ quã multos poterat ad ferenda suffragia. Hique conuenerãt plurimi breuique fuerat hospitibus vrbs referta. Quàm rem intelligens Virginius, proclamari iussit per compita, vt abirent, qui in vrbe non habitabant, tempus quoddam non multum eis pręfiniens. Sicq; econuerso Cassius proclamari iussit, vt permanerent quicũque erant ciuitatis participes, donec esset lex confirmata. Cum verò finis nullus fieret contentionem, timẽtes patritij ne fierent calculorũ raptus, manum'que insidiæ, ac cętera quæcunq; fieri indiffidentibus contionibus legem ferendo solent, conuenerunt in senatũ, vt de omnibus semel consultaturi. Appiusq́ue igit Claudius primus sententiã rogatus, non sinebat concedi plebi diuisionem, docens grauem, & inutilem futuram turbã segnem cohabitatricẽ assuetã Liguri republica, nihil'que

Roboleius Tribu.

Cassius

Appius

nihil quesituram vnquã rerum cõmunium, siue possessionum siue pecuniarum, manere amplius commune. Pudoris quo'que rem plenam dicẽs, si qui Cassium accusarẽt tanquã praua,& inutilia in republica administrantẽ, populum'que corrumpentem,ipsi ista posteà de communi sentẽtia tanquã iusta,& vtilia cõfirmarent, ac cogitare ipsos volens, quod ne gratia quidẽ à pauperibus haberetur eis concedentibus,ac decernentibus diuidi publica, sed proponenti sententiã Cassio, viso'que eodem senatum inuitum ad confirmandã eam coëgisse, hęc'que prędicens,& his similia alia, ad extremum ista consulebat, viros eligi ex honoratissimis senatorum, qui euntes agros publicos se cernerent, & si aliquẽ ex eis furantes priuati aliqui, aut vi obtinentes, depascerentur aut colerent, cognoscẽtes ista viri illi agros redderent reipublicę. Distincti verò ab eisdem viris agri, ac diuisi in sortes quascunque,& decẽtibus inscripti titulis partẽ aliquam vendi admonebat eamque præcipue, de qua disceptatio aliqua cum priuatis esset:ita vt iudiciũ fieret de istis inter eos qui emissent, & eos qui eam sibi vẽdicarent,partemq; aliquẽ in quinquenniũ locati,& ex locatis prouenientẽ pecuniam ad emendam obsonia militantium,& in mercedem eorum cõsumi, nam & bella sumptuum indigent. Nũc enĩ(inquit)inuidia pauperũ erga diuites quicũ'q; publica depeculãtes obtinent,iusta est,nec sanè mirum, si potius publica diuidere inter se omnes æquum censent,quã ea impudentissimos paucosq́ue obtinere. Si verò videant agris abstinentes eos,qui nunc possident,& esse vere quę publica sunt publica, desinẽt inuidere nobis, diuisionisq́ue viritim agrorum desiderium relinquẽt,cognoscẽtes ipsi vtiliorem fore omnium cõmuniter possessionem quã exiguam cuique partem, docens enim eos dicebat quanta esset in his differentia,si vnusquisq́ue pauperum agellum aliquem non magnum accipiens in vicinos etiã turbulentos incideret, neque enim ipse ad colendũ eum futurus esset sufficiens ob paupertatem, neque rursus conductorem aliquem nisi vicinum inueniret. Si verò magnę sortis agri varias dignasq́ue mentione recipiẽtes ad colendum operationes à republica locarentur,multos afferẽt redditus, & quod melius esset eis dicebat cum ad bella exeunt,ex ęrario publico cibaria,& impẽsas ad obsonia accipere,quã in ęrarium ex proprijs domibns conferre, exhaurienda cuius'que vita, & in cõtribuẽdo pecuniam magis vtique grauãdo. Hac introducta ab Appio sententia, maximéque placere visa. Secũdo loco rogatus Aulus sempronius Attratinus,non nũc primum inquit Appium laudandũ habeo ad sentiendum multo ante futura sufficientissimum,& ad sentẽtias pulcherrimas vtilissimas'q; ostendendũ,stabilemq́ue,& immutabilem in iudicatis,neque metu cedentẽ ipsum,neque gratia declinantem,semper enim laudans eum,& admirans perseuero, ex prudentia generositatéque eius in difficilibus,nec sententiam quidẽ aliam. Sed eandem,& ipse habeo,pauca adhuc ei addens,quę mihi visus est Appius reliquisse. Hernicis enim, & Latinis quos ęquo iure in rempublicã nuper assumpsimus, ipse quoq; diuidẽte esse minime vestra puto. Non enim postquã illi processere in amicitiam nostrã, nos hanc regionem acquisiuimus, sed habemus quæsita antiquius, nostris ipsi eã periculis neminéque nobis opẽ ferẽte hostibus adimentes, respõdeamus'que eis. Quod existẽtes nobis prius possessiones, quãtas quique habuim⁹, cũ in amicitiã

A. Sempronij oratio.

venimus, proprias manere, & inasportabiles cuique decet quarũcun'que autem post fœdus ictum cõmuniter militantes bello fiamus domini, harum adsit vnicuique sors cõtingens. Hæc enim neque iustas irę excusationes socijs exhibebũt tanquam lęsis, neque plebi metum ne videatur lucrosiora decentissimis, pręponere electioni que virorũ quos censet Appius, positores terminorũ agri publici fieri. Valde equidẽ accedo, magnã eñ hoc nobis afferet apud plebeios libertatẽ, quandoquidem hęc vtra'que dolent, & quod nullo ipsi publicorũ fruantur, & quod illa ex nobis quidam nullo prorsus iure possidẽt. Si vero ista in publicũ reddacta videant, & in communia eorum reditus, necessaria'que impendi, nihil sua interesse putabunt, vtrum agri ipsi participes, an ex eo prouenturum fiant. transeo aliquos quod ex pauperibus alienę magis iacturę quã sua cõmoda lętos reddent, non tamen puto vtrũ'que horum in senatuconsulto scriptum sufficere, sed & alia quadam puto moderata cultione, peculiarẽ faciendã esse suspiciendã'que nobis plebem, de qua paulopost dicam, causam vobis prius ostendẽs, immo verò necessitatem ob quàm nobis hoc sit faciendum. Scitis probe sermones habitos in contione à tribuno, cum hunc consulum alterum virginium interrogauit, quã haberet de diuisione sententiã. Vtrum ciuibus solis cõcederet diuidi publica socijs nõ sineret, an cõmuniũ nostrorũ ne ciuibus quidem permitteret sortiri partem, is'q; confessus est sortionẽ se inter nos non prohibere, si hęc omnibus pręclara viderẽtur, quę concessio tribunos nobis cõcertatores reddidit, plębẽ'que mitiorẽ. Quid igitur patientes ipsi qui tunc concessimus nunc subtrahimus? aut quid erit nobis amplius generosas pulchrasq́ue administrationes principatúque dignas instituẽtibus? si his qui vti eis debẽt non persuadeamus, nõ persuadebimus autem, & hoc vestrum ignorat nemo, fient enim difficiliores spe defraudati, & promissa nõ ferentes quã qui solutione non potiuntur. Veniet'que iterum ferẽs eos qui rempublicam ad voluptatẽ administrat, neque amplius nobiscũ stabit tribunorum aliquis, quid igitur agendum vobis suadeam, & quid addã sentẽtiæ Appij discite, sed ne insurgite neue tumultuate priusquã omnia audiatis quæ dico de eligendis ad discussionem diffinitionem'que regionis siue decem siue quotcun'que viris eam cognoscendam permittetis, & quã ex ea opus est, & quantam cõmunem omniũ fieri, & quã in quinquenniũ locatam augere ciuitatis redditus, ac quãtam rursus, & quàm plebeis nostris diuidi, & quã illi sortiendam declarabunt vos cognoscentes, siue omnibus siue quibus sors nõ est siue minimi census hominibus, siue quẽadmodũ vultis diuidere viros eius finitores, decretum'que vestrum de sortione ipsi afferentes, & cætera quęcun'que opus est fieri, postquã breue est consulibus reliquũ magistratus tempus decernit, sequẽtes consules quemadmodũ pulchre eis habere sese res videtur exequi, neque enim parui temporis res tantę indigent neq́ue hic nunc diffidens magistratus vtique prudentius disceret vtilia quàm post eum designẽdus, si ille quidem vti speramus sit consors. Res enim vtilis in multis minimé que lubrica est dilatio, & multa tẽpus die vna transponit. Est'que vrbibus concordia in præsidentibus reipublicę omnium bonorum causa, ego quidẽ hanc sententiam effero. Si verò aliquis aliud melius introducit, dicito, eo autem desinente, multa'que sequẽte laude astantiũ omniũ, neque alio quo'que rogaturũ

post

post illum aliam sententiā pronuntiante, scribitur senatusconsultum huiusmodi decem viros consulares creari æuo maximos, qui terminos regioni publicę ponētes declarent quantę eius locari quantū'que diuidi populo oporteat, æquo autem iure ciuibus, & socijs, si quā posteà acquirant cōmuniter militantes contingentē quibusq́ue partem secundum conuenta tradi electionē'que horum virorum, distributionem'que sortiū, & cętera quæcū'que fieri oporteat, futuros cōsules perficere. Hoc decretum in plebem allatum, & Cassium subductione multitudinis prohibuit, & quę accendebatur pauperum seditionem progredi vlterius nō permisit. Sequenti verò anno quarta, & septuagesima Olympiade, quia vicit in stadio Hastyllus syracusanus. Athenisq́ue princeps erat Leostratus, Quinto Fabio, & seruio Cornelio consulibus viri ex patritijs ętate adhuc iuuenis, sed illustrissimi ex maiorū dignitate sodalitatibusq́ue, & diuitijs potentis, & vt viuens in agēdis ciuilibus nemine eorū, qui in robore ætatis essent deteriores. Ceson Fabius frater consulis, & Lucius Valerius publicola frater eius, qui exegit reges, quæstoriā tunc habentes potestatem, ac propterea conuocandæ contionis, domini superioris anni consulem spurium Cassium, ausum leges de diuisione regionis introducere, detulerunt ad populum affectatę tyrannidis accusantes, prędicentes'que diē certam vocarunt eum ad causę dictionē. Turba verò multa conueniente in prę finitum diem aduocarunt in contionē multitudinē, manifesta'que eius viri opera in vtilitatem nullā acta percurrerunt, quod latinis primum quibus sufficiebat dignitatis esse communi ciuilitate, magnam'que fœlicitatem existimantibus, si ea tantum potiti essent, non modo esse quā petebant largitus esse ciuilitatem consul ipse, sed belli prædę si fieret cōmuniter militia partem tertiā decreuisset dari, deinde hernicos quos bello domitos accipere grate oportuit, si nō aliqua regionis parte mulctati essent pro subiectis amicos fecisset, ac pro tributarijs ciues, agrique prædę quę aliquando acquirerent, aliā tertiā vt acciperēt partem statuisset. Ita vt diuisa in tres partes pręda, duas quidē subiecti aduenę'que acciperent. Indigent verò duces'que tertiam. Ex hoc autem ostendebat eis absurdissimorum duorum alterum curaturum, vt aliquos alios ob multa magna'que beneficia susciperent, eisdem ipsos honorarent donis, quibus latinos honorant, nihil'que pror sus meritos hernicos. Vna verò relicta sibi parte tertia, aut non habituros ipsos quàm partem illis darēt, aut similia illis decernētes nihil sibi relictos. Super hęc autem dicebant quod publicanda proponētes cōmunia, nec in senatu decernēte, nec collega approbante vi curasset sanciri legē, quę nō in hoc tantum inutilis, & iniusta erat, quod prędconsuli senatū oporteret, & si illi videretur decerni quā esse decuit magistratuum omnium humanitatem, hominis vnius faciebat gratiam, sed etiam in illo omnium miserrimo quod verbo quidem traditio, ea erat regionis publicæ ciuibus, rei autem ablatio romanis quidem qui eam acquisierant partem vnā accœpturis latinis autē, & hernici, ad quos nihil attinebat duas, & quod neque aduersantibus etiam tribunis, & legis alterā partem tolli, postulantibus scilicet diuisionē parem cum aduenis obtemperasset. sed & tribunis, & collegę, & senatui, & omnibus pręclara cōsulentibus contraria agens perseuerasset, discurrentes'que ista, testes'que eorum ciues ipsos oēs facientes. Post hoc etiam archanas

Accusatio Cassij.

tyrannidis coniecturas, fidesq́ue adhibuerunt, quemadmodũ ei pecunias latini hernici contulissent parassentq; arma, & ad eũ iuissent ferocissimi, qui erãt iuuenum in vrbibus secreta facientes concilia, ac multa præter hęc alia sumministrãtes, exhibuerunt'que horum testes ex vrbe multos, nec inanes, nec obscuros, quibus populus credidit neque amplius sermonibus subductus, quos hic vir multa ex pręparatione cõponens disposuerat. Neque differẽs aliquid miserabili trium filiorum casui, magnum ei exhibẽti in misericordiã auxilium, neque multis alijs cognatis, & amicis complorãtibus, neque rebus bello gestis, per quas in maximum honorem venerat, veniã vllam tribuens, adicto enim amarus erat ad nomẽ tyrannidis vt neque in poenę æstimatione mediocri in eum ira vteretur, sed dãnaret eũ morti. Cœpit enim timor ne eiectus per exilium patria vir ex eis qui tũc erant dux bello pręstantissimus, ijs similia arctius ageret amica criminãs, confirmans'que inimica, ac bellum patrię acerrimũ inducẽs. Hunc autem finem causa assumente ducentes hominem quęstores ad iminens foro pręcipitũ inspectantibus omnibus secundum petras eum deijcere. Erat enim ea tunc Romanis damnatorum morti gentilitia punitio, est'que igitur sermonum talis. Oportet aũt æque etiam verisimilem quãdo, & is à multis creditur, & inscriptis inuenitur mẽtione dignus non pretermittere dicitur, itaque à quibusdã quod obscurum adhuc omnibus machinatam ab eo tyrãnidem primus Cassij suspicatus est pater, & re ipsa subtilissima exploratione discussa, iuit ad senatũ. viso'que deinde venire filio iudex rei accusatorũ'que eius fuit, dãnantẽ'que item illum senatu ductũ domũ eũ necauit, dira enim inexorabilisq́ue acerbitas illa patrum in lędentes rempublicã filios, maximéque in Romanis, tũc illis ob hãc causam nõ reijcit, quod & anteà Brutus, is qui exegit reges iustũ duxit, vtrũq; filiũ ex lege maleficorũ mori, & esse eis dicenda securibus colla, quia nisi erant regibus reditũ procurare. Post'q; Manilius bello gallico dux filiũ cũ strenue ęgisset in bello, fortitudinis quidẽ causa victorialibus coronis ornauit. Inobedientiã verò obijciens, quia in quo collocatus erat pręsidio non permansit, sed exiuit pręter iussum ducis pugnaturus tanquam ordinis desertorẽ occidit, alijque patres maioribus, alij minoribus ex causis, neq; filijs pepercerunt, nec eorũ sunt miserti, propterque hoc vt dixi minime æquum censeo hunc sermonẽ vt non verisimilẽ abijcere, sed illa tamen nec retrahit cõiectura, neque minima neque incõgrua ad alteram opinionẽ ducit, quod post cassij mortem domus eius euersa fuit, & hucusq́ue subdialis dimittitur, is locus extra ædem telluris, quàm posteà extruxit ciuitas in parte quadã eius secundum eam viam qua itur ad carinas, resq́ue eius respublica accœpit, ex quibus primitias cũ in alijs templis reposuit, tum verò cerei statuas ęneas declarãtes inscriptionibus, ex quibus pecunijs sunt primitię, quod si pater iudex rei, & accusatorque eius, & punitor extitisset, neque domus euersa esset, neque bona publicata, Romanis enim nihil est possessorum propriũ patribus viuẽtibus, sed & pecunię, & corpora filiorum cum de eis volunt disponere traduntur patribus, ita vt nequaquã, res patris indicãtis tyrannidẽ ex delicto filij ablata esset, publicarique eã ciuitas voluisset, propterque ista priori sermoni magis assentior. Posui aũt vtrũque vt liceat lectu ris vtri velint adhęrere, subijciẽtibus aũt quibusdã etiã filios interficiẽdos Cassij,

Domina tio & mors Cassij.

Dira

Dira visa est hęc senatui, & inutilis cõsuetudo, atq; coueniẽs decreuit liberari pœna adolescẽtes, & cũ oĩ securitate viuere, neq; exilio neq; in honoratiõe, alia'ue calamitate mulctatos, deincepsq; mos hic patri⁹ romanis fuit ad hãc vsq; ętatẽ seruat⁹, liberari pœna filios, quocũq; patres crimĩe deliquerint, siue filios cõtigat eos esse tyrannorũ siue parricidarũ, siue etiã proditorũ, qđ est crimẽ apud eos grauissimũ. Qui vero morẽ hũc dissoluere sunt aggressi tẽporib⁹ nostris, post finitũ bellũ marsicũ & ciuile, proscriptorũq; à sylla filijs adimẽtes magistrat⁹ gerere, senatusq; esse participes, q̃ tẽpore ipsi dominabant̃, rẽ eã apud hoĩes inuidiosam vindicãdãq; ad eis visi sunt demõstrasse. nã & pœna eos vltrix minimẽq; repręhensibilis secuta est cũ tp̃e, per quã ex maxĩa gloriatiõe ĩ humillimã deducti sunt erũnã, neq; ex eis pręter quã p̃ fœminas relictũ est gen⁹ cõsuetudoq; quã vir pẽdẽs hos remouerat, adhuc eũdẽ quẽ à prĩcipio ornatũ seruat. in gręcis aũt nõ sic apud quosdã lex habet, sed ex tyrãnis genitos, alij cũ patribus interficiẽdos cẽsent, alij mulctãdos exilio, tanq̃ illud nõ recipiẽte natura, probos ex ĩprobis, aut ex bonis malos gigni, sed de his siue q̃dẽ lex apud gręcos sit melior, siue apud romanos cõsuetudo volẽti ista cõsiderare relinq̃m⁹. Redeo aũt ad ea q̃ facta sunt deinde, post mortẽ em̃ Cassij qui augebant principatũ optimatũ cõsidẽtiores, despiciẽtioresq́ue facti sunt plebeiorũ. Alij vero obscurę sortis hoĩes & vitę humilis cõpressi sunt, & vt qui optimũ plebeię partis custodẽ perdidissent, multã suã ipsorũ amẽtiã in dãnatione eius accusabãt. Huius aũt causa erat, quoniã quæ visa erãt senatui de sortiõne, cõsules nõ perficiebãt, cum oporteret eos decem creare viros terminantes agrum, sententiãque introducentes, quãta pars eius, & quibus eã oporteret diuidi, conueniebant'que multi per compita de fraude illa assidue disputantes, accusabant'que priores tribunos vt qui rempublicam prodidissent, cõtionesq́ue continue per tribunos nouos repetitionesq́ue promissorum fiebant, quarum rerum conscij consules summouere, cogitauerunt per belli speciem mobilem & turbulentam ciuitatis partem, contigit enim eo tempore latrocinijs finitimarum vrbium incursionibus'que læsam esse regionem, sicque causa vlciscendorũ læsorũ signa belli protulere, descripserẽq; vrbis copias. Non venientibus aũt ad descriptionem pauperibus inualidi illi ad inferendam ex lege cõtumacibus necessitatem, pręsidebant nan'que tribuni multitudini prohibiturique erant, si quis conaretur, aut corpora detractantiũ militiã abducere, aut pecunias auferre, nimis vtebantur multis, tanquam non essent concessuri cõcitantibus multitudinem, suspitionemque iniecerunt latentem tanquã dicturi dictatorem essent, qui cęteros infirmans magistratus, tyrannicã neminique obnoxiam habiturus esset solus potestatem. Vbi vero hanc assumpserũt suspitionem plebei, veriti ne Appium crearent dirum virum & difficilem, prius omnia quã id pati decreuerunt. Conscriptisq́ue igitur exercitibus, assumentes cõsules has copias, in hostes eas eduxere. Cornelius inueientium regionem irrumpens, relictam prędam in ea abegit. Posteàque mittentibus legationem veientibus, captiuos eis pecunia demisit, & inducias in annum dedit. Fabius aũt alterum habens exercitum in equorum agrũ irruit, at illinc in Volscorũ, qui tẽpus quoddã nõ multũ patiẽtes diripi, vexariq; regionẽ, posteà cõtennẽtes romanos, vt qui nõ magis exissent viribus auxilio ei

Filius nõ portabit iniquitatẽ patris.

Eductæ roma copiæ.

venerũt,ex antiãtũ regiõe cõferti, arma rapiẽtes, atq; celeri⁹ quã tutius cõsulentes,sicq; igit̃ prẹuenissent apparẽtes de ĩprouiso,dispersis romanis, magnã eis cladẽ intulissent. Cæterũ sentiẽs egressum eorũ cõsul exploratores missos, reuocatiõe subita disꝑsos ĩ excursionib⁹ recœpti,& ĩdecẽtes ĩstruxit ordĩes. Sicq; Volscis cũ multo cõtẽptu,fiducia'que aduenıẽtibus, vbi ꝑter opinionẽ apparuit cõsistẽs ordine vis oĩs hostiũ timor incidit ad ĩopinatũ aspectũ, nec cõmunis cautionis oĩm cura vlla, sed salutis cuique ꝓprie prouidẽtia. cõuersique igit̃ vt cuique pernicitas pedũ affuit effugere, alij per vias alias, & hoꝝ q̃dẽ seruati sunt in vrbẽ plures, caterua aũt parua quẹdã quẹ maxĩe instructa erat ĩ verticẽ mõtis excurrẽs,ponẽs'q; arma ibi sequẽti nocte ꝑmãsit. Diebus vero cõsequẽtib⁹ collocãte prẹsidiũ colli cõsule,claudẽtẽque armis oẽs exitus, coacta fame se traditis armis dedidit. Cõsul aũt p̃dã quãta potius erat,& spolia vẽdere quẹstorib⁹ iussis, pecuniã in vrbẽ misit,postque nõ multũ tẽpus motis rastris ex hostili regiõe, desinẽte iã anno, abduxit domũ exercitũ. Instãte vero tẽpore comitiorũ, visum est patritijs irritatã plebẽ vidẽtibus, pœnitentẽque dãnatiõis Cassij, vt in custodia eã haberent, nec cõmoueret̃ iteꝝ in spẽ largitiõis sortiũque distributionẽ,subducta ab aliquo ad ductãdã multitudinẽ valido cõsulatus'q; assumẽte dignationẽ. Visum igit̃ est eis facillime inhibitũ iri eorũ appetitionẽ oĩm, si cõsul fieret vir aliquis minime popularis. His'que cõsultis, iubẽt cõsulatũ petere alterũ ex accusatorib⁹ Cassij Fabiũ Cæsonẽ fratrẽ gerentis tũc cõsulatũ quinti, & aliũ ex patrijs

L. Aemilius Cẹso Fabius Coss.

Luciũ Aemiliũ virũ maxĩe optimatẽ. His igit̃ petentibus hũc magistratũ, cum prohibere nõ possent plebeij relinquentes comitia abierunt è cãpo. Erat enĩ cõtionis per ordines robur inferendis suffragijs penes illustrissimos primos'que habentes census, eratque rarũ quiddã quod medij ordines cõfirmarẽt. Ordo aũt vltimus in quo plurima pauperrima'que pars plebis suffragiũ ferebat vnius, vt ante dictũ est, suffragij potẽs erat. Accipiuntque igit̃ cõsulatum ducẽtesimo & septuagessimo anno ab vrbe cõdita, Lucius Aemilius, Mamerci filius, & Cẹso Fabius, Cẹsonis filius: imperãte Athenis Nicodemo, quibus quidã ad votũ contigit vrbana nulla perturbari seditione, externis bellis vrbem circunstãtibus. In oĩbus enĩ gentibus locis'que omnibus: siue græcis siue barbaris solent bellorum externorũ cessationes ciuilia populariaque excitare bella, hocque maxĩe his accidit, qui bellicam tollerantem'que malorum vitam, libertatis principatusque desiderio eligunt, difficulter enim ingenia discentia plus appetere arcentur, cõsuetorum operum perseuerantia, propterea'que ducum prudentissimi semper aliquas ex alienigenis exercitant inimicitias, meliora putantes esse intestinis bellis externa.

Si foris absit domi querẽdus est hostis.

Tunc'que igitur fortuna quadam euenere consulibus insurrectiones subiectorum. Volsci enim sine ciuili romanorum motu erecti tãquã plebe cum principibus pugnante, siue pudore irrati prioris cladis sine pugna accœptæ, siue ex suis viribus sanè multis de se ipsi magnifice sentientes, siue propter hæc omnia romanis inferre bellum cogitarunt. Congregantesque ex omnibus vrbibus iuuentutem, partem quandam copiarum in Hernicorum, latinorum'que vrbes miserunt. Reliqua verò parte, quæ plurima erat, & optima venturos hostes ad vrbes suas cœpturi erant. cognoscentibus autem romanis ista, visum est vt bifariam copias

diuiderent, esséq; pars vna Latinorũ Hernicorũ'que vrbibus pręsidio, altera Volscorũ populareť regionẽ. Sortiẽtibus aũt cõsulib⁹ copias, vt mos est eis, exercitũ qui socijs auxilio futurus erat, Fabius accœpit. Alterũ habens Lucius, ad antiatũ vrbẽ duxit, propius'q; mõtes fact⁹, ac vidẽs hostiũ exercitũ, tũc quidẽ castra ex aduerso in colle pòsuit. Diebus aũt sequẽtibus, exeũtibus in planiciẽ hostibus, assi duéque eũ prouocãtibus in pugnã. vbi tẽpus se habere opportunũ putauit, eduxit copias, ac priusq̃ ad manus veniret, multa vsus adhortatiõe, bellicũ cani iussit, cõsuetũ'que clamorẽ reddẽtes milites cõgrediunť, & vbi lanceas & iacula, & missilia quę'que cõsumpsere, educẽtes gladios, alteri in alteros irruũt ęquali vtrique audacia, pugnęq; desiderio vtẽtes. Erat eñ, vt ante dixi, pugnãdi mod⁹ vtrisque similis, nec prudẽtia, nec experiẽtia romanorũ in prœlijs qua vtentes vicere multa, neq; tolerãs illud & erũnosum in laborib⁹ per multa exercitũ certamina superabat. Erãt eñ apud hostes quoq; eadẽ ex quo Martiũ romanorũ ducẽ nõ obscurissimũ ductorẽ habuerũt. Sed obsistebãt vtriq; ẽ statione in qua primũ collocati erãt nõ decẽtes, deinde paulòpost retrocedebãt Volsci in acie, & cũ ordine suscipiẽtes romanos. Erat eñ solertia ista militaris, vt dissiparẽt eorũ acies, & ex superiori ipsi pugnarẽt loco. Romãi vero putãtes fugæ hoc esse initiũ, sequebanť passu, & ipsi ordine cõsequẽtes. Sed postq̃. eos spectarũt cursu tendentes ad vallũ celeri, & ipsi, & incõposita cõtendũt ꝓsecutione. Vltimique postrema curãtes manipuli, etiã mortuos, vt iã victis hostibus spoliabãt, & ad dirripiẽdã regionẽ cõuertebanť. Quę vidẽtes Volsci, hi, qui fugę speciẽ p̃buerãt vbi vallo propinquarũt cõuersi stabãt, & q relicti erãt ĩ castris, aꝑiẽtes portas multis ex partib⁹ excurrunt, fitque rurs⁹ cõuersa pugna, fugiẽtib⁹ q ꝓsequebanť, & q fugiebant ꝓsequẽtib⁹, ibique multi strenuiq; romanorũ cadũt, vt cõsentaneũ est, ꝑ decliuẽ locũ pulsi, & à multis pauci circũdati, cõsanguinea quoq; istis passi sunt quicũq; ad spoliãda cadauera, & ad p̃dã cõuersi cedẽdi ex ordine, & in acie potestate priuati erãt. nã & hi quoq; depręhẽsi ab hostib⁹, alij cęsi sunt, alij captiui ducti. Quicũq; vero ex his, & ex eis q à mõte abducti erãt seruati sunt, cũ iã aduesperasceret, ferẽte eis opẽ eq̃tatu, redierũt ĩ castra. Videbaturq; auxilio fuisse eis ne omnino ꝑderenť, iber multus ex cœlo ruẽs, & tenebrę, vt in ꝓfundis fit nebulis. Quę res hostibus segnitiẽ exhibuit, ꝓsequẽdi nõ valẽtib⁹ lõginqua despicere. Sequenti vero nocte, abducẽs cõsul exercitũ silẽtio, & ordĩe abijt, ꝓuidẽs vt lateret hostes, & ad vrbẽ lõgulã circiter crepusculũ cõsedit. Tumulũ eligẽs idoneũ ad arcẽdũ suꝑueniẽtes, ibiq; ꝑmanẽs curãs'q; lãguẽtes ex vulnerib⁹; & adiectos pudore casus inopinati cohortãs milites erigebat, & in his quidẽ erãt romã. Volsci vero vbi illuxit dies, cognouerẽq; relicta esse castra ab hostibus, ꝓcedẽtes spoliãtes'q; hostiũ mortuos, & semimortuos quib⁹ esset spes salutis occidentes sepulturę'que mãdãtes suos in vrbẽ proximã Antium descẽderunt, vbi peana canentes ex victoria, cedentes'que victimas in templis omnibus ad epulationes voluptates'que conuertebantur, ac si quidem perstitissent in ea tunc victoria néque aliquid vlterius moliti essent, pulchrum vtique finem eis susceperat certamen, non enim romani prodire amplius ex vallo ad bellum sustinuissent, sed optabile eis fuisset ex hostili agro decedere meliorem manifesta morte esse fu-

Pugna cõsulis parũ prospera.

Cõsul ad lõgulam cõsedit.

gā ingloriā existimātibus, sed plus illi appetentes etiā proprijs victoriꝫ gloriam amiserūt. Audiētes em̄ ab exploratoribus,& trāsfugis, esse paucos qui seruati ex romanis erāt,& esse illos maiori ex parte saucios, cōtēpsere eos ad modū, rapientes'q; arma in eos procurrere: est'q; magna pars inermis ex vrbe etiā secuta cum spectādi prælij gratia, tū ad prędā,& emolumēta. Vbi vero ascēderūt collē circūsteterūt'q; castra, diuellereq; conabant̃ vallū, primū quidē romanorū equites pedestri pugna dimicātes propter naturā loci, ī eos excurrerūt: post q; istos ij; qui vocātur Triarij circūdātes manipulos, sunt em̄ isti æuo maximi militantiū, quibus castra relinquūt tuēda, cū in pugnā exeūt, & ad quos vltimos etiā iuuenes si magna fiat eorū strages carētes alio auxilio cōfugiūt. Volsci aūt à principio excœpere romanorū inuasionē, perstiterūt'q; pugnātes diu animose, deinde ꝑpter naturā loci, deteriores facti subcūbebant, ac postremo pauca ipsi inferētes hostibus, multa accipiētes detrimēta, redierūt in planitiē: ibiq; castris positis, sequenti die instruxerūt aciē, ꝓuocārūt'q; in pugnā romanos, q nequaq̄ prodiere. Quod cū audissent Volsci, despiciētes eos cōuocarūt ex vrbibus copias, parabātq; se tāquā disiecturi multa manu romanorū munitiōes, facileq; magnū cōsumassent opus consulē,& romanas vires aut vi, aut per fœdera in potestate habentes (non em̄ locus ille cibarijs amplius abūdabat) nisi prius aduenisset romanis auxilium, per quod quidē prohibiti sunt Volsci finē bello pulcherrimū iponere. Nā cōsul alter Cęso Fabius cognoscēs qua in fortuna essent opposite volscis copię, volebat quidē ipse quācelerrime omni cum exercitu superuenire obsidentibus munitiones, verū vbi sacrificanti augurantique ei non euenere auspicia egregia sed aduersabatur egressui eius numen, subsistit quidem ipse, sed cohortes aliquot eligens, optimas collegę misit. Hæ'que occultas vias noctúque maxime iter facientes, ingressæ sunt clàm hostibus vallum siq; Aemilius fidentior factus est præsentia sociorum. Hostes vero multitudine quę iam cōuenerat eo loco fręti,& elati, quia in pugnam nō egrediebātur romani densantes manipulos, montem ascēderūt, ac romani sinentes eos per otium ascendere, sinentesque multum circa vallum laborare. Vbi signa pugna clara sunt, deijcientes multis in locis vallum hostibus superueniūnt,& alij quidem manum conferentes, gladijs rem gerebāt, alij verò ex propugnaculis lapides, & iacula in ascendētes lāceasque demittebāt, neq; missile vllum incassum prorsus ferebatur compressis arctiori loco multis, deturbantur'q; tandē ex colle amissis pluribus suorum Volsci, & in fugam iidē versi, vix in castris suis seruantur, tūc'q; romani, vt, qui iā in tuto essent, descēdētes in eorū agrū cibaria, & cętera quorūcūq; penuria erat in castris accœperūt, vbi vero tēpus venit comitiorū, Aemilius in exercitū permāsit, pudori sibi ducēs per calamitates indecētes vrbē ingredi, amissa parte exercitus optima. Collega vero eius reliquēs prospere exercitui ꝓfuturos in vrbē redijt, cōuocās'que ad comitia multitudiem, non ex eis consularibus quibus populus volebat dari consulatū, proposuit suffragij lationem, quandoquidē nec volētes ad imperiū ipse petierāt, de petentibus autem conuocans ordines, dedit eis suffragia. Erant enim illi quos senatus elegerat, & quibus mandari eū magistratū iusserat, plebi haud valde grati. Designatiq; sunt in sequentē annū cōsules, frater iunior proponētis comitia cōsulis, Marcus Fabius Cæsoni filius, & Lucius Valerius Marci filius, is qui Cassiū ter consulem

Volsci superiores.

Auxiliū romanis allatum.

Cæso Fabius.

Ro. prospere rē gerunt.

M. Fabius L. Valerius consules.

cõsulē accusans tyrãnidis affectatę ꝑdidit. Hi q magistratū ineūtes, volebãt loco mortuorū in bello aduers⁹ Antiates cõscribi alios, vt qđ deficiebat ĩ cohortib⁹ suppleret. Factoq; senatuscõsulto, prescripserūt diē, qua adesse oportebat, q ętatis militaris erãt, postq̃ q dē rē, tumult⁹ fuit per vrbē mult⁹, & sermões seditiosi pauperrimorū hoĩm nolētiū senatuscõsultis, neq; cõsulū potestati obtēperare, q agri sortiēdi pactiões eis nõ seruauerãt. Coueniētesq; ad tribunos plurimi, proditionē eis exprobrabãt, & exclamabãt implorãtes ab eis auxiliū, ac cæteris quidē videbat, Haud esse tēpus congruū astãte eis externo bello reuocãdi, suscitãdiq; ciuiles inimicitias. Vnus aūt ex his Caius Malius plebeios se nõ proditurū dixit, neq; esse permissurū cõsulibus, vt exercitū cõscriberēt, nisi prius designarēt agri publici terminatores, de'q; agri sortione decretū scribēs ipsi, in populū efferrent. contradicētibus vero ad hęc cõsulibus, & excusantibus nihil eorū permittere id, quod erat in manibus bellū, se mētē ait eis nõ adhibiturū; sed totis viribus descriptionē inhibiturū, ac sic faciebat. Sed nõ tñ vsq; in finē valuit, etem̃ ꝓgredientes extra vrbē cõsules, in adiacēte vrbi cãpo curules sellas posuere, ibiq; descriptionē faciebãt, & q legibus nõ optēperarēt quãdo quod abducere eos non poterant, mulctabant pecunijs. Quibuscū'que possessiones adessent, excidētes eas caulasque euertētes, & quorūcun'q; vita esset agricolaris, in alienis possessionibus horum iuga bouū pręparata ad culturã, & pecudes, & iumenta sarcinaria, & instrumēta cuiuscū'q; generis, siue ad colēdos agros, siue ad percipiēdos fructus abducētes, & ferentes, nec qui descriptionem inhibeat. Tribunus esse amplius auxilio eis poterat, nullius em̃ extra vrbē tribunicia potestas est eorū in męnibus vrbis circūscripta, nec extra vrbē fas eis cõmorari, nisi ad vnū tēpus cū sacrificiū ioui perficiūt cõmuniter magistratus vrbis oēs ꝓ latinorū gēte in albanū mõtē ascēdentes. Hęc vsq; ad nos cõsuetudo ꝑmanet, ꝙ nulli⁹ extra vrbē rei domini sunt Tribuni, qn & ciuile bellū, ꝙ ętate mea maximū superiorū oĩm, mouēs cã super multas alias, maior'q; visa esse, & sufficiēs ad distinguendã vrbē hęc fuit, qđ tribunorū qdã se vi ex vrbe pulsos esse cõq̃rentes, ab obtinētes quo se couerterent cõfugere isq; vsus hac excusatione tanq̃ plebis magistratui q oĩa ducit, potestate adēpta p̃ter maiorū iusiurãdū, ipse pie iure'q; opē ferens, vrbem cū armis inijt, & eos viros in magistratū restituit, sicq; plebei nihil tunc tribunicia fruentes potestate, ferociam submiserunt, & euntes ad præsidentes, collectioni exercitus dedere nomina iusiurandumque præstiterunt, & sub signis sunt descripti. Vbi vero supplemētū cohortibus affuit sortitis cõsulibus exercitum ducatus. Fabius missiles socijs auxilio copias accœpit. Valerius eas aduersus Volscos militabant, nuper scriptas etiam adducens. cognoscentibus autem hæc hostibus, quę visum est, aut domo vires alias accerscerēt, & castra in locis munitioribus ponerent, neque aliquam temerariã periclitationem, vt anteà ex cõtemptu hostiū subierent, suntq; facta hęc celeriter, ac cū esset eadē de bello ducibus ambob⁹ sententia, vt sua vterq; munimenta tueret, si quis superueniret hostilia aūt tanq̃ vi capienda mĩe aggrederet, excurrisset sic cõctãdo, nõ paruū tp̃s extractū, metu aggrediēdi aliena, nõ illi tamen in cõstitutis permanere potuerūt. quãdo em̃ frumentãdi aut alicuius opportunæ rei causa oporteret, partem aliquam exercitus emittere

cōgress⁹ inter eos fiebāt, accipiebāturq; plagę, semper'q; vīcere apud eosdē erat, sępius em̄ implicitorū inter se moriebanť, nō pauci plures'q; vulnerabanť ac Romanis quidē, id quod absumebať nullę superueniētes alicundę copię supplebant. Volscorū vero exercitus, alijs super alios aduenientibus magnū assumebat incremētū. Qua ex re elati duces illi, eduxere copias ex castris in pugnā. exeūtibus'q; romāis etiā, & ex aduerso īstructis, cito p̄liū cōmittiť equitibus'q;, & inermib⁹, & peditib⁹ pari vtētib⁹ prōptitudine, & peritia, & vnoquo'q; solū vīcere sibi pro ponēte, vbi vero ex eis mortui vtrin'q; multi in eo in quo collocati erāt cadētes loco iacuere, pluresq; mortuis semineces, & q adhuc in certamine, & in aspis per stabāt pauci extitere, nec isti etiā ad agēda bellica opera satis validi grauātib⁹ eis sinistras man⁹ clipeis ob multitudinē infixorū telorū ne valētibus sustinere īcursus, obtusis quoq; pugionū acieb⁹ aliqbusq; eorū etiā cōfractis totis vt non esset eis ampli⁹ quo vtereť lassitudine, aut q̄ pugnātibus ipsis p̱ totā diē plurima erat neruos dissoluēte saucios'q; debilitāte, sudore quoq;, & siti & anhelitu, qualia suffocāte aī tēpore accidere diu pugnātibus solēt vtros'q; torquente, nullū sumpsit mētione dignā finē ea pugna, sed vtriq; cupide reuocātib⁹ ambob⁹ ducib⁹, reuersi sunt ī castra, neuterq; post hoc in pugnā ampli⁹ exiuere, sed ex aduerso cōsidētes, obseruabāt vtriq; egressus q necessariorū cā fierēt. Visum est tn̄, erat'q; sermo romę mult⁹, ꝙ tūc vincere valēs roman⁹ miles spōte nihil illustre fecit, odio cōsulis, iraq; aduersus patritios, ob deceptā agri sortionē, ipsi vero milites, vt non ad ductādū idoneū cōsulē incusabāt, dāte lr̄as ad necessarios suos qq;, & quę quidē in exercitu fiebāt erāt talia, in vrbe vero multa signa apparebāt irę minimū demōstratiua per voces, visaq; insueta quę in hoc oīa cōtēderūt, ꝙ & vates & sacrorū enarratores cōferētes ī vnū peritias declararūt, deorū quosdā q legitimos honores ferūt iratos esse, nequaq̄ pure neq; sancte perfectus sibi sacrificijs, ac facta post hoc multa ab oībus inquisitione post tēpus aliqď iudiciū pōtificibus deferť, qď vna virginū sacrū ignē custodiētiū propinia noīe, virginitate amissa sacra polluebat. Quā rē illi cruciatibus alijs'q; indicijs verā cognoscētes, illā quidē dēptis vittis è vertice p̱ forū mittētes intra muros viuā defoderūt, ac duos illius corruptionis coargutos verberatos in aperto statim occiderūt. Postq; hoc eis sacrificia, & diuinationes tāq; deorū ira liberatis pulchre apparuere. Vbi verò tp̄s comitiorū venit aduenientibus etiā cōsulibus multū studij apparatus'q; adhibitū est à plebe aduersus patritios de suscepturis principatū viris, illi em̄ ex iunioribus volebāt viros prōptos, & alacres mīeq; populares ad cōsulatū p̱ducere, ac petebat id imperiū visus ab eis filius Appij Claudij inimicissimi, plebeis visi arrogans vir, & ferox sodalitatibus'que, & cliētibus vnus maxime oīm ęqualiū suorū valēs, plebs aūt ex senioribus, & qui experiētiā clemētię suę dedissent, & qui essent prospecturi vtilitati reipublicę nominans fieri cōsules volebat, magistratusque desidebāt, dissoluebāt'que vicissim quotidie alij aliorū potestates, quādo em̄ cōuocabāt cōsules multitudinē, tāq̄ designaturi petētes eū magistratū cōsules, tūc tribuni prohibēdi domini comitia dissoluebāt, quādo vero illi rursus cōuocareť, plebē vt comitia peractura, nō permittebāt cōsules potestatē habētes cōuocādi multitudinē, calculosque tradēdi, accusationes'q; fiebāt inter se cōcertationes'q; assiduę,

assiduę per sodalitates cõspirantiũ, ita vt verbera inferẽt quãdoque alij alijs prę iracũdia neque procul abesset per arma etiã seditio. Quę cognoscens senatus diu cõsiderauit quęadmodũ rebus vteretur, vim afferre ipsa nõ valẽs, neque cedere volẽs plebi, erat aũt sentẽtia arrogãtior dictatorẽ vt crearẽt comitiorũ causa, quẽ quid putarẽt optimũ, hũc'que potestatẽ accipientẽ seditiosos vrbe eijcere oportere, & si quid erat peccatũ in prioribus magistratibus corrigere, & quẽ vellet ad ministrationis modũ cõstituentẽ ipsum præclaris viris magistratus tradere, clementior autẽ erat sententia vt interreges eligerẽt æuo maximos, & honoratissimos viros quibus cura esset prouidẽdi, vt qui magistratus pertinẽt, optime perficerent̃, eodẽ modo quo deficiẽtibus regibus fiebat, huicq; sentẽtiæ pluribus accedẽtibus creat̃ ab eis iterrex Aulus sẽpronius, attratinus, alijque dissoluti sunt magistratus, hicque procurãs vt haberet ciuitatẽ quotidie sine seditione, alterum vt mos erat eis. Interregẽ creat spuriũ largiũ, qui conuocãs ordinatim cõtionẽ, tradẽs'que secundũ cẽsus calculos, de amborũ cõsensu cõsules creat Caiũ Iuliũ cognomine Iuliũ ex populi beniuolis, & quintũ Fabiũ Cęsonis filiũ iterum ex optimatũ studiosis, ac plebs nihil ab eo passa, prioris causa consulatus, potiri eũ iterũ permisisset ea potestate, Appiũ perosa, & quia ille inhonorari videbat̃ gaudẽs ad modũ, ac primoribus anitẽtibus virũ prõptũ, & alacrẽ nihilq; molle plebi cõcessurum ad magistratũ educere, ex sententia visum est venisse, quidẽ ad seditionẽ attinebat in istorũ consulũ magistratu, equi eñ in regionẽ latinorũ irrũpẽtes mãcipia multa pecora'q; abegerant, inuasione latronũ vsi, & ex Etruscis Veientibus romã agri magnã partẽ excursionibus vexauerant. Senatu verò cũ equis bellũ in aliud differẽte tẽpus à Veientibus aũt poscere rationem decernente equi quãdo prima eis ex sententia euenerãt, nemo'q; aliqua prohibitus apparebat, fiducia elati incõsulta, nõ amplius latronũ more bellum gerere cogitarũt, sed manu valida decurrẽtes ad vrbẽ arctonã, vi eam capiunt, dirripientes'q; regionẽ, & vrbẽ multas'q; opes abducẽs abierũt. Veientes aũt respondẽtes, aduenientibus romanis quod nõ ex sua, sed ex alijs Etruscorũ vrbibus fuissent prędones illi, legatos ita dimiserũt nihil, ipsi iustorũ faciẽtes, inciderumtq; tamẽ legati in veientes prædã ex regione abducentes. Quę cognoscẽs à legatis senatus bellum gerere cũ Veiẽtibus decreuit, & exercitũ ducere vtrũ'que cõsulẽ, fuit tamen de decreto anceps sermo, & erant multi non sinentes inferri bellum cõmemorãtes plebeis agri sortionem, quę cum cum decreta esset à senatu, iam quintũ annum ipsi publice credentes fidei decœpti erant, & cõmune putãtes bellum si cõmuni vtens sententia omnis Etruri agẽtis eiusdẽ, vrbi opem ferret, sed non pręualuere tamen sermones hi militũ, sed confirmauit senatus decretũ etiam populus spurij Largij sententia adhortationeque vsus. post'que hęc cõsules copias eduxere, castra ponẽtes seorsum haud procul veijs, & cõplures dies illic cõmorati, postquã nõ exhibebãt hostes, populata regione eorũ quantum potuere abduxerũt inde exercitum, nec est aliud dignum mentione in eorum consulatu gestum.

OCTAVI LIBRI FINIS.





NO VERO POST HOS CONSVLES DISCORdia inter plebem senatum'que orta est de creãdis cõsulibus. nam hi quidem volebant ambos ex optimatibus ad magistratũ producere, plebs vero ex eis qui sibi grati essent, cõtendentes'que inter se senatus, & plebs, postremo alteri alteris persuasere, consules ex vtra'que parte eligi designatique sunt. Cęso Fabius iterũ à senatu, is, qui Cassio de tyrãnide diẽ dixerat, & spu. Furius à plebeijs, quinta, & septuagesima olympiade, principe athenis Calliade, quo tẽpore exercitum in gręciã Xerxes duxit. Inito autem ab his nuper consulatu, aduenere à latinis legati rogantes mitti sibi cum exercitu alterũ è cõsulibus, qui nõ vlterius progredi sineret equorum despectionẽ, & mota omnis etruria nũtiabatur, neque diu dilatura bellũ. conuenerat eñ in cõmune concilium ea gens, ac rogãtibus multũ Veiẽtibus, vt, & ipsi bellum secum aduersus romanos susciperent, hũc postremo finem introduxerẽt, vt liceret ex Etruscis quicun'que vellẽt belli fieri participes: aderat'que digna iam prĕlio Veientibus manus addita. Ista autẽ cognoscentibus romanorum primoribus visum est, vt conscriberentur exercitus, & exiret vterque consul. Vnus bellum cum equis gesturus, & latinis futurus vltor alter vires in etruriam ducturus. Repugnauit autẽ ad hęc tribunorum vnus spurius Licinius, & congregans quotidie in contionem plebem, sortitionis agri promissa à senatu repetebat, neque se permissurum dicebat perfici aliquid, aut ex eis, quę aduersus hostes, aut ex eis, qui agẽda in vrbe à senatu decreta essent, nisi decem viros crearent, terminatores regionis publicę: & plebi agrum vt polliciti erant diuiderent. Dubitanti autem senatui, & incerto quidnam ageret, Appius Claudius subijcit spectandum esse, quẽadmodum tribunos alios ab hoc segregarent, docẽs eum qui prohibebat, erat'que senatus cõsultis impedimẽto, sacrũ esse potestatẽque ex lege habẽtem aduersandi, & quibuscũ'que impedimẽto esset ea prohibendi, cõsulebatque rursus vt suscępturi magistratum, cõsules hoc agerent, specularentur'que quemadmodum haberẽt, semper tribunorum aliquos familiares sibi amicos, vnã dicens esse potestatis magistratus illius dissolutionẽ, si inter se ipsi desiderent. Hanc sententiam introducẽte Appio, viso'que eo recte admonere cõsules, & aliorum valentissimi, per multã potentiam effecere, vt ex tribunis quatuor senatui familiares fierent, hique primum conati sunt verbis dissuadere Licinio, vt ab instituto desisteret, donec finẽ bella acciperent, sed cum ille aduersaret, & adiuuaret, verbũ'que etiam contumacius ausus esset populo præsente dicere, male se Etruscos, hostes'que cæteros dominos videre vrbisque occupãtesque regionem publicam dimittere, visi sibi illi occasionẽ habere pulchram, vt cõtraria aduersus tantam arrogantiam dicerẽt, & agerẽt, ne populo quid læte sermonem illum suscipiente inhibere se ei dixere, & aperte peregerunt quicũ'que senatui cõsulibus'que viderent, solus'que relictus Licinius nullius amplius erat dominus,

est'que

est'que post hoc cōscriptus exercitus, & sunt omnia quorūcū'q; indigebat bellū sumministrata, alia ex publicis opibus, alia ex priuatis oñi cum promptitudine properé que sortientes exercitus cōsules exiere, spurius Furius ad equorū vrbes, & Cęso Fabius ad Etruscos, ac spurio, quidem ad notum omnia euenere non ausis hostibus manum cōserere, multasq́ue illi licuit per eam militiā pecunias mancipia'que capere, peragrauit.n. ducens ferens'q; propè in omnem regionē hostilem prædā'que militibus largit⁹ est, ac visus ipse quo'que anteà popularis esse, adhuc magis per hunc ducatum coluit multitudinē, & vbi tempus elapsum est subdialis militię ducēs integras nihilque passas copias dites eas in patria cōstituit. Cæso autem alter consulū nihilo deterius ductās, laude operū priuatus est nō vllo illo ille peccato proprio, sed quia populum beniuolū nō habuit, ex quo Cassium in iudicium vocās, morti eū tradiderat, nō enim oñia quęcū'que opus est celeriter perficere imperanti duci milites, nec quęcū'que prōpta, & decēti vso vita exhibere, nec quęcun'que clàm hostibus loca in præcommodum bene posita furari, nec ad aliud quicq̄ agendum parati erant, vnde aliquē honorem ex ijs, quę dux ipse agebat, & bonā gloriā laturus esset, ac cętera quidem quę illi contumeliosi in ducem agebant minus ei molesta erāt, nec iactura vrbi magna, sed, ꝙ postremo egere periculum nō paruū intulit, & pudorem vtris'que magnum, instructa.n. acie inter colles, in quibus castra posuerāt, totis vtrinq; viribus, multa isti pulchra'que edētes opera, cogentesque hostes fugā incipere, nec secuti sunt abeuntes adhortante duce, neque castra expectātes illi obsidere voluerūt, sed sinentes imperfectū pulchrum opus redierunt in castra. aggresso aūt imperatore quędā pronuntiare, exclamātes alte multi vituperabāt ducem, exprobrabant'que ei quod multos eorū strenuos'que per imperitiā ductandi perdidisset, alijsque multis vtentes maledictis multa'que indignatiōe vt castra solueret, & se in vrbem duceret postulabant tanquam non sufficientes futuros aduenientibus hostibus ad sustinendū secundā pugnā, neque duce cōtraria docente, persuadebat eis, neque eo cōplorante, ac supplicante ad preces alio affectu monebant̃, neque minas, & ingentes cōminatiōes quando eis etiā vtebat̃ cauebant, sed ad omnia exasperati perstabant, tanta autē inobedientia, & cōtemptus ducis omnibus eis affuit, vt de media nocte surgētes, tabernacula dissoluerent, & arma caperent, ferentque saucios iubēte nemine quæ dux intelligens coactus est exitum oñibus denuntiare cōtumaciā eorū veritus, & confidentiam. Hique tanquā ex fuga seruati, multa cum celeritate aduenerūt summo mane ad vrbem, qui vero super muris erāt ignorantes hoc amicum esse agmē induebāt arma, & se inuicem cohortabant̃. Vrbs'que reliqua, vt in magna calamitate, turbatiōe repleta est, & tumultu, neque prius eis apparuerūt portas custodes quā dies clara illucesceret; cognoscerent'que domesticū exercitum, ita vt super dedecus deserendi castra, periculum etiā non paruum subierunt, abeuntes noctu incōpositi per hostilem regionem, nam si scientes hoc hostes, eos abeūtes insecuti essent, nihil erat quod prohiberet omnē perdi exercitum. huius autem inconsulti discessus, siue fugæ, plebis odium erga ducē causa, vt dixi, fuit, & inuidia honoris eius, ne triumphi ductiōe ornatus, clarissimus vir fieret. Die autem postero cognoscētes Etrusci profectionem romanorū, mortuos eorū spoliarunt

Contumax exercitus erga ducē.

Etrusci victores.

sauciosque tollentes abduxerunt, & relictos in castris apparat⁹, qui multi aderāt, vt in diuturnum bellum parati, asportarunt, & vt victores regiōem hostium sibi proximam populantes abduxerunt exercitum. Post hos vero creati consules Gneus mamilius, & Marcus Fabius iterū decernēte senatu vt exercitū Veios ducerēt quā possent maximū diē proposuerūt, qua erāt descriptionē facturi exercit⁹. Impediēte aūt eis descriptionē, Vno tribunorū Tiberio pōtificio sortiōisque agri decretum reuocante, colētes ipsi collegarū eius quosdā, vt priores cōsules fecerāt, distinxere eū magistratū, postq; hoc cū potestate magna peregerūt q̄ senatu visa erant, ac diebus post descriptionē paucis exiuerūt aduersus hostes, binas q̄dē vterq; ducēs romanorū legiōes, nec minorē ista manū à colonijs, & à socijs missam. Aduenit em̄ eis à Latinorū Hernicorūq; gēte duplū auxilij, quod postulaturū erat, sed nō eo tamē vsi sunt oī, sed magnā gratiā se habere dicentes promptitudinem eorum, dimiserunt missarū virum dimidium, statuerūt'que ante vrbem tertium ex duabus legiōibus exercitum regionem custoditurum, si qua vis alias hostium ex improuiso appareret. Qui vero supra militarē delectū essent, vis'que eis adhuc esset ferendi arma, reliquerunt in vrbe arces mœnia'que custodituros. Ducētes'que propè veios copias, castra in collibus duobus posuerūt, haud distantia inter se multum, erāt em̄ vires etiam hostium castra ante vrbem habentium multę'que, & bonę: cōuenerant em̄ ex etruria oīni potentissimi pauperrimos suos ducētes, factusque est nō paruo maior romano exercitu Etruscus. Vidētibus igiť cōsulib⁹ multitudinem hostium, & armorum claritatem, timor multus incidit, ne non sufficerent cū diffidentibus suis viribus ex aduerso instructi ad cōcordes vires hostium superandas, visum 'que est eis, vt muniētes castra, bellum extraherent, expectantes si qua daret sibi præcōmoda hostium ferocitas in consulto contemptu elata, leuia'que de hinc certamina fiebant multa, & inermium congressiones paruę, magnum vero aut clarum facinus fiebat nullū. Etrusci autem belli morā ferētes ęgre, romanis metum exprobrabāt, & cum in aciē non prodirent tanq̄ sibi cōcedentibus illis campestria, magnifice se extollebant, & adhuc magis elati in despicientiā hostilis exercitus, contemptū 'que cōsulum putantes minime se habere belli socium, nam in alterius consulum Gnei Mamilij prętorium, fulmen cadens, tabernaculum eius dissipauerat. Focum aram'que peruerterat, & armorum bellicorū alia viciauerat, alia penitus deleuerat, & ex equis eius generosissimum, quo in prœlijs vtebatur, famulorū'que aliquot occiderat. dicentibus autem vatibus præsignari à dijs valli captionem, & clarissimorū virorum perditionem, excitans Mamilius de media nocte milites, abduxerat ad castra altera, & cū collega cōsidebat. Sciētes igitur discessum ducis Etrusci, & quas ob causas id factū esset, ex captiuis nōnullis audientes, elati erāt sensibus adhuc magis tanq̄ pugnante cū romanis minime, & in spe erant multa vincendi eos, vates'que visi subtilius alicunde perscrutari sublimia, & vnde fiunt ictus fulminum, & qui ea suscipiunt post plagas abeuntia, loci deorum quibus vna quę'que redduntur, & quę bona mala ve inducuntur, eundum esse obuiam hostibus admonebat, diuidentes quod factum erat romanis signum hoc modo: quando enim in tabernaculum consulis sagitta decedit in quo erat prætorium, ac tabernaculum, ipsum totum

Gneus Mamilius. Marc⁹ Fabius cōss.

Mamilij tabernaculū fulmine dissipatū.

Diuinationes.

totum vs'que ad aram deleuit, præſignat numen exercitui valli per vim capti defectionem, & illuſtriſſimorum exitium. Si igiť dicebãt illi manſiſſent in eo in quem decidit ſagitta loco, hi qui locum obtinebant, nec trãſtuliſſent in alteros ſignificata vnius valli captione, vnius'que exercitus exitio, is qui oderat eos genius vtique expleſſet iram. poſtquã autem quęrentes vt dijs ſapientiores eſſent in vallum alterum habitationem tranſtulere, relinquentes locum deſertum, tanq̃ nõ hominibus calamitates premõſtrante deo, ſed locis cõmunis oĩbus eis ad ueniet à deo ira, abeuntibuſq́ue & ſuſcipiẽtibus, & quia alterum vallum ſuum vi capi, id diuina ſanciente neceſſitate, non tolerarunt quod oportuit, ſed illi ipſi inimicis tradiderunt, vallum illud quod relictum ſuſcepit pro relicto capieť vi victum. Hæc à vatibus audientes etruſci, parte quadam copiarum relicta caſtra à romanis occupant tanquam munimẽtum quodã caſtris alteris oppoſitum. Erat autem aſper admodum natura locus, eis etiam qui romani caſtra ibant, ad arcendum pulchre poſitus. procurantes igitur etiam cætera ex quibus ſuperiores hoſti bus futuri eſſent, copias in planitiem eduxerunt. Cęterum quieſcentibus'que romanis ad equitãtes ad eos audaciſſimi etruſcorum, propius'que caſtra ſtãtes fœminas eos omnes appellabant, duces'que eorum timidiſſimis animalium ſimiles eſſe dicentes vituperabant, & vt duorum alterum facerent, poſtulabant vt vel ſi bi virtutem bellicam vendicarent deſcendentes in planiciem vna'que pugna de ſumma rerum decernerent, vel ſi ignaui eſſe faterentur tradentes arma meliori bus, pœnaſq́ue dantes eorum quę egiſſent, nulla amplius magnarum rerum ſe di gnos ducerent, quotidiéque hoc faciebant, & vbi nihil perficiebant muro eos tan que cogendos famę circumualare ſtatuerunt: neglexeruntque diu cõſules quę ſie bant, nõ ob ignauiam molitiem ve aliquam. erant enim animoſi bellicoſique vter qúe, ſed militum maliuolum illud ſegnéque permanẽs in plebeis, ex quo de ſortione agri diffidentes fuerant ſuſpectum illi habebant. erant eñ adhuc eis in veſti bulo ipſo, & ante oculos, ea quę ſuperiore anno fecerant, honori cõſulis aduerſantes, turpia & indigna ciuitate, cedentes victis ipſi victoria, fugæ'que improperiũ falſum tolerantes, ne vir ille triumphum duceret. Volentes igitur ſeditionẽ exer citu omnino tollere, & in priorem cõcordiam multitudinem omnem ſiſtere, & in hoc omne impendentes cõſilium & prouidentiam, poſtq̃ neque punitione par tis alicuius eorum, licebat cæteros cõtinentiores reddere, multa'que inerat arrogantia, & habebant arma in manibus, neque poterant oratione ſuadendo adduce re eos, qui ſibi perſuadere nolebant, duas has putarunt reconciliationis diffidentium futuras, cauſas mitioris quidem ingenij hominibus. Erat eñ quiddam etiã in multis tale ex improperijs hoſtium pudorem ſegnioribus vero, ad honeſtum, eam quàm oĩs timet natura hominum neceſſitatem, & vt fierent hęc vtraque permiſerunt hoſtibus, vt, & conuicijs, & pudore vituperarent ſuam vt ignauorũ quietem, & operibus deſpicientiæ & contemptus multis factis cogerent ſponte eſſe ſtrenuos viros, etiam qui nolent. His eñ factis, magnam ſpem habebãt venturos eos ad prętorium indignãtes & exclamantes, ac iubentes ſe in hoſtes duci, quod & ipſum ſanè euenit, nam vt cœperunt caſtrorum exitus, etruſci foſſa val loque claudere ægerrime ferentes opus id romani pauci primum, deinde multi

conglobati concurrentes,ad tabernacula consulum exclamabant,proditionisq́ue eos insimulabant, ac nisi eis dux egressus esset aliquis, sine illis ipsi cum armis, se in hostes exituros dicebant. Vbi vero hoc ab omnibus factum est,adesse sibi rati duces,tempus quod expectabant,iubent ministros multitudinem ad concionem euocare. Astans'q; Fabius huiusmodi orationē habuit. Sera quidē fit indignatio vestra commilitones & duces ex ijs quæ ad vestram contumeliam dicuntur,& agunt ab hostibus,ac vestrum vniuscuiuscun'que velle obuiam ire hostibus multo tardius quā oportuit apparens,intempestiuū nunc est. Prius enim vos istud dicebat agere, quando eos vidistis primum ex munimētis descendentes, volentesq́ue prælium incipere. Erat enim tunc certamen de principatu profecto pulchrū, romanorum'que dignum animo,quod nunc fit necessarium,nec euētus etiā optimus æque pulchrū capit finem, bene tamen & nunc facitis, volentes tarditatem corrigere & relicta recuperare, & habēda vobis est gratia vestri impetus ad præclara. Si quidem fit ex virtute,melius eñ est, vt tarde incipias opportuna agere, quā nūquam. Sique parem habetis omnes de vtilibus cogitationem,eadem'que omnes promptitudo impetus ad certamen cœpit. Sed timemus ne offensæ, cōtentionesq́ue plebeiorum de sortione agri cū optimatibus magni fiant causa reipublicę detrimenti, subijtque nos suspicio, ne clamor iste de exitu & indignatio, non eodem fiat consilio ab omnibus, sed alios quidem hostium vlciscendorum causa cupere è vallo egredi,alios effugiendi gratia,ea vero ex quibus hæc nos suspicari contingat,nō sunt vates aut cōiecturæ,sed opera manifesta,nec ea vetera, sed proximo anno gesta, vt omnes scitis, cum aduersus hos ipsos hostes, egresso magno strenuo'que exercitu,ac pręclarum nobis finem primo accipiente prælio cum posset is qui tunc ductabat consul Cęso. frater meus castra etiam hostium capere: victoriam'q; patrię adducere clarissimā: inuidētes quidam ei hāc gloriā quoniam popularis non esset. neq; pauperibus gratia administrans: prima nocte post victoriam euulsis tabernaculis,nullius pręcepto refugerunt è castris,ne periculum quidem cogitantes se suscępturum, incompositos & sine duce abeuntes ex hostili regione & quidem noctu, nec futuri pudoris prorsus rationem habentes vllam quod cessissent,quantā in ipsis fuit hostibus principatu,& victores ipsi victis. Hos igitur horrentes nos viros, ò ductores ordinum & centuriones & milites, nec ad imperandum idoneos, nec parere volentes, multos ipsos,& contumaces,tenentes'que arma,neque prius plurium committere volumus,neq; adhuc confidimus cum talibus socijs de maximis certamem suscipere,ne prohibitiones,& detrimenta fiant ijs, qui exhibent quę sunt in ipsis prōpta omnis. Si tamen mentem illorum deus ad meliora duxerit, & abijciant seditiosum illud, per quod in multis magnis'que lęditur respublica,defferentes hæc in pacis tempus,si quæ velint pręteritam dedecus hac nūc virtute corrigere, nihil amplius fit quod prohibeat nos in hostes ire,spem ipsos nobis proponētes optimam. habemus eñ cū spes multas causas'que alias victorię,tum vero maximas illas & firmissimas, quas nobis exhibet hostium amentia, qui multo nobis multitudine præstātes,& hoc solo valentes audatię peritiæ'que nostræ obsistere, hac se sola commoditate priuant consumantes in custodiam munimētorū maximam copiarum partem.

Fabij oratio.

Melius tarde q̄ nunquā.

deinde

deinde etiam cũ oporteret eos caute, & moderata ratiotinatione vnaquæq; agere, cogitantes cum quibus viris séque fortioribus futurũ eis sit discrimen, confidenter, & incõsiderate in certamen veniũt, tanquã aliqui ipsi inexpugnabiles, & tanquam nobis ob stuporẽ sui territis. Circumuallationes igitur & vsque ad castra nostra ad equitationes, & multa verbis rebusq; cõtumeliosa hoc possunt. Hęc igitur cogitãtes, & priorum certaminũ memores multorũ quidẽ & pulchrorũ, quibus eos vicistis, ite cũ alacritate ad hoc etiã certamẽ, & in quo quisq; vestrũ loco collocatus fuerit, hunc puto esse domum sortemque & patriam, & qui seruet iusta stantẽ sibi putet salutem quærere, & qui proximũ deseruerit, sed ipsum putet hostibus prodere, illiusque maxime memẽtote, quod permanentiũ hominũ & pugnãtiũ exiguũ est quod perditur, declinantiũ autẽ & fugientiũ perexiguũ est quod seruatur. Adhuc autẽ dicente eo, ad generositaẽ cohortãtia, & multas inter verba lachrymas effundente, & vnũquẽq; Cẽturionũ ductorũq; ordinũ & militũ quẽ illustre aliquod facinus in prælijs edidisse sciret nomine appellãte, & multa magnaq; egregie pugnãtibus se daturũ pollicẽte pro gestorũ magnitudine honores, opes aliaque adiumẽta, acclamarũt omnes, fidere eum iubẽtes, & vt in prælium se duceret postulantes, Vbi verò loqui desijt, progreditur quidã ex multitudine Marcus Flauoleius vir plebeius quidẽ totus & colonus. sed nõ abiectorũ aliquis immo verò laudatorũ ex virtute, & imbecillis rebus strenuus, atque propter hęc vtraque illustri vno legionum magistratu ornatus, quẽ lex iubet cẽtũ & sexaginta sequique & iussa exequi hos Romani lingua patria primipilos vocãt. Hic vir autẽ (erat eñ prę cæteris magnus & aspectu pulcher) stans in loco, vnde omnibus cõspicuus futurus esset, postea sic dixit. Timuistis consules ne opera nostra verbis similia non fierẽt, ego primus vobis pro me certitudinẽ promissionis ex fide maxima exhibebo, & vos ciuesque & eiusdem fortunę socij, quicũque in ęquo cogitatis opera cũ verbis cõstituere, ne vtique fallite quin idẽ mecũ faciatis. Et his dictis intendẽs ensem iurauit gentiliciũ & pręclarũ Romanis sacramentum, per bonam suam ipsius fidem, seuictis hostibus iturũ esse in vrbem, nec aliter, hoc iuratus cum esset Flauoleius, multa omnium secuta est laus. statimque consules ambo idem fecere, & qui minores habebant ducatus, Tribuni militũ & centuriones, & postremo multitudo omnis, quæ vbi facta sunt multum omnibus accessit animi, multaque inter se charitas fiduciaque rursus & ius, discedentesque è concione equites equis frænos inijciebant, alij lanceas, gladiosque acuebant, alij protegentia extergebant, breuique exercitus omnis paratus ad pugnã fuit. Consules autem precibus sacrificijsque & litationibus inuocantes deos, vt essent sibi duces exitus eduxerunt è castris in acie & in adornatu exercitum, ac Etrusci videntes eos descendentes ex munitionibus mirati sunt, & aduersum exierunt totis & ipsi viribus, & vbi in planiciem vtrique constitere, cecineréque bellicum tubicines, concurrunt cum clamore vtrique alacri alteri in alteros irruentes, equites cum equitibus, & pedites cum peditibus pugnantes, multaque ex Etruscis cædes edebatur. Qui igitur Romanorum dextrum obtinebant cornu, cuius ducatum habebat consulum alter Mamilius expulerunt oppositam sibi aciem, descendentesque ab equis pugnabant pedites. qui verò in sinistro cornu statuti erant, à dextro hostium cornu circunueniebantur. Erat enim Etruscorum phalanx ad hunc locum excellens, nec paruo maior quàm altera perrumpebatur, hinc itaque Romanorum

exercitus, multa'que accipiebat vulnera. Ductabat aũt loco ducis hoc cornu Quintus Fabius legatus,qui bis cõsul fuerat,diu'que restitit vulnera,accipiens multiplicia. deinde lancea ictus per pectus vsq; ad viscera penetrante acie exãguis cadit. Quod vt audiuit cõsul alter Marcus Fabius(erat eñ in media acie cõstitutus)suscipiẽs strenuos manipulorũ,& fratrẽ alterũ Cęsonẽ Fabiũ reuocãs, cõtendit ad eam aciem,& in multũ vs'que progrediẽs vbi dextrũ propulerunt cornu hostium, ad eos tendit qui circumueniebantur, irruens'que in hostes, qui ad manus erant interfecit, & qui lõgius,in fugam vertit,fratrem'que adhuc spirantẽ deprehendens attollit,qui quidẽ multũ superueniẽs morit. Eis vero qui illũ vlti erãt animus adhuc amplior maior'q; adest aduersus hostẽ,neq; amplius animę suę prouidi irruẽtes cũ paucis in medios eos hostes qui maxime cõsistebant cumulos explerũt mortuorũ,& ab hac igitur parte laborabat Etruscorũ acies, & qui primi hostes populerãt cedebantur à victis,qui vero lęuum obtinebant cornu aduersus Mamiliũ laborantes, fugere'que iã incipiẽtes auerterũt sibi oppositos, & eñ iaculo feriẽs quidẽ Mamiliũ per genu vsq; ad poplitẽ,direxit lanceam, ac illũ attollẽtes qui circũstabant, detulerunt in castra. Hostes verò Romanorum ducem mortuum opinati: corroborati sunt, ac ferentibus eis opem aliјs decurrebant in Romanos carente duce, sunt'que coacti Fabij relinquentes sinistrum cornu, dextro subuenire, quos cum viderent Etrusci aduenientes cum caterua valida,à persecutione vlteriori auertũtur: atque densantes cuneos pugnabant in acie,amittebant'que suorum multos,multos'que interficiebant romanorum,dum hæc fiunt Etrusci,qui vallum à Mamilio relictum occupauerant,elato à duce signo,multa cum celeritate,magna'q; cũ prõptitudine eũtes ad vallũ alterũ Romanorũ tendunt, tam'q; viribus nõ idoneis custoditũ, & erat opinio eorũ vera, nam pręter triarios & paucos quosdam robustos homines, reliqua multitudo mercantium, famulorũ'q; & operariorũ in eo erat, fit'q; multis in paruũ locũ coeuntibus (erat enim circa portas certamen)aspera difficilis'q; pugna & mortui vtrinque multi. Hoc in tempore Mamilius consul cũ equitibus, auxilio veniens, vbi equus eius cecidit,deiectus & ad standũ inualidus ob multitudinẽ vulnerũ moritur. Circaq; eũ multi strenuiq; iuuenes,post'q; hoc statim vallũ capitur,finẽ'q; habuit Etruscis diuinatio,& si præsentẽ fœlicitatẽ cõseruassent, custodissent'que vallũ,apparatũ'q; Romanorum obtinuissent, abire turpiter eos coegissent, sed ad raptũ relictorum cõuersi,requiescẽtes'q; plures pulchrã prędã è manibus emiserũt. Vt enim alteri cõsuli nũtiata est valli captio, cũ equitibus peditibus'q; optimis aduolat, quem videntes aduenietem Etrusci, corona vallum cinxerunt. Fit'q; pugna ibi acerrima. Horum quidẽ volẽtium seruare sua, illorum autẽ timẽtiũ,ne omnino capto vallo perderentur. Sic'q; interposito multo tẽpore, & multa habentibus Etruscis præcõmoda(erat enim loco superiores,& aduersus homines pugnabant tota die in acie fatigatos) Titus Sicinius legatus,& pro prętore cõmunicato cum consule cõsilio, cani iussit receptui,& vna omnes factos,vnũ tantum valli latus aggredi, qua erat locus maxime expugnabilis, omisit'que interim ante portas loca omnia probabili quandam vsus ratiocinatione,quod seruati quidem sperantes vallo illi decederent,in desperatione autem vtpote circundate vndique ab hostibus, neque vllo patente exitu, necessariam haberent audaciam. Sic'que facto ad vnum tantum locum adsultu, non amplius se ad fortitudinem conuertebant Etrusci, sed apertis portis,

Mors Q. Fabij.

Acris pugna cum Etruscis.

Mamili⁹ ictus lancea.

Mors Mamilij & vallũ. R. captum.

tis,seruati sunt ad castra sua. Consul aũt vbi malũ hoc depulit,subsidio iterũ,pugnãtibus in planitie aduenit,id quod maximũ superiorũ oĩm fuisse prælium romanis dicitur numero hominũ,tẽporis'que diuturnitate & ancipiti fortunę cõuersione ipsorum eñ ex vrbe romanorũ maximũ & electũ robur,circiter viginti milia peditũ extitere:equites'q; in legionibus quatuor instructi,similis oẽs mille & ducẽti ex colonijsq; & ex socijs altero tantũ robur, extractũ aũt est tẽpus prælij paulòante meridiẽ incepti,vs'q; ad occasum solis. fortuna'q; nũc huc, illuc,in victoriã & in cladẽ inclinãs,diu perseuerauit,mors'q; affuit cõsulis & biscõsulis,legati aliorũ'que multorũ principum,ductorũ'que ordinũ & cẽturionũ tot ipsorũ quot nunquã antea. Visi tamẽ in certamine superiores sunt romani ob nihil aliud quã quòd sequẽte nocte, relinquentes Etrusci castra abiere. Die vero postero,conuersi ad direptionem castrorum relictorũ ab Etruscis romani,suos'que mortuos sepulturæ mandãtes redierunt in castra propria,ibique habita concione,ijs qui præclare dimicassent,honores strenue gestorũ dedere. Primo quidem Cæsoni Fabio fratri cõsulis,magna'que & admirabilia demõstrãti opera. Secundo aũt Sicinio recuperandi castra modum aperiẽti, tertio'q; Marco flauoleio legionis duci cũ iuramenti ipsius tũ in grauibus fortitudinis gratia, his'que peractis manentes paucos dies in castris postquã nullus exibatus hostium pugnaturus amplius,abierũt domini. Volentibus autẽ ciuibus oĩbus tãquã maximo certamine pulcherrimũ sortito finem victorialẽ honorem triũphũ superstiti consuli apponere,respuit consul ipse eam gratiã,neque pium neque fas esse dicens super morte fratris,& collegę amissione,pompam ducereque & coronã ferre,depositis'que signis,atque dimissis militibus consulatu se abdicauit,cũ ad tempus adhuc animum deficerent, duo menses,inualidus ipse ad gerendum magistratũ ex vasto enim vulnere laborabat,lectulo'que ferebatur. eligente autem interregem senatu comitiorum causa,conuocanteq; in campũ multitudinem, secundo interrege designatur is qui ex prelio premia fortitudinis acceperat Cæso Fabius abdicantis se cõsulis,frater cõsul tertiũ & cũ eo Titus Verginius. His'q; sortiti exercit⁹ exiuerũt in cãpestria. Fabius bellũ cum equis gesturus excurrentibus latinorũ agros,& cum Veientibus Verginius equi igitur vbi vẽturũ ducẽ in se cognouerunt motis castris ex hostili regione,in suas vrbes regressi sunt,posteàque regionem suam diripi patiebantur,ita vt multas pecunias & multa capita,multam'q; prędam,consul per inuasionem cęperit. Veientes aũt intra muros manentes,à principio vbi tẽpus se habere visum est eis idoneũ inuadũt hostes,& habentes manum validã & instructã in eos irruunt,ex eis qui resistebant,alios interficiũt,alios in fugam vertũt,ac nisi Titus Sicinius tunc legatus cum agmine peditum equitum'que instructo auxilio veniens hostes repressisset, nihil erat quod prohiberet exercitum nõ amitti omnem,illo autem prohibente cõuenire properarũt,reliqui qui dispersi erant,omnes'q; simul facti collẽ quendam circiter vesperum occupant, & in eo permãsere sequenti nocte,elati vero bene gesta re Veientes propè collem arma posuere,euocarunt'que ex vrbe ceteros, tanquam clausis in loco romanis, vbi nihil habituri essent commeatum,ac cogendis, intra non multum tempus tradere eis arma,fiunt'que ab illis igitur multa conueniente turba bina castra ad expugnabilia collis latera, alia'que munimẽta breuiora ad locos cæteros idoneos,erant'que plena armis omnia. Alter vero consul Fabius, acceptis literis à collega cognoscens, quòd in vltimis erant relicti illi in colle,

Prælium anceps.

Superiores romani.

M. Fab. cõsulatu se abdicat.

Cæso Fa. T. Verginius coss.

Fabius in Equos. Vergini⁹ in Veios contẽdit.

ac nisi aliquis eis subueniret, periculum erat ne fame caperetur, transferens exercitum propere in Veientes duxit, ac si vna tantũ die tardior aduenisset, nihil vtiq; profuisset, sed perditum illic exercitũ omnem offendisset. nam penuria necessariorum pressi qui obtinebant collem exierant tanquã mortẽ electuri decentissimam: congredientes'q; cũ hostibus decertabant, deficientibus eorũ plurimi corporibus fame & siti & vigilia, alijs'q; afflictionibus, paulò post autem cõspectus Fabij exercitus aduenions, multus'que & instructus, fiduciam suis, metum'q; hostibus attulit, & Etrusci se nequaquã pares arbitrati, aduersus has strenuas & robustas copias, relictis castris desistere. Vbi vero cõuenere in vnũ vtreq; romanorũ vires, castra prope vrbẽ posuere magna, in loco tuto, multos'q; dies ibi statiua habentes, regionẽ'q; optimã Veientiũ populãtes, abduxere dehinc exercitũ. Veiẽtes autẽ ibi dimissos cognouerunt à cõsulibus exercitus, assumpta iuuentute expedita ex vrbe sua, & ea quę aderat ex intimis, irrumpunt in adiacentes regioni suæ cãpos, eos'q; diripiunt, fructũ pecudũ'q; & hominũ refertos, descenderant enim coloni ex locis tutis, stramenti pecudum cultionis'que agrorũ causa, fidentes illi exercitui suo ante se consistenti, nec præuenerant discedente eo iterũ reuertentes, haud putantes iidem afflictos adeò veientes tam celerem in aduersariũ facturos esse aggressionem. Ea igitur veientium in romanũ agrum irruptio temporis diuturnitate breuis, multitudine fuit regionis, quam peragrarũt inualde magnis, ac dolorem cũ pudore insuetum Romanis exhibuit, eavsq; ad amnem tiberim & ianiculum montẽ viginti stadijs distantẽ Roma aduenieris, prohibituræ autẽ vires progredi vlterius hostilia sub signis nõ erãt, sic'q; pręuenit abiens veiẽtiũ exercitus, anteq̃ instruerẽtur cõuenirẽt'q; Romani. Coacto vero senatu à cõsulibus & speculatione facta, quonãmodo oporteret cum Veientibus bellum gerere victrix fuit sententia vt exercitum assiduũ haberent consistentem ad confinia, qui excubans, semper'q; in armis manens custodiret regionem, offendebat autem eos in hos milites præsidiarios sumptus futurus maximus, & exhausto cõtinua militia ærario, & defessis tributorum collatione priuatorum censibus, & adhuc magis eos offendebat mittendorũ militũ descriptio, quęadmodum fieret tanquã nõ volentibus vtique aliquibus excubare pro omnibus, ac nõ ex successione, sed cõtinue ad labores substitui, mœstò itaq; ex vtrisque his senatu, conuocantes Fabij omnes generis sui participes, consultantes'que cum eis, pollicentur senatui se vltro periculum hoc pro omnibus subituros, clientes suos adducẽtes & amicos, & sumptibus proprijs quantũcunque tempus bellum duraturum esset militantes: admirantibus autẽ eos cũ delectatione omnibus, ex hac generosa prõptitudine, ac victoriã in hoc vno opere ponentibus, gloriosi ipsi & elati laudibus ad cœlũ per vrbẽ totã exierũt, capientes arma cũ precationibus & sacrificijs, ductabat'q; eos Marcus Fabius superiore anno consul, & qui vicit Etruscos prelio, quatuor nunc ferme hominũ milia idẽ adducẽs, quorũ quidẽ pars maior ex cliẽtibus & amicis erat, ex genere verò Fabiorũ viri treceti & sex, secuta'que est nõ multo post eos etiã romanorũ manus, quã ductabat Cęso Fabius alter consulũ, & cũ fuissent prope fluuiũ Cremerã, qui haud procul Veijs distat super rupe quadã abscissa & pręrupta castellum sibi munierunt idoneum ad custodiam tanti exercitus, fossam circũ excauantes duplicem, & turres plures erigentes, vocatum'que est castellum super flumen Cremera, & tanquam multis operantibus manibus consuléque adiuuãte

Quã pulchre Fa.

Vna domus vires & on9 suscceperat vrbis.

CCCvj. gentis fabiæ armati.

Cremera flumẽ.

uante, celerius opinione perfectum est opus illud, posteàque educens copias consul, irripuit in alterã veientiũ regionis partem eã, quę cõuersa est ad aliam etruriam, vbi erant veientibus pecora, nunquã illis eo venturũ exercitum romanorum expectantibus, congregansq́ue multam prędam abduxit eam ad nuper conditum castellum, gaudens eã captura dupliciter, & non diu dilatæ hostium punitionis causa, & quia pręsidio loci multam exhibiturus erat abundantiam, nihil enim in publicum intulit, neque priuatim militantibus dimisit, sed & oues & iumenta & boues & ferrum & alia quæcun'que erant ad agricolationem opportuna, castellis largitus est regionis, & his gestis abduxit domum exercitum. Veientibus igitur post cõstitutionem oppidi, valde male se res habebant nõ valẽtibus tuto amplius agros colere, nec venales res allatas extrinsecus recipere, & enim quadrifariam diuidentes exercitum Fabij, vna eius parte oppidum custodiebant, tribus'que reliquis populantes assidue regionem hostium perseuerabant, incumbẽtibus'que eis aperte sæpius veientibus, non parua manu & in loca eos vbi insidias disposuerant perducentibus, vtrobique illos superauerant, multosq́ue eorum interficientes abierant in oppidum tuti, ita vt nec eis obuiam ire hostes iam auderent, sed se mœnibus continentes vt frequentius furantes'que exitus pręstarent, & hyems quidem illa finita est. Sequenti verò anno Lucio Aemilio & Caio seruio consulatum suscipientibus, nuntiatum est Romanis conuenisse inter se Volscos & Equos, vt vna ipsi exercitus in eos ducerent, neque post multo esse illos in regionem irrupturos, & erant aera quæ nuntiabantur citius'que igitur quàm expectasset aliquis vtrique copias habentes populabantur, finitiuam sibi regionem, tanquã non suffecturus Romanis ad resistendum Etrusco bello, & ad se item superuenientes excipiendum, alijsq́ue rursus nũciabant Etruriã omnem velle aduersum eos bellum gerere, pararéque auxilia communiter veientibus mittenda, confugerant enim veientes, nequeũtes per se ipsi castellum illud euertere ad etruscos cognationem & amicitiam commemorantes, & quot cum eis suscępissent bella percurrentes. pro'que his omnibus postulãtes, vt & ipsi hoc bellũ secũ aduersus romanos susciperent, esse enim se ad frontẽ totius Etrurię expositos, & ex vrbe roma defluẽs aduersus omnes eiusdem gentis bellum differentes. persuasique Etrusci polliciti erant se missuros eis quantum postularent auxilij. hęc intelligens senatus, decreuit tres exercitus emittere, peractis'q; propere conscriptionibus, Lucius Aemilius ad Etruscos mittitur. exiuit autem cum eo etiam Cęso Fabius, is qui nuper consulatum deposuerat, exorato senatu, vt permitteret sibi esse in Cremera cum cognatis, quos frater suus eduxerat, & certaminum se quoque partem suscipere, sicque exiuit cũ eis, quos secũ habebat pro consulari ornatus potestate. Caius Seruius consul alter aduersus Volscos exercitum duxit. Seruiusq́ue Furius proconsul aduersus Equos datæ'q; sunt eis legiones ex romanis militibus binæ, & ex Latinis & Hernicis alię nõ pauciores, proconsuli itaque seruio bellũ ex sententia euenit & propere, vno enim pręlio auertit equos, & eo quidẽ sine labore obstupefactis prima inuasione hostibus, deindéq; populatus est eorũ agrũ, cum refugissent in loca tuta. Sergio autẽ consulum alter cum festinatione & arrogantia ad certamen eunti valde pręter sententiam euenit, constanter admodum ex aduerso instructis Volscis, adeò, vt multis strenuisq́ue suorum amissis, non iret amplius hostibus obuiam, sed in castris permanẽs cogitarit leuibus certaminibus, & inermium congressibus differre bellum.

L. Aemilius C. Serui⁹ Cõsules.

Lucius autem Aemilius in Etruriam missus, inueniens extra vrbem, castris positis Veientes, & cum eis ex eadem gente multas auxiliares copias, nihil tardans rem peregit, vnam enim intermittens diem, ex quo castra posuerat, eduxit copias in prælium, confidentissiméque occurrẽtibus ei Veientibus, æquo facto certamine, assumens equites admouit eos ad dextrũ cornu hostiũ, & postquã illud submouit, pergit statim ad alterũ, ex eq̃s vbi loc⁹ esset eq̃tabilis pugnãs, & pedes vbi ineq̃tabilis esset certãs, laborãtibus aũt cornibus neque media acies restitit, sed propulsa est à peditib⁹, refugiebãtque post hoc oẽs ad vallũ, sequebaturque instructa acie Aemilius, multos'que eorum perdidit, ac propius vallum factus, id aggressus est ex successione, illã'que perseuerauit diẽ & in sequentẽ noctẽ. die aũt postero lassitudine & vulneribus & vigilia deficientibus hostibus, castra in potestate habuit. Etrusci enim vt videre superãtes iam romanos munimenta, desertis castris effugere, alij in vrbẽ, alij in mõtes proximos, eam'que diẽ inuasit in castris hostiũ cõsul. sequẽti vero coronãs bene meritos in prælijs decentissimis muneribus, relicta in castris oĩa iumẽta'que & mancipia & tabernacula multis bonis referta largitus est militibus: est'que ditatus tantũ romanorũ exercitus, quãtũ nunquã ex pugna alia, lauti enim victus erat gens Etruscorũ, ac domi bellique sumptuosa secũ ducẽs vltra necessaria, diuitiarum & artis opera cuiusq́ue generis, ad voluptatẽ & ad delitias excogitata. Diebus aũt sequẽtibus defessi malis iã Veiẽtes æuo maximos ciuiũ misere verba, ferentes supplicium, & de pace cũ cõsule collocuturos, hique cõplorãtes & rogantes, & cætera in misericordiã inductiua multis cũ lachrymis percurrẽtes persuasere cõsuli vt eis permtteret legatos romam mittere collocuturos cũ senatu de dissolutione belli, donec'que illi redditent ferentes responsa ipse nihil regionẽ eorũ affligeret, & vt hæc eis liceret agere, promiserunt se cibaria exhibituros, vt victor statuit, romanorum exercitui duorũ mensiũ & pecunias ad emenda in sex mẽses obsonia, sicq; cõsul delata ista accipiẽs, diuidens'que exercitui, inducias cũ eis fecit. Senatus vero legatos audiens, accæptis etiam à cõsule literis, multum adhortãte & admonente, vt quãcelerrime deponerent cũ Etruscis bellum, ita senatusconsultũ fecit dari quidẽ vt legati petebãt pacem, quibus autem conditionibus ea fieret, Lucium Aemilium consulem constituere, queãdmodumq; ei pulchre sese habere viderentur. Hęc responsa cõsul, accipiens cum Veientibus libauit, mitiorem eis quam vtiliorem victoribus tradẽs pacẽ, neque partẽ regionis abscindẽs vllam, neque mulctans victos pecunijs, neque obsidium traditione fidei seruandę vades accipiens, hoc ei magnã attulit inuidiã, ac ne acciperet à senatu bene gestorũ gratiam, causa hæc eidẽ fuit, obsisterunt eñ triumphũ petenti illi arrogantiam fœderum accusantes, quod nõ ea de communi sententia ægisset, ne tamen ipse hãc rem iracunde, aut ad cõtumeliã acciperet, decreuere vt in volscos copias educeret auxilij collegę gratia si posset bellum id corrigẽs delere, erat enim in eo multum fortitudinis, ex prioribus erratis iras. Ille autem indignatus hac infamia, senatum plurimum apud populũ accusauit, dolentẽ ipsum illam belli cum Etruscis dissolutionem: dixit enim hoc eos facere per insidias, & in despectionẽ pauperum, ne liberati externis bellis, repeteretur promissi agri sortionẽ, multos ipsi iã annos ab eis decępti, hæc & multa his similia per impotẽtẽ irã opprobria patritiorũ cõstruẽs, militãtes secũ copias à signis dimisit, & cũ pro consule Furio commorantes in equis reuocãs remisit ad propria, ex quibus multam iterum pote-

Aemili⁹ castrorũ stiliũ potitus.

Gẽs Etruscorum lauti.

Pax Veiẽtib⁹ data.

potestatem fecit tribunis accusandi senatores in contionibus, disiungendique pauperes à locupletibus. Post hos autem consulatum accipiunt Caius Oratius, & Titus Menenius, quinta & septuagesima olympiade, qua vicit in stadio Scamander Mitylesus, imperante athenis Phedone. Istis à principio ne publica agerent impedimẽto ciuilis tumult⁹ fuit, irritata plebe, ne quicq̃ aliud rerũ publicarũ sinẽte perfici, donec publicum partirentur agrũ. Postea vero desiere quę cõmouebãt & turbabãt necessitati concedentia. vltro'q; plebs ad militiam venit. nam Etruscorũ vrbes vndecim pacis haud participes, ac cõmune custodientes concilium accusarunt Veientium gentẽ, quod aduersus romanos bellum non de cõmuni sententia dissoluissent, duorum'q; ipsos alterum volebant agere, vt aut dissoluerent cum Romanis cõuenta, aut aduersus se illi bellum vnà cũ Romanis gererent, causabantur autem Veientes pacis necessitatem, quemadmodum vero decenter eam dissoluerent speculandum in communi proposuere, deinde subijcit eis quidam: vt expostulationes facerent munitionũ ad Cremeram, & quod illinc nõ remotum esset præsidium, verbo quidem postulantes vt castellum relinquerent, re vero si non persuaderent eis, ipsi locum obsessuri, & hoc belli initium facturi. His itaque compositis è concilio demigrant, neque multo post Veientes missa Fabijs legatione, repetebant ab eis oppidum Etruria'que omnis in armis erat. Hac Romam sentientes nuntiantibus Fabijs, statuerunt vtrumque consulem ad bellum egredi, & ad id quod sibi ab Etruria inferebatur, & addurans adhuc cum Volscis, sic'que igitur duas habens legiones Oratius, & ab alijs socijs quod satis esset, exercitum in Volscos duxit. Menenius autem tantundem habens exercitus, in Etruscos iturus erat, apparante vero eo, tempus'que terente, exceptum est interim ab hostibus Cremeræ præsidium, & genus omne Fabiorum absumptum. De occupante enim viros illos calamitate duplex fert̃ sermo, vnus quidẽ minus verisimilis, alter vero veritati propior, ponã autẽ vt accepi ambos eos, dicunt nõnulli quod instante primo quodã sacrificio, quod oportebat Fabiorum genus perficere, exiuerũt hi viri, paucos adducẽtes secum clientes ad sacrificia progressi sunt, neq; vias perscrutantes, neq; sub signis secũdum ordines instructi, negligẽter & incaute incedentes, vt in pace per amicã regionem. Etrusci vero prȩsciẽtes eorũ exitũ, obsederũt viã loco oportuno, parte quadã exercitus reliquãq; instructã habentes, non multo post eos sequebãtur, atq; vbi propinquauerũt insidijs Fabij exurgẽtes ex insesso loco Etrusci eos adoriũtur. alij à frõte, alij ex transuerso, neq; multo post aliæ Etruscorũ vires à tergo eos aggrediũtur, circõuenientes'q; vndiq;, alij fundis, alij arcubus, alij pilis & lanceis in eos intẽti, multitudine telorũ omnes perdiderũt, & hic mihi quidẽ minus cõgruus videt̃ sermo, neq; enim verisimile est sacrificij gratia tot viros sub signis, ab exercitu in vrbem reuerti, sine decreto senatus voluisse, cum possent etiã sacrificationes ipse per alios participes Fabiorũ generis perfici prouectos ætate homines, nec si oẽs excessissent vrbe Fabij, nec pars vlla eorũ generis apud aras foco'q; relicta esset conueniens fuit omnes obtinentes oppidũ custodiã eius relinquere, suffecissent enim euntes tres aut quatuor, ad rem diuinã pro toto genere perficiendã. Ob has igitur causas, nequaq̃ mihi credibilis visus est hic sermo, alter autẽ quẽ puto esse veriorẽ de perditione horum virorum, déq; oppidi captione talis est. Quidã, quod exeuntibus ad excursiones sępius his viris, & ob crebros successus assidue longius procedẽtibus. Etrusci in

De exitio Fabiorum.

Opiniones Fabiorũ crede.

Sermo verax de Fabiorũ calamitate:

terim exercitũ parantes magnũ, in locis proximis clã hostibus cõsedere, deindéq; propellẽtes pastum simulate ex eis locis, oues & armenta greges'q; equarum ad ea viros hos prouocabant hiq; exeuntes corripiebant pastores ipsos, pecora abigebant. hoc'q; cõtinue agentes Etrusci, producentes'q; semper longius à castris hostes post quam tutelę eorum prouidentiam corrupere, continuis inescantes emolumentis, insidias per noctem locis oportunis commodis'q; collocant, aliíque eminentiores specu las camporum occupant, diéque sequenti permittentes armatos paucos, quasi custodię pastorum causa, multos greges ex oppidis emisere. Vbi verò nuntiatũ est Fabijs, quod proximos superantes colles ipsi, breui tẽpore inuenirent locum plenũ omnis generis pecudum, custodientes'que eas manũ minime idoneam, exiuerũt ex castello, præsidium in eo sufficiens relinquentes, festinantes'que studio, & cum promptitudine apparent statim custodibus pecudũ instructi, illíque eos non excipientes fugiunt, sic'que fabij vt in tuto pastores capiũt, pecora'que abigebant, vtrinque surgentes ex insidijs Etrusci per multa loca, illos vndique inuadunt, ac plures quidem romanorum dispersi, neque sibi ipsi inuicem ferre auxilium valẽtes ibi amittuntur quicũque vero simul erãt, ac conãtes locum aliquem tutum occupare properabant ad montes in alteras incidunt insidias, in syluis saltibus'que considentes, fit'que pugna ibi asperrima, & ex vtrísque cędes magna, repellẽtes'que hos obuios Fabij ac replentes cadaueribus phalãgem in collem excurrũt, haud capi facilem in quo noctẽ cõsequẽtem indigẽtes necessarijs cõsedere. Die autem postero audiẽtes ij qui oppidum obtinebãt detinentem suos fortunam, & quod maior pars amissa esset exercitus in raptu prædę & quod optima in deserto monte clausa obsideretur, ac ni prope re eis aliquis opem ferret indigentia necessariorum amitterentur, exiuere festinantes, relictis paucis in oppido custodibus, in eosque decurrẽtes Etrusci, ex locis superioribus antequam socijs commiscerentur circũueniunt, multa'q; edentes ipsos generosa opera, tandem omnes interficiunt, neque multo post qui collem occuparãt fame sitique oppressi, ire obuiam hostibus statuerũt. cumque multis congressi pauci, à primo mane incipientes vsque ad noctẽ pugnauerunt, tantam'que odiderũt in hostes stragem, vt cumuli cadauerũ impedimentũ eis essent pugnę multis in locis diffusæ, vtque Etrusci, plus'que tertia parte exercitus amissa, déque reliquo veriti continentes parum per arma, reuocantésque suos, præcones ad hos viros miserunt, securitatem eis pollicentes & transitum, si arma abijcerent, relinquerent'que oppidum, non accipientibus autem eis prouocationes, sed generosam mortem eligẽtibus, iuerunt rursus in eos, alij alijs succedẽtes, constantes quidem, manuũque conserentes non amplius, sed eminus iacentes lanceas manũque implentes lapides, erat que inibi similis multitudo missiliũ. Romam vero conuersi in ordines incurrebãt in non cõsistentes hostes, multa'que ipsi à circunstantib⁹ vulnera accipientes sustinebant, vbi vero fuere gladij eis inutiles, alij obtusa acie, alij etiã confracti & secuta circum oras contrita exangues'que plures & saucij erant, dissolutis'que ob multitudinem vulnerum membris, despicientes eos Etrusci, aduersum eunt, ac romam occurrentes, tanquã fere capientes eorum hastas, confringebãt gladios'que rapientes per acies euellebãt, & qui circũuoluebant in terra corpora commiscebantur, animo magis'que viribus decertantes, ita vt non amplius manũ cum eis hostes consererẽt tollerantia virorũ obstupefacti, & amentia quã illi susceperant ex desperatione vi-

tæ impauidi. sed procul stantes feriebant rursus eos congregati, lignis lapidibus'que & quocunque alio contingeret, postremo'que eos telorum multitudine obruerunt. his'que perditis ad castellū excurrere, ferentes capita illustrissimorum ex hostibus & vt primo capturi impetu eos qui resisterant: sed non eis respondit ad spem effe-ctus operis: nam relicti illi æmuli generosæ mortis sociorum & cognatorum exiue re pauci admodum: diuque pugnātes eodem modo quo cæteri: omnes interiere, cœ peruntque etrusci desertum oppidū. Hic mihi sermo multo credibilior visus est al tero: habentur autē in scripturis Romanorum mentione dignis vtrique: quod autē additum est his a quibusdam, neque verū, neque consonum: sed ex audito quodam fictum: haud dignū est in discussum relinquere. Dicūt igitur quidam vnū tantum ex trecentis & sex fabijs interemptis: reliquū fuisse generis eius puerū: rē nō modo incredibilem: sed impossibilem introducentes: non enim sine filijs & vxoribus fuis se egressos omnes possibile erat fabios, nam ex eorum vetus ducere vxorem cogit qui sint in ætate omnes: necnon genita necesse est omnia educere. Hanc autem le-gem custoditam à parentibus eorū vsque ad ętatē suam non soli omnino fabij dis-soluissent, quod si etiam hoc ponat aliquis, illud vtiq; non concedet. nō fratres etiā illorum aliquibus fuisse puerilis ętatis. sunt enim fabulis ista fictionibus'que thea-tricis similia. Partes verò eorū quicunque adhuc in ętate erant filios procreandi, tā ta obtinente genus suum solitudine, an non vtique volētes & inuiti, alios genuissent filios, vt nec sacra paterna deficerent, nec tanta generis gloria corrumperentur, si nō igitur neque patres relicti sunt eorum aliquibus, sed omnia in vnum coierant in tre-centos & sex viros illos impossibile est tamen neque relictos filios infantes aliqui-bus eorum nec vxores prægnantes, nec fratres impuberes, neque patres in robore, hinc igitu hūc sermonem discutiēs, nequaquā verū esse eum existimaui, illum au tem verum credo ex tribus fratribus, Cęsone marco'que & quinto septē cōtinuos gerentibus consulatus, relictū esse marco filium, & hunc quidem illum fuisse qui di-ctus est ex Fabiorum domo reliquus nihil prohibet, & quia ex alijs nō amplius cla-rus aliquis illustris'que fuerit, prętervnū hūc virum factū astitisse puto multis hāc opinionem quod vnus ille solus fuerit reliquis Fabiorum generis nō vt nullo existē te Fabio, sed vt nullo illorum simili, coniectantibus ipsis ex virtute, nō ex natura co gnationem, ac de his quidem ista sufficiant. Etrusci igitur hos viros perdentes, & ca stellum in Cremera recipiētes, ad alium Romanorum exercitū vires adduxerunt. Contigit autem haud procul considere alterum consulem Meneniū nō in loco illum tuto, ac cum Fabiorū cognatio clientella'que sua adsumpta est, triginta ferme dista re stadijs ab eo loco vbi ille casus fuit, præbuit'que opinionem nō paucis, scientem ipsum quibus essent in malis Fabij, nullam curā eorū habuisse, virtuti horum viro-rum glorię inuidētem, post hęc tamen ductus in iudicium à tribunis, hac maxime captus est noxa, valde enim luxit ciuitas Romana talium virorum tātorum'que vir tutibus orbata, & vltra omnia erga id quod visum erat, fuisse causa talis calamita-tis, acerbe implacabiliter'que sese habuit, diēque illā qua his casus fuit, nigrāque & infaustā ponit, ne que seriū quicq̄ incipit fortunā illius diei abominās, vbi vero pro pius nos fuere, Etrusci vidētes castra eorū (erāt em̄ sub latere mōtis posita) cōtēpse re ducis imperitiam, & quod datum à fortuna erat præcommodum cupide accepe-runt, statimque equites assumentes secūdum alterum collis latus, nemine prohibē

Captū R. castellū ad Cremeram.

Vide pro babilē ra-tionē de reliquo fa biorum genere.

Lex vet' cogens vxores ducere.

te verticem ascenderunt, occupantes'que super caput romanorum cacumē, posuerunt arma, alias'que copias tute transportātes alto vallo & profunda fossa; castra minuerunt, si vero cognoscēs Menenius quale hostibus prēcōmodum dedisset culpæ'que pœnitēs, duxisset in tutiorem locum exercitum, sapiens vtiq; fuisset, nunc aūt pudori ducēs peccasse se videri, & arrogantiā erga aliter docentes seruans indignā plagam cum pudore incidit, nam ex editoribus locis hostes exeuntes assidue, longe superiores erant, res vęnales eis ductas à mercatoribus rapientes, & aquatum pabulabularum'que euntibus illis, imminentes, aderat'q; consuli, vt neque tēporis quo prælium cōmitteretur, neque loci esse dominus, quę videntur magnæ esse ducū accusationes, ductandi imperitorum. Etruscis autem vt volebant, vtra'q; aderat. Sed nec tunc etiam remouere exercitum sustinuit Menenius, sed educens eū instruxit vt in pugnam, despectis eis qui vltiora subijciebant. Etrusci verò ducis amentiā magnā sibi felicitatem existimantes, descenderunt à vallo haud minusquā duplo superantes hostes multitudine. congressis aūt ipsis, cędes romanorum fit magna, non valētium manere in acie, detrudebant em̄ eos Etrusci, naturam loci habētes sociam, & ab imminentibus à tergo adiuti, erāt enim instructi supra depressionem locū in ruinam multam pronum, cadentibus autem centurionū illustrissimis, reliquę romanorum copię inclinantes fugiebant ad vallum, illique sequunt̄ signa'q; auferūt, capiūt'que saucios, claudentes'que eos obsidēt, ac per totam diem reliquā insultus faciētes, ac ne nocte quidem intermittentes vallum capiunt, relinquētibus ipsum qui intus stabant, fiuntque multorum capitum pecuniarum'que domini, neque em̄ auferendi eas potestatem habuere fugientes, sed libenter seruauerūt corpora, ne arma quidem tenentes multi, qui vero romæ erant, audientes perditionem suorū, vallique captionem (venerant enim seruati primi ex multa strage, nocte adhuc existente) in multam constituti sunt perturbationem, & vt venturis ad se, confestim hostibus arma rapientes, alij muros ascendebāt, alij ante portas instruebātur, alijque loca vrbis edita occupabant, erat'que cursus per vrbem incompositus, & clamor mixtus: super'q; tecturis ædium in robur & in certamen parata domi se cōtinens turba, ignes'que cōtinui, vt per noctem & tenebras lumina quoque per faces & à tectis tāta conabatur multitudo facere, vt spectātibus e lōginquo continuus videretur spēdor, exhiberet'que incēse vrbis opinionem, & si etrusci negligētes tunc prædam valli expedite persecuti essent fugientes, deletus esset omnis tunc militans aduersus eos exercitus, sed ad raptum relictorum in castris conuersi, requiem'que corporibus dantes, magna se ipsi gloriatiōe priuarūt. Die autem postero ducētes romā copias, & stadijs distātes circiter sexdecim montēex quo conspicua est roma ianiculum vocatum occupāt. Vnde descendētes populabantur romanū agrum haud prohibiti, propter multam inclusorum negligentiam, donec alter consul affuit Oratius, ducens exercitum qui in volscis erat, nam tunc romani se in tuto putātes esse, iuuentutem'que armātes exierūt in campestria. Vbi vero primo cōmisso prælio, procul roma octo stadijs apud spei templum vicerunt, propulerūt'que oppositos & post hoc rursus altera maiori manu etruscorum adueniente ad portam collinam egregie dimicarunt, respirarunt à metu illi, & finitus est hic annus. Sequenti vero anno circiter cōuersiones æstiuas sextilis mensis consulatum suscipiunt viri bellorū periti. Seruius seruilius & Aulus Verginius, quibus bellum aduersus etruscos quamuis magū & difficile, tamē vtile apparuit

Menenius

Ductādi imperitia in ductore grauiter accusatur.

Menenius cōsul superatus Vallū captum.

Ianiculū roma cōspicua occupant hostes.

Porta collina.

Seruius Seruilius Aul' Vergini' coss.

apparuit ab ijs, qui intra muros erant discussum, nequaquã enim facta in regione sementi hyeme pręterita, propter montis proximi munitiones excursiones que assiduas, neque amplius mercatoribus extrinsecus res vęnales adducentibus romã ingens penuria detinuit, plenam ipsam & domesticę & cõfluẽtis ex agris turbę, ciuiũ enim qui in pubertate essent milia plusquã centum & decem erant, vt ex censu proximo inuentum fuerat, mulierum autem, & puerorum & seruilis famulatus, mercatorumq; & artes sordidas exercentium aduenarum (neque em̃ licebat romanis exercere popinariam aut per artem manualem habere vitam) non minor quã ciuium triplicata multitudo, quos nõ erat consolari facile hoc casu mœstos indignabundos que & in forum cõcurrentes & in primores conuicia iaciẽtes, & ad domos diuitum impulsi multi, ac diripere conantes sine emptione reposita ipsis alimẽta. Tribuni vero congregantes eos in cõcionẽ, accusantesque patritios, & oĩa quęcũ'que vnquã grauia accidunt ex incogitata, & incustodita hominibus fortuna illorum esse dicentes opera, contumeliosos eos amaros'que efficiebant, his detenti malis cõsules mittunt homines frumentum empturos multa pecunia ex locis proximis, & quod erat in domibus statuerunt, vt in publicum efferent ij, qui plus moderato in victum suũ reposuerãt, prętio modum imponẽtes sufficientem. hæc'que & multa alia talia machinati compescuere pauperum iniquitates, assumpserũt'que cõuersionem apparatus in bellum. postquã em̃ externæ merces tardabant, & quæ erãt intra muros cibaria consumpta erant, auersio aũt malorum alia nulla erat, sed alterũ oportebat duorũ, aut eijcere regione hostes totis viribus periclitaturos ipsos, aut intra muros manẽtes eosdem fame iri seditionéque perditũ, leuius ita'que malorum eligẽtes, statuerunt ire obuiam per hostes malis educentes'que ex vrbe de media nocte copias, flumẽ ratibus trãsmiserũt, & anteq̃ dies clara fieret propè hostes castra posuere, diéq; postero progredientes in acie exercitũ instruxerunt. tenuitque dextrum cornu Verginius, leuũ'que seruilius. Vidẽtes aũt paratos eos ad pugnã etrusci, grauisi sunt admodum tanquam vno hoc sibi certamine ex sententia succedente deleturi romanorum principatum sciẽtes ipsi quicquid erat pręcipuũ militarium virum romanis in id certamen conuenisse, & spem habẽtes, in qua multum erat leuitatis, facile eos vincendi, quandoquidem Menenij exercitũ in locis asperis sibi oppositum vicerant. cõmissa autem pugna acerrima & diuturna, multos ipsi occidentes romanorũ, multoque plures suorum amittẽtes retrocedebant ad vallũ, ac Verginius quidem dextrũ cornu habens, suos persequi non permisit, sed ad correctionem rerum eos voluit reseruare. Seruilius autem in altero instructus cornu, persecutus est sibi oppositos, sequens eos multum, & vt in sublimi fuit, cõuersi etrusci ferentibus eis opem, qui in castris relicti erant, illos incutiunt. hique paucum quodam tempus excipientes eos terga vertũt, per'que decliue pulsi, passim amittuntur. Cognoscẽtes autem Verginius qua esse in fortuna cornus, sinistri exercitus, habens vires omnes suas in acie transuersam capit per montem viã, & à tergo factus persequẽtium romanos, partẽ quãdã reliquit illic exercitus prohibendi causa eos, qui ex castris opem ferrent, reliquos autem ducens ipse infertur hostibus. confirmatique interim qui cum Seruilio erant pręsentia suorum conuertuntur: atq; perstantes pugnabãt, indéque circumuẽti vtrinque Etrusci, nec valentes vlterius progredi ob instructos ex aduerso, neque retro ad castra fugere propter superuenientes à tergo non ignaue, sed infeliciter pars eorum

Numerus ciuiũ Ro.

Romanis artẽ manualẽ exercere nõ licebat.

maior est trucidata adeptis aũt miserabilẽ victoriam romanis, nec felicem omnino finem capiente certamine. consules autẽ mortuos castra ponentes, eam noctem sibi consedere, obtinentes autem ianiculum Etrusci, quandoquidẽ nullum eis domo venerat auxilium relinquendas sibi esse munitiones existimarunt, motis'que per noctem castri Veios rediere, vrbem sibi Etruscorum omniũ proximam, valliq; eorũ domini Romani facti omnia diripuere quęcũ'que in fuga nequibant ferri multos'q; cœpere saucios alios in tabernaculis relictos, alios'que per totam viã prostratos, euitebantur enim quidam vię domum cupidi, & perstabant vltra vires sequentes, posteàque grauatis membris semineces super terrã corruẽtes, quos in longũ progressi romani equites perdiderunt, & vbi nullũ amplius hostile fuit, dirruentes munitiores prędam'que abducentes reuersi sunt in vrbem, corpora in prelio mortuorũ ferentes miserabilem ciuibus omnibus conspectũ ob multitudinem virtutẽ'que amissorũ, ita, vt nec festos dies agere tanquã pulchrum vincens certamen, nec in luctu esse tã quam in magna intolerabiliq; calamitate populus voluerit: senatus autem necessarias supplicationes sacrificia'que deis decreuit, triumphalem vero pompã ducere cõsulibus non permisit, post'que non multos dies repleta est vrbs omni venaliũ genere, missis rebus emptis publice, & qui anteà solebant inferre mercatoribus multũ frumenta adducentibus, ita vt omnia in priorem redirẽt affluentiam. Desinẽtibus autem externis belli vrbana rursus seditio accendebatur, perturbantibus iterum multitudinem tribunus, & alia quidem eorum instituta, oppositi ad vnũquod'q; disturbauerãt patritij aduersus autem Meneniũ paulò ante consulẽ iudicium, à duobus tribunis quinto cõsidio, & tuto genitio, reddereque postulatus rationem ducatus belli, nec felicem nec decentem finem assumentis maximéque exitij, Fabiorũ dati ei calumnię accusatus, Cremerę'que captionis iudicãte plebeia turba per tribus nõ apud paucas calculos debuit, filius ipse Menenij Agrippæ reducentis plebem ex fuga, & eã cum patritijs reconciliantis, quem mortuum sumptu publico senatus magnificentissimo ornauit funere, luxerũt'que Romæ matronę annũ vnum, purpuram, aurum que deponentes, non tamen mortis damnãtæ illi pœnã imposuere, sed pecunię, quę quidem ad hęc tempora examinata digna risu videri posset. illis autem tunc hominibus colonis ipsis, & ad necessaria ipsa viuẽtibus, maximéque hęredi illi paupertatem à patre accipienti nimia erat, & grauis duorum milium assium numerus. erat autem as tunc numisma æneum librale pondus, ita vt id omne quod debebat talentorum sexdecim in pondus æris fieret, & hoc etiam illis tunc hominibus visum est inuidiosum, ac corrigere rem volentes, pecuniaria abstinuerunt pœna, transtulerũt que eam in oui bouum'que pensiones, statuto etiam horum numero futuris posteà à magistratibus in priuatos insidijs ex hac Menenij dãnatione causam rursus assumpsere patritij iræ in plebeios, neque agri diuisionẽ amplius permisere fieri, neq; aliud voluere quicquam nomine eis indulgeri, non multo autem post plebem etiã pœnituit iudicatorum, vbi mortem eius viri audiuit, neque em̃ in hominũ colloquiũ cõgressus est amplius, neque in aliquo visus est à quoquã loco publico, & cum liceret ei soluendi pœnam à nullo publico abigi munere (erant enim parati non pauci necessariorum eius, iudicatum soluere non voluit, sed mortis eam calamitatem existimans, domi manens. nec admittens neque demissione animi & inedia deficiens vita abstinuit: & quę hoc anno gesta sunt, fuere talia. Publio vero Valerio publicola, & Caio

P. Valc. publicola

& Caio Naucio suscipientibus consulatum, vir item alter patritiorum seruius seruilius superioris anni consul, non multo posteà quã magistratũ deposuit in certamẽ addactus est de vita, qui vero diem ei dixere tribuni erant duo, Lucius ceditius, & Titus statius, non delicti illi quidem, sed infelicitatis rationem repetentes, quod in prælio aduersus Etruscos, accedens ad vallũ hostium hic vir ferocius, quã prudẽtius pulsus esset ab ijs, qui intus stabant, multis exeuntibus optimã'que iuuentutẽ amisisset. Hoc certamen visum est patritijs omnium grauissimum, indignabantur'que conuenientes inter se, & iniquum censebant, si ex audacia imperatorum nullo'que periculi vllius metu. aduersante consilijs eorum numine, in accusationes eos ducãt ij, qui non astant difficilibus timiditatis, & pigritiæ, & quod si nihil noui amplius possent agere duces sui, amitteretur libertas, & ducatus dissolueretur, huius'que causam fore hæc certamina probabiliter, exhortationeq́ue multa vtebãtur erga plebeios, ne eius viri causam cognoscerent, docens'que magna detrimẽta afferent ciuitati, si ex infelicitatibus punirent duces. Vbi vero tempus affuit iudicij, procedens vnus ex tribunis, accusauit eum virum Lucius ceditius, quod per imprudentiam, imperitiam'que ductandi, ducens copias in manifestum exitium, præcipuum robur ciuitatis amiserat, ac nisi velox mali cognitio collegæ eius affuisset, is'que propere adducens copias repressisset hostes, seruasset'que suos nihil vtique prohibiturũ erat, perdi etiam omnes alios, atque reliquam esse mediam pro duplici ciuitatem. Et his dictis, testes introducebat centuriones, quicun'que supererant, aliorum'q; militũ aliquos, qui suum dedecus in clade illa, fuga'q; delere quærẽtes, ducẽ accusabãt, mali in certamine euẽtus. Deinde miserans calamitatem mortuorũ, delictum'que aggrauãs, & alia quæcunq; in inuidiam patritiorum dicta coercere debebãt rogaturos pro reo multa cũ suspitione percurrens, dicendi tandem ei potestatem fecit, suscipiẽs'q; defensionem seruilius. Si me inquit in iudiciũ vocastis ciues, rationẽq; exigistis ducatus mei sum paratus ad defensionem. Si vero ad dãnationẽ & pœnã, neque mihi plus futurũ est aliquid ostẽdẽti, quòd nulla in re vos læsi, capiẽtes ipsi corp⁹ meũ, in eo, vt iampridẽ vultis vtimini, mori em̃ melius est iniudicato, quã potito causæ dictione, neq; persuadẽti vobis viderer em̃ ego iure pati pœnã eorũ quorũ me damnaretis, & vos in culpa minore, fore causæ mihi dictionem auferentes, & in eo, in quo, si quid vos incertum est, ire gratificãtes. Erit autem mihi mens vestra ex auditu, exque tumultu, & quiete perspicua coniectãti. vtrum ad supplicium, an ad dicendã causam me vocaueritis, & his dictis loqui desijt. silentio autem facto, acclamãtibus'que plurimis, vt sideret, & quæcunq; vellet, diceret. suscipiẽs iterũ sermonem seruilius: si iudicibus inquit, vsurus sum vobis ciues, ac non inimicis, facile vobis persuasurum puto me iniuste ægisse nihil, capiam enim orationis initium ex eis, quæ omnes scitis. Ego quidem in imperium constitutus fui cum præclaro Verginio, quo tempore muro cingentes aduersum nos cum Etrusci collem, supra vrbẽ, campestria omnia obtinebant, erant'que in spe cito dissoluendi nostrum principatum, fames erat in vrbe multa, & seditio, & quid factu foret optimum, multa incertitudo. Talibus igitur tẽporibus præsidens tam turbulentis tam terribilibus, hostes simul cum collega vici duplici prælio, ac coegi relinquẽtes eos munitiones discedere, neq; multo post famẽ cõpescui cibariorũ implens abunde fora, ac consulibus post me regionẽ ab hostilibus armis liberam omnem tradidi, vrbem'que morbo ciuili oĩ liberatẽ, in quos, qui

Caius Nautius consules.
Dies dicta à seruilio.
Oratio Seruilij.
Oratio.

dē eam deiecerant duces multitudinis. Et cuius igiť vobis criminis sum obnoxius? nisi crimē sit apud vos hostes vincere. Quod si mori contingit militibus aliquibus feliciter dimicantibus, qua in re lædit populū seruilius? non eñ vades deorū aliquis sit ducibus salutis omniū pugnantiū, nec sub cōuentis, & certitudine nos hoc modo imperia accipimus, vt vincamus oēs hostes, nec ex nostris omnino quemquam ipsi amittamus, & quis eñ sustineret homo quidē, & quę fortunę sunt potestatis, & quę sententiæ omnia in se vnū suscipere? sed res magnas magnis semper emimus periculis. Neque mihi primo eunti aduersus hostes talia pati accidit, sed omnibus vt ita dicam quicun'que prælia cum minoribus copijs aduersus maiores hostium commiserint, persecuti enim hostes sunt iam aliqui, ipsiq; fugere, cecidereq; multos hostiū, & ipsi plures suorum amisere. Trāseo quod multi etiam victi pœnitus cum pudore detrimēto'q; rediere magno, quorum quidem pœnas nemo infelicitatis dedidit, sufficiens enim calamitas est, nullius potiri laudis, & si etiam nihil aliud magna est ducibus grauis'que punitio, sed non nec tamen. Ego enim tantū absumi, vt, id dicā quod esse iustum, omnes moderati dicunt, nō oportere me redendę rationi de fortuna subici, vt si etiam nemo alius sustinerit tale certamen ingredi, ego solus non recusem, sed concedam vt exquiratur fortuna mea, non minus'que sententia. Hoc prædicto quod humanas actiones, infelices'que, & felices, non ex parte quadam operū multorum ipsorum & variorum iudicata video, sed ex fine, & quando ille ex sententia succedit, etiam si media multa entia non ad voluptatē fiant, nihilominus laudatas ob omnibus optabiles'que esse audio, & fortunę existimantes bonę, quādo autem actiones eędem malos assumunt fines, etiam si oṁia facillime ante finem sint gesta, nequaquam bonæ peragentium fortunæ, sed malè potius esse traditas. Hunc igitur, & vos scopon. siue signū ad quod rationes, res'que diriguntur eligētes, ac spectētes, meā quoque fortunā exquirite, qua sum in hostes vsus. Et si victū me inuenitis ab hostibus fortunā meā malā appellate. Sique eos vincentem bonā, ac de fortuna igitur nō ignorans onerosos esse oēs de ea loquētes, habēs'q; plura, quę possem dicere. nunc desinam. Verùm quando me sentētię etiam accusant proditionē eam non audiētes, nec ignauiā appellare, quibus de rebus fiūt aliarū ducū iudicia, sed ductādi imperitiam, & imprudentiā, quod periculū subierim, nō necessarium, ad vallum hostiū accedens, volo etiam vobis huius rationem reddere, habens eam expeditissimam, quod reprehendere quidē pręterita valde facile est omnis'que hominis, res vero pulchras aggredi difficileque, & paucorum, nec vt iam facta qualia sint futura apparēt, sic etiam qualiter sint futura, sed illa quidem sensibus, & affectione cōsequimur, ista vero diuinationibus, opinionibus'q; coniectamus, in quibus multa est decœptio. Atqui omniū facillimū est verbis ductare bella eis qui sint extra grauia, quod nūc faciunt accusatores mei, sed vt hæc sinam age dicite mihi per deos, solus ne ego aut primus videor vi capturus munitiones hostiū aggressurus esse, & ad loca altiora copias adduxisse, an & cum ducibus alijs multis vestris, ex quibus alij feliciter rem gessere, alijs conatus non ex sententia euenit. quid vos igitur, cæteros omittentes, me in iudiciū vocatis, si hęc ductādi imperitię imprudentiæq; opera esse existimatis. Quot vero alia hoc cōsilio audatiora, aliquādo in mētē ducibus venere, cū tutū ipsum & cōsideratū tēpora non recipiūt. Hi eñ signa rapiētes signiferis proiecerunt quando'q; in hostes, vt signibus & timidis necessario constaret animus sciē-
tibus

Careat successibus oro quisquis ab euētu facta notāda putat.

Facile accusantur pręterita.



tibus ipsis, necesse esse nō seruantes signa à ducibus cum dedecore interfici. alij vero in regionem hostium irrumpentes pontes fluminum,per quos transierant dissoluerunt,vt de fuga cogitantibus, spes salutis sine exitu apparens, audacia afferet vim que in prælijs:alij autem tabernacula sarcinas'que comburentes, necessitatem imposuere capiendi ex hostili agro quoruncun'que indigerent. Nolo alia infinita dicere, Quæcun'que audacia opera alias'que cogitationes ducum. Ex historia experimēto'que accœpimus, ob quę quidem spem fallentia nemo nunquā pœnam subijt. Nisi aliquis forsan vestrum me accuset, Quod ego alios in exitum apertū obijciēs corpus extra periculum habuerim, sed si cum omnibus instructis fuit, vltimis'que demigraui, eiusdem ipse cum alijs fortunæ participes quidem iniustæ actum est,ac de me quidem ista sufficiant. de senatu vero,& patritijs, quandoquidem commune in hos, est vestrum odium ob prohibitam diuisionem agri, & mihi infestum neque ipsum accusator abscondit. Sed nō paruam eam partem fecit accusationis meæ, volo vobis pauca dicere, erit'que mihi oratio liberrima. Neque enim ego aliter possem loqui,neque vobis conferret audire, vos neque iusta neque pia agitis plebeij beneficiorum in vos senatus,multorum ipsorum,& magnorū ei gratiam non habentes. Nam si ex eo, quod rogantibus vobis concessum non est maxime lædatur respublica,non is vobis inuidens,sed publicam vtilitatē spectans aduersetur, hoc ad irā accipitis, oporteret & vos maxime tanquā ab optimo sensu profecta consulta eius, Et in commune bonum accipientes, studio vestro abstinere. Quod si modesta ratiocinatione nequeatis inutile desideriū compescere, persuasione æquuum est ijsdē vos potiri non vi. Dona enim voluntaria, sunt & errogantibus dulciora, quàm coacta, & accipientibus firmiora eadem quàm sint inuitæ præstita. Quod vos per deos non consideratis, sed à ducibus multitudinis tanquam mare à ventis alijs super alios insurgentibus permoti, & efferati, ne minimum quidem temporis in quiete, tranquillitate permanere vrbem sinitis. At qui licet nobis melius bellum quàm pacem esse existimare. Quando enim bellū gerimus, inimicos male affecimus. Sed quando pacem agimus, amicos. Quod si ò plebeij omnia senatusconsulta pulchra, & vtilia esse vt sunt, existimatis, cur non hoc item vnum ex eis esse opinamini? si vero nihil opportunum sentire senatum creditis, sed praue turpiter'que ciuitatem procurantem. Cur non tandem deponentes eum totum, Imperatis ipsi & consulitis at'q; bella de principatu infertis? sed vos pūgitis eū paulatī'q; dissoluitis, illustrissimos in iudicijs corripientes. Erat eñ cum oībus nobis cōmuniter vos bellū gerere quā vnū quem'q; priuatim calūniari. Sed nō ipsi horū causa vt dixi estis, sed hi qui vos conturbant duces multitudinū, neq; regi se patiētes, neq; ijdem scientes regere, ac quantū quidē in eorū imprudentia imperitia'q; fuit sæpenumero euersa est hæc nauicula, & nunc eorū lapsus erigens, & in recto vobis exhibens ciuitatē, est his qui multa audiuit grauia ab eis senatus. Hęc siue vobis iucūda auditu siue molesta, oīn cum veritate audacia'q; dicta sunt. Malē'q; vtili vtens libertate mori, quàm vobis verba ad voluptatem faciens saluus esse. Hæc cum dixisset neq; ad cōplorationes, neque ad flendam calamitatem suam conuersus, neque in precibus, aut indecentibus pro voluptionibus visus humiles, neque gestum vllum alium degenerē ostēdens sermonem tradit volentibus pro se dicere, aut testari, multi enim astantes alij absoluebant eū crimine, maxime vero Verginius, eodē tempore consulatū gerens, Finis orōnis seruilij.

ac victorię visus causa non modo insontem eum declarauit, sed vt omniũ bello optimũ ducem'q; prudentissimũ laudari ab omĩbus, honorarique æquũ cẽsebat. Ait enim oportere si quidem bonum finem accœpisse bellum opinarentur, vtris'que ipsis haberi gratiam. Si vero malum puniendos vtros'que esse, eis enim in consilia, & opera & à dijs fortunam fuisse omnia cõmunia. erat autem non modo oratio, sed & vita eius viri persuadens, in oĩbus operibus bonis exquisita. aderat'que istis (quod plurimam commiserationem mouit) figura aspectus eius compatiens, quemadmodum erga eos, qui aut passi aut passuri sunt acerba solet fieri, ita vt affines ipsi interemptorum & implacabiliter se habere visi, Erga auctorem calamitatis suę molliores fierent, iram'que deponerent, vt declaratũ est opere. Latis enim suffragijs nulla eũ tribus condemnauit, ac depręhendens quidem seruilium periculum huiusmodi potitum est fine, neque multo post egressus est Romanus exercitus in Etruscos. Ducẽ

P. Vale. te eum altero consulum Publio Valerio. Conuenerat enim rursus Veientium manus, additis eis sabinis, qui segnes primum ad suscipiẽdum cum illis bellum tanquã impossibilium tunc appetẽtibus postquam fugam cognouere Menenij, & extructa in aduerso monte propius Romam munimenta, humiles redditas, existimantes Romanorum vires, & spiritus eorum victos, susceperunt cum Etruscis bellum magnũ eis mittentes exercitum. Sic'que Veientes cum proprijs fidentes viribus sabinorũque nuper missis, tum ab Etruscis quo'que cæteris alias expectantes, spem habebãt ducendi Romam inuadendi maiorequam suo ipsorum exercitu, tanquã nemine eis obuiam processuro, sed duorum altero futuro, vt vel vrbẽ per oppugnationem caperent, vel fame eos omnino perderent. pręuenit autem conatum eorũ Valerius, dũ illi adhuc tardantes socios expectant, adducens ipse optimũ Romanorũ robur, & à socijs auxiliares copias, nec apertum faciens egressum. Sed eum qui ipsos maxime latere posset, roma enim exiens circiter occasum serum, traijciens'q; tyberim, haud procul vrbe consedit. Deinde excitãs de media nocte exercitũ, ducebat eũ in acie. Ac priusquã illusceret adortus est alterum vallũ hostiũ. Erãt eñi bina eis seorsum castra. Vna Etruscorũ, altera sabinorũ, haud procul ea inter se distantia. Primis igitur admonens copias Sabinorum castris, dormientibus adhuc multis, nulla'que adhibita mentione digna custodia, vt in amica terra per'que multam negligentiã, nusquam esse nuntiatis hostibus, primo impetu ea capit, Hominum'que alij adhuc in cubilibus interficiuntur, alij nuper exurgentes arma'que induentes, alij armati, sed sparsi, nec in acie repugnantes, tum verò plurimi eorum fugientes, ad castra altera depręhensi, ab equitibus perduntur. Hoc'que modo capto vallo Sabinorum, duxit copias Valerius ad alterum. In quo erant Veientes, loco illis, haud satis tuto occupato, latere autem se amplius. Adeuntes castra hostium nõ licuit, erat enim dies iam clara, & qui Sabinorum fugerant, nuntiarant Etruscis, & ipsi calamitatem suam. Et incursum in illos hostium. Erat'que igitur necessarium constãter manum cum hostibus conserere. Fit'que post hoc oñi cũ prõptitudine Etruscorũ dimicantiũ de castris acre prælũ, & cædes vtrorumque parisque fuit momenti diu, & huc & illuc inclinãs de victoria iudiciũ. Deinde aũt cessere Etrusci à Romano equitatu pulsi, refugeruntque in castra, sequebaturque consul. Et vbi propè munimenta fuit. Erant enim inaniter extructa. Neque locus (vt dixi ante) satis tutus. Aggreditur ea multis ex patribus diei reliquum laborans. Neque noctem insequentẽ requiescens. Etru

sci

sci vero continuis defessi afflictionibus, sub auroram relinquũt vallũ. Cuius dominus factus consul, eam diẽ quieti dedit exercitus. Die aũt postero, colligẽs ex vtrisque castris spolia multa ipsi pugnatoribus diuisit. Et qui præclare egissent in prælio consuetis ornauit cornis. Erat autem qui strenuissime visus erat ante omnes certare, auertisséque vires Veientiũ seruilius superioris anni consul, is qui plebis damnationem effugerat. Tunc legatus missus Valerio. Et qui ob hanc excellentẽ fortitudinẽ tunc primus maxima esse existimata dona apud Romanos tulit, post hæc spolians consul hostium cadauera, suós'que sepeliens eduxit exercitum. Propius'q; vrbem accedens prouocauit inclusus in pugnã. Et vbi nemo egressus pugnaturus, videns rem dubiam eos per oppugnationem capi, habentes vrbem munitissimam multo agri eorum excurso in regionem Sabinorum irrupit, populans'que illam adducentem integram per multos dies. habens'que graues cum multa præda sarcinas, duxit domum exercitum. Anuentantique ei populus procùl obuius extra vrbem processit, tura incendens ad transitũ, crateribus'que mellicrati excipiens exercitum. Decreuit'que ei triumphum senatus. Alter vero consul Caius Nautius cui sorte obtigerat sociorum latinorum Hernicorum'que custodia tardiorẽ fecerat exitum, non inopia ille consilij, nec periculi detentus metu, sed expectans euentum aduersus etruscos belli, vt si quis casus aduersus illi exercitui accideret in pręparato adesset alter aliquis assistens vrbi qui irrũpere prohiberet hostes in regionẽ. Si quod quidem primi romam inuadentes fecerant loca aliqua aduersus eam munire inciperent, interim'que bellum etiam quod latinis, Volsci, Equique intu erant, finem fœlicem habuit. Aderant'que aliqui nuntiantes victos prælio abisse hostes ex eorum regione, neque nullo egere amplius socios auxilio. Nihilo tamen minus vbi pulchre res in Etruria sese habuere, eduxit Naucius exercitũ. Et irrũpens in Volscorum regionem, multum'que eius per agrans desertum relictũ, mancipia, pecora q́ue pauca cœpit. segetes vero eorum maturescente iam frumẽto incendens, & alia corrumpens non pauca (nemine ei obuio) abduxit exercitum. Et hæc quidem sub his viris sunt gesta, eos aũt secuti cõsules Aulus malius, & Lucius Furius, decernenteq́ue senatu alterum eorum exercitũ in veientes ducere, sortiti sunt: vt mos erat eis inter se de exitu qui cũ Malio obuenisset propere eduxit copias. Castra'q; propè hostes posuit. Veientes aũt inclusi muris, primũ restitere. Miseréque legationes ad cęteras Etruscorũ vrbes, & ad susceptos nuper in societatẽ sabinos, rogantes mitti sibi propè auxiliũ. Quo postquã nullo sunt potiti absũpserẽq; cibaria vi adacti famis egressi sunt ad consulẽ supplices, euo maximi eorum, & honoratissimi, deponi bellũ rogantes, imperate vero eis pecuniam consule in stipendiũ annuũ exercitui, & duorum mensiũ cibaria. Et vbi ista fecissent, mitterẽt legatos Romã collocuturos cum senatu de dissolutione belli. Laudãtes ista subito'que stipẽdiũ exercitui, & frumẽti loco pecuniã, cõcedente id consule, afferentes iuere Romã. Introductiq; in senatum, pręteritorum veniã postularũt, deinceps'q; liberari bello multis aũt in vtrã'que par tẽ dictis, vicit sententia quę deponi cũ eis bellũ suadebat, datęque eis sunt in quadra ginta annos induciæ, abierũt'que illi multas agentes ciuitati pro impetrata pace gratias. Atque veniẽtes ad vrbẽ Malius, Pro'que dissolutione belli triumphum petens pedestrem obtinuit. Factus'que est etiam sub magistratu horum cẽsus, ac fuere censentes ciues se ipsos & pecunias & puberes filios paulo plures cẽtũ & tribus milibus.

Seruilius strenue pugnans mittitur legatus Valerio.

Depopulatio sabinorum.

Triumphus Valerij.

Cai⁹ nauti⁹ Cõss.

Irrupit in Volscos

Au. mali⁹ Lu. Furius consſ.

Triũph⁹ Malij. Cẽsus factus in vrbe.

Mamerc⁹ Vopisc⁹ consules. Datis argiuus.

suscipientes autem post hos cōsulatum Lucius Aemilius Mamercus tertio, Tullius'q; Vopiscus olympiade, Septima, & septuagesima, qua vicit Datis argiuus. Imperante Athenis Charite, laborosum admodū turbulētum'q; gessere magistratum. Pacem quidem agitantes ab externis bellis. Erant autem in quiete dissedentia omnia à seditionibus autem in vrbe, & ipsi ducti in pericula & vrbem propè euertētes. nam vbi cessauit à militia multitudo, deuenit statim ad agri publici distributionem. Erat eñ tribunus homo cōfidens quidā. Nec ad dicendum inualidus Gneus genicius, acuens iras pauperum. Hic'que cōgregans assiduę contiones, inopes'que ductans, vrgebat cōsules vt decreta à senatu de sortione agri perficerent. Hique non optemperabant, haud statutū à senatu esse dicētes ī magistratu suo id opus. Sed Cassio Verginio'q; cōsulibus. ad quos scriptū est senatuscōsultū, neq; esse leges firmas in perpetuū quę senatus decernat, sed instituta esse in annū vim habētia. Has igit̃ obijciētibus cōsulibus aduersatiōes, nō valēs eos cogere Genicius, vt pote maiorē habētes potestatē, ad īpudentē cōuersus est viam. Prioris eñ anni consulibus Malio & Lucio, crimē intulit publicum, iussit'que venire eos defensuros apud plebem. diffiniens palàm ipse causam iudicij, quod plebem lęsissent, nō designātes decemuiros, illos, quos senatus decreuerat facturos, sortiū distributionem. Quod verò nullos aliorum consulū in iudiciū duceret duodecim ipsorum eo tempore quo scripto est senatuscōsultū. Sed hos duos solos subijceret crimini decœptę pollicitationis, clementes afferebat causas. Dixit'que postremo solo hoc modo cogi cōsules qui in magistratu erāt, vt agrū diuiderent. Si aliquos alios viderent populo pœnas dantes, cogitantes ipsi sibi quoq; vt eadem pateretur euenturū, & hæc dicens, cohortatus'que omnes adesse iussisset iudicio per sacra iurans se in sententia permansurū, omnique cum prōptitudine eos viros accusaturum. Die quo'que prędicens, qua esset iudiciū peragendum, patritios autem vbi ista cognouere, multus inuasit timor, multa'que solicitudo quonāmodo eos viros iudicio eriperent, ac tribuni confidentiā compescerent. Visum'que est eis, vt si quid decerneret aduersus magistratū cōsulum populus, nequaquā id ei permitteret acriter resistentes. Et si opus esset, ad arma etiam venientes. Sed non tamen opus fuit violento eis aliquo celerem capiente periculo & inopinatā dissolutionem, die eñ vna tantū reliqua ante iudiciū, in cubili suo mortuus inuentus est genicius:

Gn. genicius.

Mors tribuni.

nullum cædis, nec laquei, nec veneni, nec aliarū per insidias mortuū signū habens. Quod vbi cognitum est, & illatū in forum corpus, diuinū quoddam visum est fuisse prohibitionis institutum, statim'que finem lis habuit. Neque enim aliorum tribunorum aliquis ausus est reuocare seditionem. Sed multam omnes damnarūt genicij insaniam. Si igitur nihil amplius curiosus ægissent consules. Sed vt numen sopiuerat, seditionem dimisissent. Nullum vtique eos periculum amplius deprehendisset. Nunc autem in arrogantiam despectionem'que plebeij generis conuersi magistratus'q; illius potentiā quanta est volentes ostendere ingentia fabricarunt mala. Proponentes enim conscriptionem exercitus, ac cum pœnis alijs nō parētes, tum virgarum cogentes verberibus, maiorem partem plebeiorum conuerti in amētiam fecerunt. hac causa maxime, vir ex plebeijs quidam bello clarus Publius Volero, qui ordines duxerat in prioribus militijs, tunc ab eis pro centurione, miles scribebatur. Eo autem aduersante, neque æquum censente se locum inhonoratiorem accipere, qui in superioribus militijs non peccasset, ægreferētes libertatem fiduciā-

Publius Volero.

que

queeius consules, imperant lictoribus, vt discissa ei veste virgis corpus lacerent. Tumque iuuenis tribunos appellat, seque ęquum censebat si quid peccasset iudiciũ subire plebis. Cum vero ei mentẽ non adhiberent consules, sed vt eum ducerent verberarentque, lictoribus imperarẽt, nõ ferendã putans ille hanc contumeliã, suus ipse fit protector. Primum'que se adeuntem ex lictoribus feriens, aduersis pugnis in facie iuuenis idem & robustus auertit, & itẽ alterum. Indignantibus autẽ cõsulibus & ministros omnes simul ire ad eum iubẽtibus, visa est reis astantibus plebeijs peracerba. Conuertentes'que se illi conglobati & exclamantes adhortatiuũ quoddam alteri alterorũ ire, iuuenem eripuerũt, ferientes'que lictores, iidem reijcierunt postremo in cõsules ipsos etiam impetũ facientes, ac nisi forum relinquentes illi effugissent, intolerabile aliquod peregissent malũ, dehinc'que ciuitas diuisa est omnis. Et qui eos vsque quieuerant tribuni, exasperati tũc sunt. Accusabant'que consules translata'q; est de sortione agri seditio, ex hoc inornatu ciuilitatis in alterũ certamẽ maius. Nam patritij cum consulibus tanquã dissoluta eorum potestate indignãtes, eum qui primus ausus erat ministros aggredi deijci volebant de rupe. cõuertentes que se plebeij clamabant, adhortabantur'q; se inuicẽ, ne libertatem suam perderent. Sed ad senatum rem deducerent, consules'que accusarent, pœnam de eis aliquã postulãtes, quia eum qui auxiliũ à tribunis postulasset, & iudiciũ subire populi, si quid deliquisset vellet neutro horũ & quidẽ iustorũ potiri permisissent. Sed in sorte mãcipiorum liberum posuissent ciuem, vapulare eum iubẽtes. instructis autem his ex aduerso, neutris'q; cędere volẽtibus, alteris absumptũ est reliquũ illius cõsulatus tẽpus, nec reb⁹ bellicis ornatũ pulchris, nec ciuilibus mẽtiõe dignis. Instãtibus aũt comitijs, creati sunt consules Lucius Pinarius, publiusque Furius, in'que huius anni initio horrore quodam, & metu numinis repleta vrbs est, ac prodigijs signis'q; multis apparentibus, vates oẽs, & augures esse irę numinis indicia, quę fierent declarabant, sacrificijs quibusdam nõ pie neque pure perfectis, neque multo post morbus quidã incidit in fœminas pestilens vocatus, & mors quanta nondũ prius maxime in prędgnãtes, cruda, mortua'que pariẽtes, & cũ fœtibus moriẽtes. Neque eis depræcationes ad sacraria & ad aras deum factę. Nec pro vrbe expiatoria sacrificia, aut pro domibus priuatis perfecta, cessationẽ afferebant malorum. Tali ente incalamitate vrbe fit à seruo quodam indiciũ pontificibus quod sacerdos quædã vestę vrbinia virginitate amissa sacrificia, aut pro vrbe perficiebat non pura ipsa. Illique remouentes eam à sacrificijs, apponẽtes'que pœnam, postquam manifeste redarguta est virgis cesserunt, per'que vrbem eam ferẽtes, viuã defoderunt, eorum verò qui illam impiã corruptionem peregerant, alter se ipsum interfecit, alterum pręhendentes inspectores sacrorum, verberibus in foro afflictum, tanquã mancipium necauerunt, sic'que morbus ille muliebris, ingens'que earũ corruptio, post hoc opus statim desijt. Diu verò permanens in vrbe seditio, per quàm plebeij à patritijs diffidebant, resurrexit. Excitans autem eam tribunus fuit Publius volero, is qui anno superiore, consulibus Aemilio, tullio'que inobediens fuerat, quia ipsum pro Centurione militem conscribebant. Nec vlla magis quã hac causa creatus idem à pauperibus patronus plebis, Nam vulgaris erat generis & in multa humilitate & inopia educatus. Sed quia consulum imperiũ regiam eovs'q; habentẽ dignitatẽ primus ipse visus erat humiliorẽ, vis priuatu per inobedientiam redisse, & adhuc magis ob permissa quæ petens ille

Discordia inter plebeios & consules.

Pinarius Furius.

Morbus in fœminis.

Vrbinia Vestalis.

Pœna Vrbiniæ Vestalis corruptæ.

P. Volero

magiſtratum aduerſus patritios fecerat tanquam eis potentiam adepturus.is'q; igitur vbi quāprimū quieſcente ira numinis licuit ciuilia agere, plebem congregās in cōtionem legem intulit de comitijs tribunitijs, traducens ea ex ſuffragij latione per curias quā romam curiatā vocant ad tribulem. Quænam verò harum ſit differentia, ego nunc ſignificabo. Cēturiatas em̄ ſuffragiorum lationes oportebat, procedentibus ſenatuſconſultus, multitudinéque per curias ferente ſuffragia, & poſt vtra'q; hæc ſignis à numine, & augurijs nihil aduerſantibus tunc firmas eſſe. Tribules aūt neque ſenatuſconſulto prius facto, neque ſacris, neq; auriſpicibus ſanctientibus perfectas, vna in die tantum habere finem. Erant'que ex quatuor tribunis reliquis vna cum eo legem ferentes duo quos ille in ſodalitatem capiens, paucioribus qui hęc nolent, ſuperior fiebat. Conſules aūt & ſenatus, omnes'que patritij lationem legis prohibere nitebantur. Deſcendētes'que in forū cum multitudine, qua die prædixerant tribuni ſanctiēdam legem rarios inſerebant ſermones, conſulū aliquo ſiue ſenatorū quo maximorū ſiue aliorum quicun'que vellet percurrēte, inherentes legi abſurditates. Contradicentibus aūt tribunis, rurſus'que cōſulibus, & in longū extrahētibus altercationes, contionem diſſoluit tempus conſulū in noctem, proponentibus vero iterum in tertium forum tribunis cognitionē de lege, cōueniētéque adhuc maiori in contione turba. euenit ſimilis priori caſus, quod vidēs Publius cogitauit, non eſſe permittendū conſulibus amplius vt accuſarent legem. Nec ſinendū intereſſe lationi ſuffragiorū patritios. Illi vero per ſodalitates, & contubernales ſimul cum clientibus non paucis ipſis multas partes fori occupant ſtudētes legis accuſatoribus, ac perturbantes defenſores, alia'que multa facientes inornatus, & violentię ſecutē in ſuffragijs indicia, compeſcuit aūt conſilia eius ſanè tyrannica altera incidens à dijs calamitas. Inuaſit nam'que vrbē peſtilentia per aliam illa quo'que italiam ſeuiēs, maxime vero circa vrbem multiplicans, neque vllū humanum auxilium ægrotantibus ſubueniebat. Sed ex æquo, & qui multa cum diligentia habiti curę eſſent. Et quibus nihil opportunorū factum eſſet, moriebanť. Nec dijs peractæ ſupplicationes, & ſacrificia, nec eæ ad quas poſtremo homines confugere in talibus calamitatibus cogūtur. Viritim factę aut pro populo expiationes luſtrationeſue, tunc perderāt. Diſtinguebat'que morbus ille, non ętatem, non naturam, non robur, nō imbecillitatē corporum, neque artem, neque aliud eorum quicquā, quę viderentur leuiorem ægritudinem factura, ſed & fœminis idem accidebat, & viris ſenibus'que, & iuuenibus nō multum tamen durauit temporis. Quod cauſa fuit, ne ciuitas omnino perderetur. Sed inſtar fluminis aūt incendij repente incidens hominibus inſultū habuit velocē celerem'que demigrationem. vbi verò requieuit hoc malū, Cū eſſet in exitu magiſtratus publi⁹, neque legem in reliquo tempore promulgare poſſet inſtātibus comitijs petit inſequentē annū tribunatū multa magna'que plebeijs pollicens. Deſignatur'que ab eis iterum tribunis idem, & duo collegę, patritij vero his cōtraria machinabantur, vt acerbum hominem, & oſorē plebis, nihilo'q; minorem facturū optimatum potentiam ad conſulatum producerent Appium Claudiū Appij filiū eius, qui plebi ad reditum aduerſatus erat, & ipſum quidem multum contradicentem, & qui ire in campum voluerit comitiorū cauſa nihilo'que tamen minus præconſuluerunt ipſi deſignarunt'q; abſentē eum conſulem. Peractis autē comitijs per multam facilitatem, Nam pauperes reliquerunt campum, vbi illum nominatū audiuerunt.

Curiata. Centuriata. Tribulis. Peſtilētia

Conſulatū

Cōsulatum suscipiūt Titus Quintius capitolinus, & Appius Claudius sabinus. Nec naturas, nec sententias habentes similes. Nā Appij quidem sententia erat, deflecten di segnem pauperem'que plebē ad militias exteriores, vt ex hostili regione acqui= rens sibi suis ipsius laboribus cotidie necessaria, quorū maxime indigebat, & vtilia ciuitati agens minime infesta esset senatoribus administrātibus rempublicā, mini= mēque difficilis, occasionem vero belli fore omnē rationabilem demonstrabat ven dicanti principatum sibi vrbi & cui omnes inuiderent. Et (vt æquum est) ex prete ritis futura coniectare ipsos postulabat, collegens asserens'que motus anteà in vrbe factos omnes per requiem à bellis extitisse. Quinto aūt bellum nullum inferēdum videbatur, optabile esse demonstranti, si ad pericula necessaria extrinsecus adducta plebs vocata optemperaret, ac docenti. Quod si afferrent vim plebeis non parenti= bus venire eos in amentiam cogerent. Sicut ante se consules fecerāt. Quibus ex re= bus periculum futurum eis esset. Alterum de duobus, vt vel per sanguinem, & per cædes cōpescerent seditionem, vel plebem colere turpiter sustinerent. erant autem mensis illius imperium penes quintum, ita vt necessarium esset alterum consulē ni= hil eo inuito agere. Publius autem & tribuni nihil amplius differentes, eandē legem quàm superiore anno promulgare nequiuerant, iterū intulere, ascribentes legi etiam ædiliciū magistratum suffragium iri in eisdem concionibus, & cætera quæcun'que agi in plebe auxilio'que ei esse oporteret eodem modo per tribules decerni, quæ res vtique manifesta erat dissolutio senatus, plebis'que potentia. Intelligentibus autem hoc cōsulibus cura incidit, & cogitatio, quēadmodū celeriter & tute tolleretur, quod perturbabat excitabat'que seditionem. Volebat'que Appius vocari ad arma quicū= que saluam esse vellent, primā consuetam'que rempublicam: Sique aliqui aduersa= rentur, hos in hostium habere numero. Quintius aūt persuaderi oratione oportere putabat plebeijs, & econuerso docere eos, quemadmodū per ignorationem vtilita= tis suæ delati essent in exitialia consilia, vltimę quo'que esse dicēs insanię, quę à vo= lentibus conciuibus ferre liceat, ea velle ab inuitis per vim extorquere. Laudātibus aūt alijs quo'q; omnibus in senatū assumptis Quintij sententiā, progrediētes in fo= rum consules dicendi potestatem à tribunis, tempus'que postularunt, quorū vtro= que vix potiti, postquā dies, quàm postularant ab eis venit, turba multiplici coeūte in forum, quā sibi sociam vtrique magistratus aduocātes parauerant, & ipsi tanquā accusaturi legem aderant. At'q; Quintius cum in cæteris vir mitis, tum ad plebem oratione leniendam aptissimus, primus postulans dicēdi potestatē commune quā= dam gratam'que omnibus orationē habuit, adeò, vt dicentes pro lege in multā deci derent consilij inopiā non habentes quæ dicerent iustiora, nec clementiora, ac si ni= hil amplius collega eius curiose nimis agere voluisset. Cognoscēs populus, quod nec iusta, nec pia peteret, legem dissoluisset, verū illo percurrēte orationem superbam, & auditu grauem pauperibus, difficilis in ira, implacabilis'que fuit. In'que contionē venit quantam nondum anteà. Non enim tanquā cum liberis locutus est hic vir, & ciuibus qui ponendæ dissoluendę'que legis erant domini. Sed vt inter inhonores aut aduenas, aut non firmam habentes libertatem, licenter, impotenter'q; agēs, acer= bas, ac non sustinendas fecit accusationes, æris eis alieni. Abscissiones exprobrans, & à consulibus defectionem proferens. Quodque signa rapiētes sacra discessissent à castris. Fugam sibi imponentes vltroneam. Cōmemoransque sacramenta quibus

Titus Quintius Appius Claudius

Quintij oratio.

Appij orō

obstructi erant. Pro ea quæ illos genuerat terra, arma accipiẽtes. Quibus aduersum illam ipsam vsi erant, nihil sanè mirũ dicebat eos facere, si deos per quos iurauerant fallentes illi duces'que relinquẽtes vrbem desertam quantũ in ipsis fuerat sinentes. Ac per confessionem fidei, & euersionẽ legum patriæ'que institutionis corruptionem reditũ facientes, ne nunc quidẽ moderate ageret, nec se ciues exhibere possent vtiles. Sed si essent cupiditatis alicuius iniquitatis'ue appetentes, tũc licere eis postulare magistratus per se designare, & hos quidem nõ obnoxios, sacrosanctos'que facientes. Tunc in certamina turpium discriminũ constituere, quos eis videatur patritiorum sic'que iudicia legittima, per quę ciuitas videbatur prius, de morte déque exilio iudicare, transferentes à tribų purissima ad sordidissimã turbam, tunc leges ferrent homines mendici, & sine focis aduersus patritios tyrãnicas, & inæquales: ac ne senatui quidem relinquentes pręconsulendi potestatem, sed & hunc ei honorem auferentes, quem semper habuerit indubitabilẽ, tunc etiam cum regibus tyrãnis'q; vrbs subesset. Multa quo'q; addens ab his similia, néque vlla re amara, aut male dico nomine abstinẽs. Postremo illum quo'que addit sermonem, per quem maxime indignata est multitudo, nunquã esse desituram à seditionibus ciuitatem. Sed semper veteri morbum aliquem nouum adiecturam, donec staret potestas tribunatia, docens idem quod omnis ciuilis at'que publice rei, considerari oportet principia, vt sint pia atque iusta. Solere em̃ ex bonis seminibus fieri vtiles, & fortunatos fructus, & ex malignis malos, & exitiales. Si hic igitur magistratus per concordiam ingressus esset vrbem, in bonum omniũ aduenıens cũ auspicijs & religione, multorũ nobis, & magnorum fuisset bonorũ causa, gratiarum consensus: Bonę legum constitutionis spei bonę à numine plurimorũ'que aliorum. Nunc aũt quãdo eum vis introduxit, & iniquitas, & seditio, ac ciuilis belli metus, om̃ia'que in hominibus inimicissima, quid amplius debet esse vtile aut salutare talia sumentis principia, ita vt superfluum sit nobis curationem, & remedia pululantiũ ex ea malorũ quęrere quęcunq; in humanam ratiocinationem cadũt manente adhuc radice praua. Neque. n. finis erit aut liberatio deorum iræ, donec inuida ista vorax'que furia insidens, viciet corrumpat'que pulchra omnia: sed de his quidem alius erit sermo, tẽpus'que magis idoneum. Nunc vero quando præsentia, opus est cõponere omnẽ ipse dissimulationẽ omittens, sic vobis dico, neque ista neque alia lex de qua prius senatuscõsultum factum non fuerit, vlla prorsus in consulatu meo feretur. Sed & verbis pro optimatũ certabo potentia, & si ad opera veniendũ erit nihil relinquã ex aduersantibus. Et si prius non cognouistis quantam vim habeat, potentia consulũ, sed magistratu meo discetis. Et hæc quidẽ Appius ex Tribunis autem maximus natu plurimæ'q; dignatis Caius Letorius, Vir in bellis cognitis nõ ignaui animi, nec ad publica administrãda inualidus, responsurus ad hęc assurgit. Multũ'que percurrit sermonem pro plebe, à superioribus incipiens. quàm multas graues'que pertulissent militias vexati ab hoc contumelijs pauperes. Nec sub regibus tantũmodo, vbi aliquis causari posset necessitatem. Sed post eorũ quo'que eiectionem, acquirentes libertatem principatum'que patriæ, nullam ipsi remunerationẽ à patritijs ferentes, nec bonorum publicorum fruentes vllo. Sed tanquã bello capti etiam libertate ab eisdem priuati quã seruare cupientes, coacti erant primã relinquere terrę alterius desiderio in qua liberis eis nulla inferetur iniuria. Ac quod neq; vim inferentes senatui, neq; eũ cogẽtes bello

Ex bonis seminib9 boni fructus, ex malis aũt mala.

C. Letorij oratio.

bello reditum ad propria inuenerant. Postulantique eidem, ac roganti vt relicta resumerent cædentes hoc dederant, iuramenta'que percurrit pactiones'que factas in reditu cōmemorauit, in quibus erat priorum omniū decreta obliuio. deindéque potestas data pauperibus magistratus creandi vindices suos, & vim afferre sibi volentibus oppositos. Percurrens'que ista, leges ostendebat, quas plebs non multo ante firmauerat. Et vt iudiciorū trāslationis dederat senatus plebi potestatē iudicandique quoscun'q; patritiorum ei videretur, & vt in latione suffragiorum nō amplius secūdum ordines habuerit. Sed curiatam fecerit concionem calculorum dominam. percurrens'que hunc de plebe sermonem conuersus inde ad Appium, & posteà inquit. Audes tu his maledicere, per quos magna quidem ex parua, & illustris ex ingloria vrbs facta est, alios'que seditiosos vocas, fugitiuam'que eis quandam fortunam exprobras, quasi non his omnibus reminiscentibus, id quod apud vos fuerit, quod dissidentes à primoribus maiores tui, patriam'que relinquentes habitationem huc transtulere, nisi forsan relinquentes vos patriam, desiderio libertatis, pulchrum effecistis opus Romani idem faciētes non pulchrum? Audes tu etiā vt in malum ingressam hanc vrbē, tribunitiā potestatem accusare, & his suades vt auxilium tollant pauperum sacrosanctū & immobile magnis'q; initium per deos homines'q; necessitatibus? O plebis osor valdé'q; tyrannice, nec hoc adhuc discere potuisti, quod ista dicens & senatui & magistratui tuo male dicis, & enim dissidens senatus omnis à regibus, quorū non amplius superbiam contumelias'q; volebat ferre consulum instituit magistratū & priusq̄ eos vrbe expelleret, alios fecit regiæ potestatis dominos: ita vt quę de tribunatu dicis, vt in malum introducto, quando initiū à seditione cœpit, etiā aduersus cōsulatū dicas. Neque enim ipsum quoq; alia introduxit causa, quā patritiorū a regibus dissensio. Sed quid ego hæc tecum disputo, vt cum æquo & moderato ciue, quē hi ommes sciunt fœdum esse genere & acerbū & osorem plebis & ferinū illud natura, mitigare nequeuntē, sed non aduersabor verba faciens operibus contraria, sed ostendam quātam habens vim plebs te latuit, quā sine aris & sine focis non erubescis, sordidam'q; appellare, quātāque vim habeat hic magistratus, quem venerari, & cui cędere te lex iubet, dimittens enim & ipse omnē dissimulationem, opus ipsum incipiam. Et his dictis, iusiurandū quod est apud Romanos maximū iurauit, aut se legem perlaturū, aut vita esse cariturū. secuto autem multitudinis silentio, & concertationis expectatione, quidnā acturus esset, abire iussit é cōcione Appiū. Cum vero ille non pareret, sed lictores assistens sibi, turbā'que aliam quā paratā domo duxerat repugnaret ne decederet è foro, silentiū per pręconem iubens Letorius dixit. iubere tribunos duci consulem in carcerē, iussus'que ab eo minister accessit tanquā corpus apprehensurus. Sed eum lictorum primus feriens abegit. Clamore autē ab astantibus exorto magno: & indignatione, vadit Letorius ipse cum parata turba auxilio, obstitit Appius cateruā habens iuuenū magnā & validam. Post hoc'que sermones inhonesti inter eos fiunt & inclamationes corporum'que impulsiones, tandē'que ad manus peruenit rixa, cœpit'que in iactus lapidum progredi, compescuit autē ista, ac ne vlterius acerba procederent, causa fuit, consul alter Quintus rogans omnes & leniēs vna cū senioribus senatorum & in medios certantes intrusus. Erat autem reliqua pars diei breuis, ita vt inuiti alteri ab alteris dissoluerentur. Diebus verò sequentibus magistratus sibi inuicem obijciebāt.

Consul tribunis quod imperiũ eius dissoluere voluisset, plagas corporibus, sacris sacrosanctis'que per legẽ. Habebat enim adhuc Letorius signa verbum visui manifesta. Ciuitas'que tota diuisa, efferata'que dissedebat. Minuitque plebs deinde cũ tribunis capitolium. Neque dies neque noctes deserens eius custodiã. Senatus autẽ conueniens multam laboriosam'que faciebat inquisitionem, quonãmodo compesci posset seditio, considerans periculi magnitudinẽ. Et quòd ne eadẽ sentire consules contingebat. Quintius enim concedi plebi moderata ęquũ censebat. Appius autem ad mortem vsque aduersebatur. Cum verò nullus fieret contentionũ modus seorsum quosq; prehendens Quintius tribunos & Appium rogabat eos & molliebat & vt necessaria magis publica quàm priuata ducerent postulabat, atq; videns hos quidem mitigatiores. Collegam verò in eadẽ pertinatia manentẽ suadet Letorio, vt de omnibus priuatis, publicis'q; expostulationibus dominũ senatũ faciat. Quod vbi perfecit, senatum conuocat multum'q; tribunos laudans, rogans'q; collegam, ne aduersum salutaria vrbi ageret, rogauit eos, qui rogari sentẽtiã solebãt, primusq; vocatus Publius valerius publicola, huiusmodi sententiam tulit quæcunq; sibi inuicem tribuni consul'q; obijcerent, agentes illi patientes'q; in turba, quandoquidem nec ex insidijs, nec proprie cupiditatis causa, sed ambitiõe studio'que in rempublicã in hęc deuenerant dimitti publice, neque de eis vllum esse prorsus iudiciũ. De lege vero postquã Appius consul, non permiserat in concionem eam in præconsultã efferri, senatum consuli oportere, ac tribunos cum consulibus agere curã concordię ciuium, atque decentis moris cũ ferentur suffragia, laudantibus autem sententiã eius omnibus dedit statim Quintius senatui de lege calculos. Multa'que accusante Appio, multaque in aduersum dicentibus tribunis, multis vicit calculis sententiã, legẽ inferri volens. Confirmato'que senatusconsulto, & priuatę magistratuũ dissensiones sunt dissolutæ. Et plebs grate senatus concessum suscipiens, decreuit legẽ. Ab eo'que tempore vsque alia ad hoc, ad tribunorum ædiliũ'que comita sine auspicijs, si neque omni religione ferunt tribules conciones suffragia, ea'que fuit dissolutio occupantis tunc vrbem tubæ, neque multo post visum est Romanis, vt exercitus conscriberent, emitterent'que ambos consules aduersum equos, & volscos. Ab vtraque enim gente magnæ copię exisse nuntiabantur popularique Romanorũ socios, paratis autem cum festinatione viribus Quintius bellum gesturus cũ equis. Appius cum volscis, accœptis sorte imperijs egressi sunt. contigit autem vtrunque consulem pati verissimilia. nam obueniens Quintio exercitus, clementiam moderationẽ qùe eius viri amplectens, promptus erat ad iussa omnia exequenda, multas'que subibat sæpius sua sponte periclitationes duci gloriã honorem'que acquirẽs. Multamque regionis equorum populabũdus peragrans, nequaquam audiẽtibus cõferre manum hostibus. Ex ea'que prædam, magna'que acquirebat emolumẽta. Tẽpus'que non multum in hostili regione cõterens, in vrbem affuit malorũ expers. Clarũque adducens ex rebus gestis imperatorem, exiens autẽ cum Appio exercitus, odio in eũ neglexit multa patrię commoda, & cum in cæteris maliuolus, per totam militiam, paruipendens'que ducem perseuerauit. Tum vbi pugnãdum fuit aduersus volscos instructus in acie, à ducibus noluit manum cum hostibus cõserere. Sed & centuriones & signiferi, alij signa proiciẽtes, alij aciem deserentes, refugerũt ad vallum. Ac nisi hostes mirati præter rationẽ fugã vtrique, ne aliqua subesset fraus, ab vlteriori

perse-

persecutione destitissent. Maior vtiq; pars romanorũ perdi potuit, fecerunt autem hæc erga ducẽ inuidia, ne decertans pulchre hic vir triumpho, alijs'que illustraretur honoribus. Die aũt postero, partim increpantes cõsule fugã ignominiosam, partim adhorẽte eos, vt per pulchrũ certamẽ aliquod diluerẽt opus turpissimũ, partim etiã minante, nisi consisterent ad grauia, se vsurũ legib⁹ cõtumacia vsi sunt, & cõuitijs. Et vt se abducerẽt, iubebãt ex hostili regione, tanquã inualidi essent ob vulnera ad resistendũ amplius. Obligarãt em̃ multi sana corpora tãquã saucea. Ita vt coactus sit Appius abducere ex hostili agro exercitũ. Quẽ sequẽtes volsci ab euntem, multos ex eis interfecere. Vbi vero in amica regione steterũt, cõgregans eos ad cõtionẽ consul, multa'que exprobrãs, se vsurum ait punitione desertorum aciei rogantibus-que eum multum senibus, alijs'que honoratis ciuibus, vt moderatius ageret, neque super calamitate vrbi calamitatem adderet. Nullius eorum rationem habens punitionem confirmauit. Post'que hoc centurionum, quorum manipuli fugerant, & ante signariorum quicun'que signa amiserant, alijs securibus dicisa sunt colla, alij fustibus pcussi, periere, cęterę'q; multitudinis. Decimus quisq;, quẽ sors poposcisset, corã alijs moriebantur. Ea em̃ es romanis in desertores aciei figura'ue abijcientes, patria punitio. Dehinc'q; dux ipse inuisus, & quod supererat exercitus mœstũ inhonorum'que adducens, adueniente tempore, comitiorum in patriã redijt. Creatis autem post hos consulibus Publio Valerio iterum. Tyberio'que Aemilio, tẽpus quoddam breue continentes se tribuni sermonem, iterũ de diuisione agri introduxerunt. Adeuntesq́ue consules postulabant, vt seruarẽt plebi promissiones quas, fecerat senatus Spurio Cassio, proculo'q; Verginio cõsulibus, rogãtes'q; ambo cõsules, & cohortãtes eis opitulabant. Tiberius quidẽ Aemilius odiũ quoddã vetus, neq; sine ratione in senatũ referens, quod petẽti patri eius, triũphum ducere nõ permiserat. Valerius autẽ sanare volens iram plebis, quę in se erat ob Spurij Cassij mortem, quem vt regnũ affectantẽ occiderat quęstor, tum Valerius virũ ea ętate illustrissimũ, in ducatibus bellorum ciuilibus'que actionibus. Qui & primus in vrbem institutum de diuisione agri introducens, propter hoc maxime tanquam plebẽ ad se attrahens, patritijs inuisus erat. Tum'que igitur pollicentibus consulibus se propposituros in senatu de diuisione agri publici sermonem. Confirmationique legis futuros auxilio. Credentes tribuni in senatu aderant, sermones'que percurrunt mites, quibus nihil contradicentes consules, ne contentionis opinionem inferent, æuo maximo sententiam rogauerunt. Fuit autem vocatus primus ab eis consulum alterius Pater Lucius Aemilius qui, sibi iustum videri dixit, vtileq́ue futurum vrbi esse omnium, ac non paucorum publica. Suadentique plebi, vt indulgerent consulebat ad hoc, vt fieret concessio eorum gratia. Multa enim alia voluntate non dantes ipsos necessario ei concessisse, obtinentes'que possessiones temporum quidem, per quæ eas possederant latentes ipsi habere gratiam reipublicæ volebat, prohibitos vero eosdem perstare non cupere, dixit'que (esse iure quod omnes consitentur validum) publica esse omnium communia. Priuata vero esse cuiusque ea lege possidentium, necessarium'que esse iam rem a senatu fieri, qui decem ante & septem annis diuidendum agrum decreuisset, declarasset'que tunc se hoc ad vtilitatem consuluisset, ne fieret ager solum, neue habitans vrbem pauper turba segnis esset, vt nunc, alienisque bonis inuidens, Vtque educaretur vrbi iuuentus in suis ædi-

Puninio i deserto res aciei.

V. Aemilius sermo de diuisione agri.

Oratio Aemilij.

bus patrijs'que cortibus habens aliquid. Ex eo'quod pulchre educata esset magnifice de se sentiens, quādo quidē eis, quę nullā habent sortem,& ex alienis pecunijs, quas per mercedē acquirunt, aspere nutriuntur, aut à principio nō innascit̃ procreādorū filiorū amor. Aut innatus malos effert fructus. neque satis felices fœtus esse, ex humilibus vt (verisimile est) acquisitos nuptijs & in egena educatos fortuna. Ego igitur inquit sententiam hanc effero vt consulta à senatu & ob interuenientes turbationes relicta consules corroborent. Atque viros peracturos distributionē eligant. His ab Aemilio dictis secūdus vocatus Appius claudius proximo anno cōsul cōtrariā protulit sentētiā. Docēs quod nec diuidēdi publicā volūtatē senat⁹ habuit nā pridē visa ei finē habuissent. Sed in tēpus aliā'que cognitionē rē distulit, sedare volens tunc vigentem seditionē. Quam tyrānidi aspirans cōsul introduxerat. Pœnas idem postea dans pulchras. & quod neque senatus cōsultū accipientes secuti cōsules decretis finem imposuissent, videntes quantorū malorū initium vrbē ingrederetur, assuescendo pauperes ad publica sortiēda, sic'q; post illos consules, quindecim cōsulatus alij multis sibi propositis à plebe periculis, nihil vtiq; voluerint quod non cōferret agere. Quia sibi non liceret senatusconsultū, hos agri diuisores creare, sed primus illi consulibus, ita vt nec vobis inquit Valeri, tu'que æmuli liceat diuisiones inferre, quos neque vobis mandauit senatus, neque tute se habent. Iis qui maioribus sunt orti bonis, ac de senatus quidem consulto: quod nō eo tenemini vos tanto post consulatū gerentes, hęc sufficiant, de vi autē aut latenter depeculātibus quibusdā publica breuis mihi sermo sufficit, si quis enim scit fruentē aliquem eis: quorū nequeat possessionē ex lege ostendere, indiciū defferat consulibus, & ex legibus res iudicetur. Quas non opus est nunc nouas scribere, iampridē enim sunt scriptę. Nec vllū eas deleuit tempus, quādo vero etiā de vtili verba fecit æmilius, tanquā in bonū omniū futura diuisione agri. Nec hanc partē volo equidem irredargutā sinere, nam hic mihi videtur pręsens tantum cernere, ac non futurū prospicere. Nā quod paruū adhuc apparet dari de publico, segnibus & pauperib⁹, multorū erit magnorū malorū causa. Nā ingrediens vnà cum hoc cōsuetudo permanens'que in vrbe perniciosa omnino erit & dira, nō eīm eximet ex animo eorū prauas cupiditates id quo potient̃. Sed augebit potius prauiores'que faciet. sint eīm vobis argumēto horū opera. Nā quid oportet vos: aut ęmilij sermones attēdere, scitis eīm sané oēs quot bella vicerimus quātū'que agri acquisiuim⁹ quātūque prędę ex captis locis acceperim⁹. Quibus rebus priuati hostes, fęlices primū, nūc ī magna cōstituūt inopia q̄ accepere. scitis eīm quod à nullo sunt horū abacti, neque deteriores facti, isti q̄ nūc deflent inopiā, an igit̃ ob has acq̄sitiōes apparēt ex vetere fortūa erepti, & īuictū illustriorē ꝓgressi, vellē vtiq; & precarer deos, vt min⁹ essent molesti vrbi cōtubernales. nūc eīm videtis & auditis cōplorantes eos quod in vltima sunt inopia, ita nec si ista quę nūc petūt: accipiāt, adhucq; plura istis, cēsum suū sint erecturi. nō eīm habitat in fortūa eorū inopia, sed in morib⁹, quo nō modo sors hęc parua expleret. Sed nec oēs simul regū tyrānorūq; largitiōes. Faciem⁹ aūt si hęc eis cōcedem⁹, qualia agūt curantes egros medici ad voluptatem. Non enim egrotās ciuitatis pars sanabitur, sed sana morbi potietur. Ad summā vobis senatores multa opus est diligentia & cura, vt sanetis cum prōptitudine corruptos mores ciuitatis. Videtis enim in quæsit progressus plebis inornatus, & vt non amplius dignetur à cōsulibus se regi. Et quam

Appij oratio.

quàm non modo non penituit ipsam hic actorũ, sed eundẽ quoq; in exercitu demõstrauit inornatũ arma abijciẽs, aciẽq; deserẽs, signaq; hostibus obijciẽs, & fuga ante quã ad manus veniretur probrosa vtens, tanquã soli mihi ademptura ex victoria gloriã. Ac nõ patrię etiã aduersis hostiũ lęticiã, & nunc volscis. De romanis trophea sistit, & ornantur nostris spolijs illorũ tẽpla. Et ingloriationibus quãtis nũquã antea nunc sunt eorũ ciuitates, primũ illæ captiuitati & occidioni nostrorũ ducum obnoxię. iustũ igitur & pulchrũ est pro talib⁹ bene gestis, vos gratiam eis referre & muneribus ornare publicis diuidentes agrum. Cuius quantum in ipsis fuit sunt hostes domini. Sed quid opus est, hos obiurgare, quibus propter ineruditionẽ & genus improbũ, pauca est honesti ratio videntes quod nec in vestris moribus omnib⁹ habitat amplius antiquus sensus, sed peruicacia vocatur dignitas ab aliquib⁹, stulticiaque iusticia. Furiosum autem & virile & fatuitas modestia. Quę vero odiosa apud superiores erat, ea nunc extolluntur, & apparent admiranda corruptis hominibus bona, ignauia & dicacitas malignitasque & versuti sapientia & ad omnia procacitas, ac nemini meliorum obtemperare. Quę iam multas vrbes validas occupãtia à fundamentis euertere. Hęc ò senatores vobis siue iocunda sunt siue molesta, omni cum veritate liberoque animo sunt dicta. Persuadendis quidem vobis, siq; persuadebitur in pręsentia vtilia, & in futurũ tuta. Mihi vero qui pro communibus cõmodis, priuatas inimicitias suscipio, futura multorum periculorum causa. Sum em̃ sufficiens ad pręuidendum euentura ex ratiocinatione & exempla mihi capio de casibus aliorum. Talia dicente Appio, Cæterisque fere omnibus approbantibus, dimissus est senatus. Tribuni vero irato animo ferẽtes eam repulsam abiere. Posteaque considerabant quemadmodum vlciscerentur, damnarentque hunc virum. Multumque consultantibus eis, visum est, vt accusarent eum criminis alicuius: quod poena mortis ęstimandum esset, posteaque in concione ipsum accusantes diem ei dixere, qua de eo ferenda essent suffragia. Quę vero accusaturi erant, hæc fuere, quod prauas diceret aduersus plebem sententias. Excitaretque in vrbe seditionem. Attulissetque pręter sacras leges tribuno manus. Et exercitum ductans cum iactura, magnoque pudore reuersus esset. Talibus in cõcione dictis, & die certa pręfinita, qua finis liti imponendus esset, denuntiarunt ei, vt adesset causam defensurus. Indignantibus autem patritijs omnibus, Et multa cũ promptitudine conantibus eum virum seruare. Admonentibusque Appium, vt tempori cederet vestemque pręsenti fortunæ conuenientem sumeret nihil se factutũ dixit non generosum aut prioribus actis eius nõ dignũ. Seq; mortẽ milies toleraturũ, poti⁹ q̃ genua alicuius cõplexurũ. Ac paratos quoq; ad rogãdũ pro se, agere id vetuit. Dicẽs q̃d dupliciter erubesceret, vidẽs ꝓ se alios faciẽtes. Quę ne pro se q̃dẽ ipse agere decẽs duceret. Hæc & multa alia dicẽs his similia, neque vestẽ mutãs neq; à vult⁹ elatione variãs, neq; spiritũ quicque summitẽs, vbi vidit erectã & suspẽsam ab expectatiõe certaminis ciuitatẽ, paucis adhuc deficiẽtibus ad iudicij finẽ dieb⁹, se ipsum ĩterfecit. simularũt vero necessarij sui morbũ fuisse ei mortis causã. Allato vero ĩ forũ corpore, adiẽs fili⁹ eius tribunos & cõsules postulauit cõgregari sibi legitimã cõcionẽ, & vt haberi cõsuetã romanis ĩ funeribus clarorũ virorũ Orationẽ de patre eloqui se permitterent. Tribuni vero vocata à consulibus contione obstabant. Denũtiarũtq; adolescenti, vt auferet mortuũ, sed non tamẽ hoc plebs passa est, ne-

Ironia.

Finis Appij orationis.

Mors appij.

que neglexit eam contumeliam eijci inhonorē corpus. Sed permisit adolescēti reddere legitimos honores patri. Talis'q; igitur potitus est finis Appius. Consules aūt cōscriptis exercitibus, egressi sunt vrbem, Lucius Valerius aduersus Equos. Tyberius autem Aemilius ad sabinos. Nam isti quo'que per occasionē seditionis irruperant in romanum agrū. Magnam'que eius partem affligentes, conducta præda ingenti abierant. Equi igitur manum sępius conserētes, multas'q; accipientes plagas, in vallum loco munito situm confugerunt, neque amplius prodibant in pugnā. Valerius autem vallum eorum obsidere conatus, prohibitus est à numine. Progredienti nam'que ei, & iam opus aggresso, caligo exorta est ex serenitate, & imber multus, fulgura'q;, & tonitrus asperi. Atq; disperso exercitu, & tempestas cessauit statim, & multa locum obtinuit serenitas. Hoc igitur opus, consul in regionem vertens, prohibētibus quo'q; vatibus, aduersus est ab obsidione valli. Agrum vero eorum peragrās afflixit. Et quantancū'que prędam obtinuit, eam omnem in emolumentum. Aemilio autem gradienti per hostilem terram, à principio multo cum contemptu, neque aliquid sibi aduersas amplius expectanti, superuenere sabinorum vires. Fitq; pugna inter eos ex acie, à meridie fermè incipiens vs'que ad occasum solis, interuenientibus'que tenebris, redierunt, vtrę'que vires in sua castra, nec vincentes, nec victæ. Diebus autem sequentibus, sepelientes mortuos duces vtrique suos, vallo etiā fossam defoderunt, eandem vtrique, habentes cognationem custodiendi sua, neqúe amplius prælium incipiendi. Deinde aūt post tempus aliquod soluētes tabernacula abduxerunt exercitus. Post hos autem consules, septuagesima octaua olympiade, Qua vicit in stadio Parmenides Posidomates. Imperante Athenis Theagenide, creati consules sunt, Aulus Verginius Nomentanus, & Titus Numitius priscus. Quibus nuper inito magistratu, nuntiatur exercitus Volscorum, qui iam adesset multus. Neque muto post suburbanus relictum quoddam comburitur. (Erat autē non procùl roma.) Nuntiauit'que fumus ciuibus id malum, tunc'que igitur, Erat enim nox. Adhuc mittentes equites, aliquot consules explorandi causa, ac custodes super mœnibus vrbis collocantes. Et ipsi ante portas instructi cum expeditissimis militibus, nuntios ab equitibus accepere. Et vt dies fuit, congregatę'que sunt eis in vrbe copię, duxerunt eas aduersus hostes, qui quidem direpto concremato castello celeriter abierant. Tunc'que igitur extinguentes ardentia consules, relinquētes'que loco præsidium, reuersi sunt in vrbem. Post'que paucos dies habentes, & domesticas, & à socijs copias, egressi sunt vtrique Verginius ad equos, Numicius ad Volscos, & ambobus ex sententia res bellicę euenere Verginio enim populanti, regionem eorum non sunt ausi equi prodire obuiam. Sed insidias quasdam disponentes in siluis per electos viros, qui dispersis hostibus, superuenturi erant, spe sua fraudati sunt. Præsentibus id romanis, commisso'que prælio, in quo multos amisere suorum equi. Ita vt non amplius periculū alterius pugnæ facere voluerint Numicio autem ducenti exercitū ad vrbem Antiatū, quę tūc in primis erat Volscorū vrbib⁹, nullę vires obuiā processerūt. Sed coacti sunt mœnibus vni quiq; repugnare. Interimq; regio eorū vexata est, & oppidū est quoddā maritimū. Quo & nauali & terrestri foro rerū necessariarū ad vitā vtebāt, ex mari quo'q; per latrocinia multas aduehentes opes. Mācipia ita'q; & pecunias & pecora, mercimoniales'que sarcinas concedente consule, diripuit exercitus. Corpora autem libera quicun'que bellū

Olympias septuagesima octaua. A. Verginius. T. Mumicius.

non

non perdiderat, ad forũ vbi prȩda venditur, ducta sunt, ac captæ etiam sunt Antiatũ viginti naues, & duȩ lõgȩ. Et arma nauiũ, & apparatus. post'q; hoc iubẽte cõsule, incenderũt domos romã, deiecerunt'q; naualia euertentes muro etiã à fundamentis. Ita vt, nec abeuntibus eis, vtile esset amplius Antiatibus oppidũ. Et hȩc quidẽ seorsum ab vtro'q; cõsule sunt gesta. Et ambobus his viris simul adhuc exercitus in sabinorũ ductus est regionẽ, quã copulati illi, duxerũt domũ copias. Hicq; finitus est annus. Sequẽti aũt anno Quintio capitolino, Quintoq; seruilio prisco cõsulatũ accipiẽtibus, Et romani in armis erãt, Et ante iussum socij nolẽtes aderãt. Postq; hȩc cõsules rogatis deis, & lustrato exercitu, exierũt aduersus hostes, ac sabini qdẽ, in quos seruilius irruperat, nec in pugnã venerũt, nec in cãpestria exiuerũt. Sed manẽtes in oppidis patiebant̃, cũ interĩ vastari regionẽ incẽderẽt̃ domus, trãsfugerũtq; famuli, ita, vt per multã facilitatẽ abirẽt romãi ex eorũ regiõe, onusti p̃da gloriatioñéq; illustres, ac seruilij qdẽ militia hĩc finẽ hũit. Qui vero cũ Quintio militabãt aduersum equos & volscos, cõuenerãt em̃ in eũdẽ locũ ex vtraq; gẽte propugnatores, & ante vrbẽ Antiũ cõsederãt. Citius quã gradati eũtes apparẽt eis, & haud procul ab eorũ vallo distãtes, in quo primũ visi sunt loco, & viderũt hostes humili ipso impedimẽta posuere, exhibere volẽtes opinionẽ se minime timere hostes lõge prȩstãtes multitudine. Et vt parata fuere ambobus ad pugnã oĩa, exiuerũt in planiciẽ, cõcurrẽtes'q; pugnarũt vs'q; ad diẽ mediũ, neutri cedẽtes hostibus, neq; ipsos superãtes, ȩquãtes vero vtriq; semp̃ quòd deficeret, per dispositas ad hoc cohortes, in hoc'q; maxĩe equi & volsci multitudine abũdantes, superiores erãt romanis. Videns autẽ Quinti⁹ mortuos suorũ multos, & eorũ, qui supererãt plurimos saucios, reuocaturus erat suos. Timens autẽ ne fugæ opinionem præberet hostibus, periclitandum esse suis existimanti, at'que eligens equitum strenuissimos. In dextrum cornu, quod maxime laborabat auxilio accurrit suis. Et partim exprobrãs ducib⁹ ipsis ignauiã, partim cõmemorans priora certamina, partim pudorẽ demonstrans & periculum, quod ipsos esset suscepturum in fuga, rem postremo introduxit nõ veram, quȩ maxime confirmauit suos. Hostibus'que metum attulit. Dixit enim iam vicisse cornu alterum, propéque vallum iam esse hostium, & his dictis inuadit hostes. Atque descendens ab equo ipse cum electis, quos habebat secum equitibus cõspirantes pugnabant. Hincq; audacia quædam prius deficientibus incidit, propelluntq; omnes, tanquã alteri quidã facti: volsci verò (nã hi ab ea parte statuti erant) diu cum præstitissent inclinãt. Quos vt repullit Quintius, ascendens equum, tẽdit ad aciẽ alterã, ostendit'q; peditibus victam partem hostium, hortabatur'que, ne alteris virtute cederent, post hoc'que nihil amplius stetit hostium. Sed intra vallum omnes confugere, nec tamen eos persecuti, sed conuersi sunt statim Romani lassitudine remissis corporibus, Nec arma habentes illi amplius paria. Diebus autem paucis intermissis sepulturȩ suorũ, curationis'q; languentiũ causa prȩparãtes, quæ deficiebãt ad bellũ, alterũ cõmisere prȩliũ iuxta romanorũ vallũ. Nã aduenientibus alijs virib⁹ ex circũstãtibus locis haud multũ lõginquis volscis'q; & equis, dux eorũ elat⁹, quoniã quincuplo plures erant sui hostibus, videns'que castra hostium ipsorum non intuto, optimum putauit tempus esse inuadendi eos, hoc'que cogitato, de media nocte duxit copias ad romanorum vallum, id'que circundans custodiebat ne se illi laterent abeuntes. Quintius autẽ vbi hostiũ cognouit multitudinẽ, lȩte id accȩpit, &

Quintius capitolinus, Quint⁹ seruili⁹

expectans diem, ac circiter horam tertiam defessos iam hostes sentiēs vigilia leuibus'que certaminibus neque eos caterúatim, néq; in acie adductos, sed multis in locis cōfusos & sparsos, apertis portis castrorū excurrit, vnà cum electis equitibus, sequuntur'que plenis manipulis pedites. volsci vero stupefacti horū ferocia furibūdaque inuasione, breue sustinentes tēpus repellūtur, simul'q; recedunt à castris. Erant autem haùd procùl à castris collis quidam modice altus, in quā illi recurrebāt tanquam requieturi. Rursus'que in aciē instruendi, sed non licuit eis cōsistere, séque recipere sequentibus expedite hostibus cōpressis quantum fieri poterat manipulis, ne perturbarentur vi euntes ad accliuem locū, fit'que certamen per magnam diei partem, ac cadunt vtrin'que multi, Atq; volsci superantes multitudine, locique adiuti munimento, neutro horum bonorum sunt vsi. Sed coacti alacritate romanorū, & virtute collē reliquere, & ad vallū fugiētes, multi interiere. Nō enim dimiserūt eos romani persequentes, Sed secuti sunt expedite, neq; prius sunt conuersi, quòd vi eorum vallum caperēt. Cuius domini facti & corporū & omnium quæcun'que in eo relicta erāt, & equorum & armorum pecuniarū'que plurimarum, ea nocte ibi permansere. Die vero sequenti parans consul omnia ad obsidionē opportuna, ad vrbē Antiatum haùd plus triginta stadijs distantē: copias adduxit, aderant autem præsidij causa antiatibus equorum quidam auxiliares milite s, muros'que custodientes. Qui veriti romanorū audaciā conati sunt ex vrbe fugere. Qua re cognita ab antiatibus abire prohibiti instituerunt vrbē aduenientibus romanis tradere. Quod cum item ad antiates delatum esset cedentes ipsi tempori, & cum illis cōmuniter deliberātes, Quintio vrbē tradunt. Cū hoc vti per fœdus abirēt equi, reciperēt'que præsidiū romanorū antiates, imperata'que facerent. Factus igitur vrbis dominus cōsul capiēsque stipendium, & alia quoruncū'que exercitus indigebat. Imponēs'q; vrbi præsidium, abduxit inde exercitū, quibus pro rebus senatus ei obuiam processit, vltro'q; triumphū obtulit. Post hos cōsules creati sunt Tyberius Aemilius iterum, & Quintus fabius filius vnius fratrū ducū Cremere præsidij. Ibiq; vnà cum clientibus delectorū, Senatus aūt concitantibus adhuc plebem tribunis ad diuisionem agri. Concertantéque cum eis altero consulū Aemilio, decreuit colere suscipereque pauperes, volentéque eo diuidere illis partem aliquem antiatum regionis. Quàm bello captam superiore anno obtinebant, creati sunt duces diuisionis. Titus Quitius capitolinus, cui se dederant Antiates: & cum eo Lucius furius Aulus'que verginius. Erat autem nequaquam grata pauperibus romanorū oībus distributio regionis eius quasi patria abigerentur. Paucis'que descriptis, visum est senatui, postquā sufficiens non erat missio vt latinorum, hernicorum'que volentes permitterent esse coloniæ participes. Sic'que missi antiū viri agrū suis diuisere partem eius Antiatibus quandam relinquentes. Interim'que exercitus vtrius'que consulis egressus est, Aemilij in Sabinorum regione, Fabijque in equorū, ac Aemilio multū tempus in hostili agro manenti, nullę vires obuiarunt certaturæ de regione. Sed sine metu ille eam detondēs, postquam tēpus comitiorū venit abduxit inde exercitum. Fabio vero equi potius quàm in necessitatem venirent exercitus sui delendi, aut murorū capiendorū caduceatores miserunt de reconciliatione, & amicitia consul aūt duorum mensium cibaria exercitui bina'que in virum vestimenta, & pecuniam ademenda in sex menses opsonia, & si quid aliud opus erat exigēs inducias cū eis fecit, donec romā venientęs ipsi

Quintius vrbe potitus.

Aemilius Fabius.

Titus Quintius L. Furius Aulus Vergini⁹

ipsi inuenirent à senatu belli dissolutionem. Ac senatus his cognitis permisit Fabio imperatori, vt quibus vellet conditionibus pacem cum equis faceret. Fiuntque post cum equis fœdera mediatore consule huiusmodi esse equos romanis subiectos vrbes suas ipsos regionem'que obtinentes mitterent'que romanis nihil, preter quã exercitum quando eis nuntiaretur sumptibus eũ emittens proprijs, his'que cõpositis abduxit Fabius exercitum. Et in sequentem annũ vnà cũ collega magistratus constituit. Fuereq; ab eis designati consules Spurius Posthumius Lauinius, quintus'que Seruilius priscus iterum, sub his'que consulibus visi sunt transgredi equi fœdera. Nuper facta cum romanis hac causa antiatũ quicun'que domicilia sortẽ'que habuerunt manserunt in regione diuisos sibi, & ablatos à colonis agros sub pactionibus quibusdam colentes partem'que eis pendentes fructum. Illi vero quibus nihil istorum fuit vrbem reliquere, suscipientibus'que prompte eos equis illinc isti exeũtes latinorum agros per latrocinia infestabãt, subsequenterq; equorum etiã quicunque audaciores erant & pauperes socij eis in latrocinijs fiebant, quas res deplorantibus latinis in senatu, ac postulantibus vt vel ipsi mitterent exercitũ, vel sibi permitterent incæptores belli vlcisci. Hæc intelligens senatus, neque exercitum decreuit, neque latius, vt educerent permisit, , sed legatos tres eligens, quorum princeps fuit Fabius, is per quẽ fœdus cum ea gẽte ictum erat, mandata eis dedit, vt à principibus eius gentis percontrarent, vtrũ de cõi sentẽtia mitterẽt in regioiẽ sociorũ romanorumque latrones. Fuerant enim in eam quoque excursiones quædam exulum, an nullius gestorum esset ciuitas eorum causa? quod si ea dicerent priuatorum fuisse opera misericordiæ permittẽte populo, repeterẽt quæ rapta erãt legati, ac sibi tradi maleficos peterent. Aduenietibus autem legatis audientes hæc verba equi, obliqua quædam dedere eis responsa, rem negantes de communi gestam esse sententiã. Sed qui ista ægissent tardi haud equũ esse censentes, amissa vrbe errabundos eos, & in equorum regione supplices. Ob qui indignatus Fabius, sponsiones'que ab eis deceptas reuocans. vbi vidit dissimulantes eos postulantes'que tempus, ad consultandũ, ac per hospitalitatis gratiã ipsum detinẽtes permansit, volens qui in vrbe fierent inspicere, atq; permeans per speciem contemplandi locum omnẽ publicũ, & sacrũ officinas'q; oẽs bellicorũ armorũ aliorũ iã pfectorũ aliorũ'q; in manibus adhuc opificum mentẽ eorũ cognouit, ac romã veniens nuntiauit, senatui quæ audierat & viderat. is'q; nihil amplius dubitans feciales decreuit mittere, bellũ eqs inducturos, nisi exules antiates expellerẽt, lesis'q; satisfacerent, equi vero ferocius respondentes his viris se non inuitos suscipere cõfessi sunt bellum. Sed non tñ Romanis licuit aduersus illos eo anno exercitum mittere siue per numen prohibiti, siue per morbos qui per magnã anni partem multitudinem detinuere. sed, custodiæ sociorũ causa praua queda emissa manus: quàm ductauit Quintius Seruilius alter consulum in latinorum cõmorata est finibus. In vrbe autẽ templũ fidei, spõsoris Iouis Spurius Posthumius cõsul alter nonis iunijs in capitolino colle dedicauit extructũ ipsum ab rege vltimo Tarquinio, nec per illũ legittima apud Romanos potitũ cõsecratione. Sic'q; igitur cũ tũc senatui visum esset, Posthumius inscriptionẽ eius sumpsit, aliud'q; nihil his cõsulibus gestũ est mentione dignũ. Nona autẽ septuagesimaq; olympiade, quę vicit Xenophõ Corynthius imperãte Athenis Archedemide cõsulatũ ineunt, Titus Quintius capitolinus, & Quintus Fabius Iulianus ter quintius à

Posthumius. Seruilius

Olympias septuagesimo nono Xenophõ

populo ad magistratũ illũ euectus. Fabius verò iterũ, quibus ambobus exercitus magnos, probæ'q; instructos tradens senatus emisit Quintiũ ad custodiã regionis, q cunque hostibus erat finitima. Fabium'q; ad populandũ regionem equorum, quos inuenit ad confinia magnis cum viribus eum expectantes, & vbi castra in locis tutis ac commodis vtrique, posuere, processerunt in planitiem, prouocantibus atque incipientibus pugnam equis. Permanserunt'que in multũ diei animose, strenueque pugnantes. Nec apud aliũ ponentes quequam, quàm apud se vtriq; victoriã. Vbi vero fuere plurimis eorũ gladij ob cõtinuos ictibus inutiles canẽtib⁹ receptui ducib⁹ redierunt, vtrique in castra post'q; hoc opus certamẽ quidẽ ex acie nullum amplius eis fuit. Sed leuia quidem prælia, & cõgressus inermiũ cõtinui in aquationibus, & in aduectionibus rerum venaliũ fiebant. In quibus etiã, vt frequentius æquo marte pugnabatur, dum hæc fiunt, pars quędã ab equorum exercitu profecta per alias vias incustoditas, in romanum agrũ irrupit, qui à confinibus plurimũ distans, ob hãc causam incustoditus erat, ex eo'que homines multos rapiens, & prędam latẽs'q; Quintium, ac castella regionis redit ad propria, quòd cũ assiduæ fieret pudorẽ maximum consulibus afferebat, postea vero cognoscẽs per exploratores, per'q; captiuos Fabius egressas esse vallum optimas equorũ vires, relictis in eo senioribus, exiuit ipse quoque noctu, ducẽs equitum peditũque robustissimas, interim'que equi direptis locis, qui inuaserant abibant, magnam ducentes prędã. Fabius vero non multum progressis eis apparens, prędam aufert, vicit prælio expectantes strenue'que pugnantes optimos eorum milites, reliqui vero sparsi, peritia'que itinerũ latentes, qui se persequebatur, confugerunt in castra. Hac perculsi inopinata calamitate equi soluentes vallum nocte abierũt, neque deinceps egressi sunt vrbem. Sed & frumentũ, quod iam in maturitate erat, asportari, videntes ab hostibus patiebatur, & greges pecora'q; abigi. Pecunias diripi, darique igni villas, & captiuos abduci multos. His'que peractis, Fabius cum iam tradi oporteret alijs magistratus, abducens copias abijt. Idem'que fecit Quintius. Atque vrbem ingressi, Aulũ Posthumiũ album, & Spurium furiũ fuscum consules designarũt. Quorum nuper initio consulatu, venere romam, missi festinanter nũtij à latinis, qui in senatũ introducti, certiorẽ eum fecere haud firmas esse res Antiatum, missa eis clàm ab equis legatione, ingrediẽtibus'que vrbem palã multis per speciem mercandi volscis, quos adducebant, qui reliquerant eam vrbem anteà ob inopiam, cum ademptus est eis ager antiates, & ad equos, vt ante dixi, trãs fugerat, corruptos'que esse nuntiabant simul cum indigenis etiam aduenarũ plures, ac nisi prius occupentur præsidio idoneo, exurecturũ illinc dicebant inexpectatum romanis bellum, neque multo post hos, alij ab Hernicis missi, nuntiabãt exisse equorum vires, confidentes'que eas in ipsorum agro, ferre ducere'que om̃ia, militare'que cum equis vna volscos, maiorem partem exercitus exhibẽtes. ad hæc aũt decreuit senat⁹ mittere ad perturbãtes res antiatũ. Et em̃ venerãt excusaturi quidam deprehensique erant sani sentire nihil alteram custodiã, quæ vrbem esset in tuto habitura, & ad equos alterum consulum Spuriũ furium exercitum ducere. Fuit'que egressus ambobus celer. Equi aũt sentientes exisse romanũ exercitũ, mouẽtes castra ex regione Hernicorum, obuiam ei processere. Et vbi alteri alteros viderũt die illa haud multum distantes inter se, illi castra posuerunt. Die'que postero venerunt hostes ad castra romanorum temptaturi eorũ sententiã. Et vbi in pugnam non descenderunt, leuibus

Posthumius Albus. Furius.

leuibus vtentes prælijs:nec agentes quicquam mentione dignum, cum magna ipsi exultatione abierunt, consul autem Romanus relinquens die sequenti castra(erat enim haud valde tutus is locus)in alterum commodiorem transtulit. Vbi fossam profundiorem ducens, vallum quoque erexit altius, quæ videntibus hostibus mul ta adaucta est ferocia. Adhucque maior, postquã alter eis aduenit socius,exercitus à volscorum equorum'que gente. Nihilque igitur tardãtes amplius, accesserũt, ad Romanorum vallum. Consul aũt considerans nõ affuturas sibi vires idoneas ad pu gnandum,cum vtra'que gente,mittit equites aliquot romã ferentes literas,per quas postulabat mitti sibi propere auxilium,tanquam esset in periculo amittendi omnes sub eo copias.Has accipiẽs literas collega eius Posthumius(Erat eñ nox fermè me dia,cum equites aduenerunt)per pręcones multos euocare domibus senatores oñes fit'que senatus consultum ante diẽ claram, vt Titus Quintus, qui ter consul fuerat, habens iuuenũ robustissimos equites, & pedites,proconsularique ornatus potestate occurrat hostibus expeditissime, & Aulus Posthumius consul alter, reliquas ducens copias,quas necesse erat, tardius ad eũ cõuenire quã celerrime liceat properet,& ipse auxilio. Iam eñ illucebat dies, Conduxit'que Quintus volũtarios milites ad quin= que virorum milia, nec multum differẽs, eduxit eos ex vrbe. Hoc aũt suspicantes, equi ad priusquã aduenireт romanis auxiliũ castra eorum aggredi cogitãtes,tanquã vi ea multitudineque capienda exiuere,diuidentes se bifariã,fitque magnũ per totã diẽ certamẽ,adsultãtib⁹ eis peruicaciter ad propugnacula à multis patrib⁹, nõ iacula omittẽtes, neque sagittas per arcus, neque lapides per fundas, nõ intermissis iactib⁹ emissos:interimque cohortantes se inuicem consul & legatus, vno'que tẽpore rese= rantes portas, excurrunt cũ robustissimis militum in hostes, & ab vtraque castro= rum parte irruentes in eos,auertunt ascendenres vallũ, fuga'que incępta,consul non multum persecutus est sibi appositos. Frater verò eius Publius Furius legatus im= petu,& alacritate latus vsque ad vallum hostiũ persequens,occidens'que eos, excur rit. Erant autem circa eum cohortes duæ,non plus mille hominũ habentes. Quod videntes hostes circiter quinque millia hominũ in eũ ex vallo excurrunt, & hi qui dem à frõte adueniunt, equites autẽ eorum decurrentes a tergo Romanos circunue niunt,hoc'que modo circundati qui cum Publio erãt,& a suis segregati, cum liceret eis seruari tradẽtibus arma,prouocauerãt enim eos ad hoc hostes magni ipsi estimã tes, se mille habere Romanorum captiuos:& vt per eos inuẽturi pulchras dissolutio nes belli despicientes,illi istos cohortationes'que se inuicem,ne quid indignum vrbe agerent:pugnantes,multos'que hostium occidentes omnes moriuntur. His autem perditis, elati equi hoc primo successu, aderãt ad romanum vallũ, caput Publi pilo fixum intendentes, aliorumque illustrium virorum, tanquã per hoc exterrituri qui intus erant,coacturique eos arma sibi tradere. Ad hos quidem ex amissorum cala= mitate subibat misericordia, & deflebant eorum vicẽ ad certamẽ vero duplex inna tã est ipsis fiducia,& pulcher amor aut vincendi,aut eodẽ modo,quo illi moriẽdi po= tius,quã i man⁹ hostiũ veniẽdi. Sicq; eã mãsere noctẽ cõsidẽtib⁹ ad vallũ hostib⁹, perseuerarunt'que Romani insomnes ac extruentes cõquassata castrorũ,& alia qui= bus arcerent hostes, si iterum reperiri vellent oppugnationis fortunã multa, varia q; parãtes. Diéq; postero insultus iterũ fiebãt,& in multis locis diuulsum est vallũ, ac sæpius ab exeuntibus per cõuersiones è castris repulsi sunt equi. Sæpius'que ab

P. furi⁹ legatus

P. Furius moritur

Quintius p. Coss.

illis etiam cæsi sunt confidentius exeūtes. Perq; totum diem hoc factum est. Quo in tempore romanus consul iaculo transeunte per clipeum vulneratur in femore,& plures alij illustres viri qui circa illum pugnabant. ceterum deficientibus iam romanis circa vesperum ferum apparet inexpectatus Quintius ducens auxilium voluntarium robustissimorum militum,quos videntes hostes conuertuntur dimittentes obsidionem imperfectam. Tuncq; exeūtes Romani incūbentesque abeuntibus,tardiores occidebant. Neq; tamen diu eos sunt persecuti,vt pote debiles multi ob vulnera,sed conuersi sunt propere, deindeq; cauebant inter se vtrique vsque in multū tempus. Postea vero altera equorum atq; volscorum manus,se pulchrum tempus habere rata, excurrendi romanum agrum castrametantibus in externa terra optimis eorū copijs egressa est nocte,& irrumpens in remotissimam regionem,vbi metus nullus colonis esse videbatur. Fit multorum capitū,pecuniarūq; domina. Nec tamen pulchras habuit aut fœlices demigrationes. Nam consul alter posthumius ducens collectum auxilium, ijs qui oppugnabantur in castris ex inasperato apparet eis,qui quidem minime sunt exterriti aut inuasionem eius timuere. Sed per otiū deponentes sarcinas & prædam in loco tuto.pręsidiumq; eis idoneum relinquentes instructi reliqui Romanis occurrunt,cōgressiq; multa mentione digna opera edidere pauci ipsi aduersum multos decertantes,confluxerant enim ex agris in eos plures dispersi leuis armaturæ aduersus viros habentes corpora tota contecta,multosque reliquerat romanorum mortuos,parū'q; affuit,quominus in aliena terra deprehensi trophęa de adeūtibus se exigerent,cæterum consul & cum eo romani equites electi,infrenatis equis propinquantes ad firmissimam optime'q; pugnantem cohortem, dissipant eis aciem,deijciūtq; cōplures. perditis autem propugnatoribus, auersi quoq; cæteri in fugam inclinant. Et qui relicti erant ad custodiam impedimentorum abeuntes:tendunt ad montes proximos. Sicque pauci eorum quidam in certamīe sunt amissi. In fuga vero valde multi imperiti regionis,ac romano persequente equitatu. Dum hæc fiunt,audiens consul alter Seruilius aduenientem sibi auxilio collegam,ac veritus ne obuiarent ei hostes, intercluderentque ad se iter diuertere eos cogitauit,faciens insultus vallo,sed præueniētes eum hostes,vbi senserunt calamitatem aliorum ex seruatis ex ea, soluentes ad castra prima noctes in vrbē abierunt nequaquam peractis omnibus quæ volebant. Nam pręter mortuos in pręlijs & in procursionibus tardiores etiam in ea fuga multo plures amiserunt. Nā'q; alij labore ac vulneribus grauati, perque otium incedentes deserentibus eos mēbris cadebāt. Circa latices pręsertim,& fluuios,tardentes siti. Alios vero Romani equites assecuti occidebant. Nec romani quo'que omnibus ad votum cedētibus in eo certamine reuersi sunt. Nam & multos amiserunt bonos milites in pręlijs & legatū omnium clarissimū in pugna factum, sed victoriam tamē ferentes vrbi nulla inferiorem rediere. Et hæc gesta sunt in illorū magistratu. Sequenti verò anno Lutio Ebutio,Publio'que seruilio Prisco imperiū accipiētibus,nullum bellicum aut ciuile opus egerūt memoratu dignum romani,vexati peste quāta nondū prius. Ea enim equarum primum armenta bouū'que inuasit. Et ab eis in ouiū caprarū'que greges penetrauit. Corrupit'que omnes fere quadrupedes : Dehinc pastores colonos'que attigit. Ac peragrans regionem omnē in vrbē incidit, vbi quantā multitudinē famulorū, & mercenariorū,turbę'que pauperis corrupit, haùd facile est inuenire. A principio enim

Ebutius. seruilius. Pestis acerbissima prio armenta inde greges pastores.

enim mortuos aceruatim super plaustris efferebat. Postremo illi quorum miseri- cordia haberetur ratio in vortices fluminis impellebant. Senatorij aut ordinis viro rum pars quarta inuenta est corrupta, inter quos ambo fuere cōsules, ac tribunorum plures. Cępit enim pestis circiter calēdas septembres, durauit'que annum illum to- tum. compræhendens pariter, & occidēs naturam omnē, ætatē. facta autem cogni- tione finitimis detinentiū romam malorū, pulchrū tēpus se habere putantes Equi & Volsci dissoluendi eius imperium, fœdera inter se per iusiurandum de societate fecerunt, ac parātes opportuna ad obsidionem quā celeriter vtrique potuere, copias eduxerunt, & vt auferrent romę auxilium à socijs in Latinorū, & Hernicorū primū regionem irrupere. aduenïente autē legatione ad senatum ab vtra'que oppressarum bello gentium ad auxilij aduocationem, accidit Luciū Ebucium alterum consulum esse illa die mortuum. Publius aūt seruilius propius, & ipse mortem, vt qui paulum adhuc spiraret senatum conuocat quorū plures semimortui allati in lectulis, & con sedentes responderunt, legatis astantibus, vt nuntiarēt suis permittere eis senatum, vt sua ipsi virtute hostibus repugnarent, donec consul conualesceret. Et laturus eis opem exercitus compararetur. Ista aūt respondentibus romanis latini omnia quæ- cun'que possent comportantes ex agris in vrbes, custodiebant muros cætera negli gentes. Equi vero ægreferētes vastationem direptionē'que agrorum captis armis exiuere, pugnantesqúe strenue, multos'que amittentes suorum pluresqúe hostium interficientes, coacti tandem intra mœnia confugiūt. Neque amplius temptarunt pugnam. Equi vero Volscique excurrentes regionem eorū sine metu, in tusculanū agrum aduenïūt. Quem & ipsum diripiētes, repugnante nemine, ad sabinorū fines aderant discurrentes'que per hanc terram etiam sine metu romā aduenïunt. Satis- qúe vrbem tumultu impleuerunt. Vbi tamen eam capere nequeūtes. Nam romani quamquā inualidis corporibus, & amisso vtro'que cōsule etenim mortuus erat nu- per seruilius, supra vires armati super mœnibus vrbis stabant. Erat aūt tunc circui tus eius quantus est Athenarum, murorū'que pars alia super collibus petris'que prę- ruptis posita, natura ipsa munita erat. Paucæ'que indigens custodiæ, alia ad flumen Tyberim extructa, cuius quidem latitudo quatuor est iugerū. Altitudo'que tāta vt possit magnas perferre naues. Neque pedibus transiri queat, nisi per pontē, qui tunc vnicus erat, totus'que ligneus quem per bella disiungebāt. Vnus autem locus vrbis expugnabilior ab exquilina ad colloniā portā. Opere redditus erat munitus, fossa ante eum ducta, lata vbi minimū plusquam centum pedes triginta alta. Murus au- tem fossę coniunctus aggeri intrinsecus ea est altitudine, & latitudine, vt neque cō cuti possit ariete, neq; suffusione fundamentorū euerti. Estque locus hic circiter se- ptem stadia in longitudinē quinquaginta pedes & latitudinem. Sicque in eo instru- cti Romani pro multitudine sua arcebāt hostiū inuasionem. Neque testudines sub terraneas construere scibentibus illa, seculo hominibus, neque quas vocant vrbiū captrices machinas. Desperantes itaque captionem vrbis hostes, recesserunt à mu- ris. Populantesque regionem quantūcūque peragerunt, adduxerunt domum co- pias. Romani vero interreges creantes comitiorum causa, vt solent cum sine magi- stratibus est vrbs consules designarunt, Lucium Lucretium, & Titum Veturium geminium. Horum'que sub consulatu cessauit pestis & ciuiles expostulationes pri uatæ & publicæ dilatione sunt potitæ, temptante nanque rursus institutum diuisio-

colonos'que vltimo vrbē inuasit

Cępit pestis calēdas septēbris.

Mors lucij.

Ro. obseditur.

Mors seruilij.

Latitudo Tiberis iugerum quatuor

Lucretiū Veturiū

Sextus Titus tr. plebis. nis agri mouere vno tribunorum plebis Sexto Tito prohibēteque populo,& opportuniora tempora reijciente,multa incidit omnibus promptitudo vlciscendi eos,qui pestis tempora aduersus vrbem castrametati erant,statimque bellum decernente senatu,populoque confirmante,conscripserunt legiones. Nemine eorum,qui in ætate militari essent,nec si aliquem lex absolueret, volente ea carere militia. Diuisis igitur,trifariam copijs vna par cuius ductor erat Quintius Furius,vir consularis relicta est ad vrbis custodiam. Duęque reliquæ cum consulibus exiuerunt aduersus æquos & volscos. Contigit autem id ipsum etiam factū esse ab hostibus. Nā vires optime ab vtra gente comparatę campestres erant sub ducibus, instituerantque ab Hernicorum incipientes regione, in qua tunc erāt peragrare omnem subiectorum Romanis agrum. A latere autem minus vtiles illis vires relictę erant ad custodiam castellorum propriorum ne quis in ea subitus hostium incursus fieret. Ad hęc autem consultantibus consulibus romanis,visum est optimum,vt vrbes eorum inuaderent ratione vtentes quadam huiusmodi,quod communis eorum exercitus dissolueretur,si audirent vtrique sua in extremis esse periculis,putantes multo esse melius seruare propria,quàm vastare aliena. Irrupitque igitur Lucretius in ęquorum regionem, Vecturius in volscorum. Ac ęqui quidem exteriora omnia amitti negligentes,vrbē oppidaque præsidijs tuebantur. Volsci vero confidentia arrogantiaque ducti,ac romanum exercitum pugno,vt suam multitudinem minime comparandum contēnentes, exiuerunt,certaturi de regione,consederuntque propè vecturium. Qualia vero parati solet exercitus nuper collectus Ex vrbana rusticanaque turba ad tempus conueniente paratus. In quo multi sunt inermes,periculorūque inexpertine ad manum is quidem venire cum hostibus confisus est,sed ad primā romanorum inuasionem perturbati multi,nec clamorem,nec armorum strepitum sustinentes,intra muros gregatim fugiunt,ita vt multi in faucibus viarum artis relicti morirentur,multoque plures persequentibus equitibus iuxta portas impulsi, Volsci igitur calamitatis potiri talis se ipsos amentię damnabant,neque amplius periclitari voluerunt. Duces vero qui eorum exercitus campestres & equorum habebāt audientes expugnata domestica,generosi & ipsi agere deliberabant, vt mouentes ex Hernicorū Latinorūque regione castra, exercitū romam ,vt ira impetusque ferebat,ducerent tali & ipsi moti opinione,quòd duorū pulchrorum opum sibi alterutrum bene agere contingeret,aut Romam ipsam incustoditā capere, aut detrahere è regione sua hostes,vt pote cogendis consulibus oppugnatæ patriæ opem ferre. His igitur institutis,ducunt festinanter copias, vt adortis eis vrbem de improuiso opus perficeretur. Venientes autem vsque ad vrbem Tusculum,ac sentientes romę mœnia,omnia plena armis,& ante portas considentes chortes quatuor sexcentorū hominum singulas a via romam versus declinarunt,in vrbis autem ad quā primū venerant regione considentes eam partem,quam in priore incursu intactam reliquerant,populabantur. Apparente vero eis altero consulum Lucretio,ponenteque castra haud procul,tempus esse putantes optimum pręlium committendi priusquā ei alterę romanorum vires,quas ductabat Vecturius,venirēt auxilio,positis in colle quodam impedimentis,ac relictis eis præsidio. Duabus cohortibus,reliqui in planiciem processere,ac cum romanis congressi,viri strenui in multum tempus extitere. Sentientes autem ex quodā positorum a tergo oppidorum descendētes,desuper

Qu. Furius.

rupe

rupe cohortis quasdam, suspicariq; consulem cum exercitu aduenire. Ac veriti ne vtrinque circunuenirentur, non amplius constiterunt. Sed in fugam vertuntur. In hoc'q; certamine duces eorum ambo generosorum virorum edentes opera, & alij multi strenui circum eos pugnantes cadunt. Fugientes'que cęteri ex prælio dispersi, in suam quique patriam rediere Ex hoc'que multa cum securitate Lucretius populatus est equorum regionem, atque Vecturius volscorum, donec tempus affuit comitiorum. Quo instante, copias duxerunt domum. Et vterque triumphum duxit Lucretius in curru vectus, Vecturius pedibus ingrediens. Dantur enim isti à senatu ducibus triumphi, vt dixi duo cæteris in rebus pares in eo, quod est equestris vnus, pedestris'que alter differentes.



DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM, SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM, LIBER DECIMVS.



POST HOS AVTEM CONSVLES, OLYMPIAS quidem erat octogesima qua vicit stadium Torymbas thessalus principe Athenis Phasicleo. Consules autem creati sunt Romæ Publius Volumnius & seruilius sulpicius camerinus. hique exercitū nullū eduxere neq; aduersus q se, aut socios lęderēt vlciscēdos, neq; rursus illi tanquā propria quid graue plebs aduersus se ꝓuidētiā adhibuere, ne custodituri, intra verò muros malis natū cōspirās ꝑageret. Turbabatur eñ à tribunis edocta, qđ forma rerū publicarū optima liberis est dicēdi liberta ęquas administrarique volebat ex legibus priuata simul & publica. nōdū eñ erat Romanis legū, neque dicēdi ęquabilitas, neque iusta scripta oia. Sed antiquitus, eorum reges statuebant indigentibus iudicia, & quod ab eis iustum diceretur, id lex erat. Vbi verò illi desiere transierunt in annuos consules. Cum alia regum officia, tū verò iusti cognitio, ac desidentibus inter se de aliquo, illi erant iusta distinguentes. Horum verò multa ostendentibus procuratoribus magistratuum optimatim consequentia erant ad magistratus, quędam verò valde pauca in sacris erant libris reposita, vimque legis habētia, quorum cognitionem patritij habebant soli ob diutinas in vrbe mansiones, mercantes verò multi & agricolantes, raro'que in vrbem descendētes ad fora scilicet, ea prorsus ignorabāt, hoc autē institutū introducere primus quidē conatus est Caius Terētius tribunus plebis superiore anno. Sed perfectū opus deserere coactus est militante plebe, detinētibus'q; copias de industria in hostili terra cōsulibus donec tēpus magistratus eris trāsiret, tūc'q; igit̃ negotiū suscipiēs perficere volebat Aulus verginius tribunus plebis. Ne hoc aūt fieret, neue ex legibus cogerent̃ administrare rēpub. machinātes in aduersum oia, perstabāt cōsules, & senatus & ciues, alij quicunq; plurimū in vrbe poterāt ac cōsilia multa, cōciones fiebant assidue, conatus'q; varij magistratuū inter se aduersi ex quibus quidē haud obscurū erat nec dubiū quin magna aliqua intollerabilis'q; calamitas ex illa cōciōe vrbi reuiuisceret. Adiūgebātur aūt cogitatióib⁹ humāis, etiā terrores à dijs, q̃rū

Olympias octogesima.

Volūni⁹ Seruius sulpicius

Caius Terentius.

Aulus Verginius tri. ple.

aliqui neque in publicis scriptis inueniebātur, neque ex alia vllavnq̄ obseruata memoria. Quęcūque eñ in cœlo fulgorē ferūt, accēsionesque ignis vno in loco manētes, terræque mugitus & tremores continui fiebāt, formæque laruarū aliæ alibi per aerē latæ vocesq; mētē hoīm perturbātes, & cætera q̄cunque accidunt his similia, inueniebanturq; etiā iā pridē aliq̄n facta minus, & magis, sed cuius adhuc inexperti minimeq; audiētes erāt. Et quo maxime sunt perturbati talē quoddā extitit nimb⁹ ex cœlo mult⁹ in terrā decidit nō niuē deferēs, sed frustra carniū, & minora, & ma

prodigiū iora, horū multa quidē sublimia, aduolantes volucres quæcunq; sunt fere, ore rapiebant, in terra vero, & in vrbē ipsam delata, & per agros diu iacentia, neque colorem mutabāt, vt solēt inueterate carnes, neq; tabe dissequebantur, neque odor ab eis malus exibat aliquis, hoc prodigiū vates indigenæ assequi cōiectura nō poterāt, sed in oraculis inuētū est sibyllinis quod hostiū alienigenarū intra muros transeuntiū, certamen de seruitute, Vrbē occupaturū esset, p̄cederetque certame illud intestina seditio, quā opus esset incipientē expellēdo ex vrbe, deosque placādo, sacrificijs & p̄cibus, dira auertere, superioresq; hostibus fore. vbi vero delata sunt hæc in populū, immolarūt primū hostias illis, quib⁹ cura est horū deis exitialibusque & auersorijs. Deinde coacti in senatū patres p̄sentib⁹ etiā tribunis, de securitate vrbis, salute'que cōsultabant. Dissoluēdūque igitur expostulationes inter se esse vnaque vtendū sententia de rebus publicis, vt proponebant oracula oēs cōfitebantur, queadmodū aūt hoc fieret, & quemadmodū ab aliquibus incipiendū esset, cedere alteris, & quemadmodum dissensio tolleretur, nō paruā eis dubitationē exhibebat. nā & consules, & senatus principes dicebāt eos qui noua inferent instituta, vellētque patrū dissoluere administrandę reipublicæ ornatū, tribunos autores esse perturbationis, tribuni vero indignū nihil, aut iniustum, aut inutile se agere dicebant, volentes legem bonā introducere, & dicendi libertatem ęquā. Verū cōsules atque patritios autores fore seditionis dicebant, augentes ipsos iniquitatem & auariciam, æmulantesque tyrannicas consuetudines. Hæc & multa alia his similia per multos dies dicta sunt ab vtrisque, progressumque est in casum tp̄s, per quod quidem priuatim nihil aut publicū ī vrbe perficiebatur, cūque vero nihil boni operis fieret tribuni illis sermonibus accusationibus'que senat⁹ abstinuerūt, cōgregantesque multitudinē in cōcionē, polliciti sunt plebi se legē de eis q̄ postulabāt ītroducturos. Quā rē laudāte multitudine, nihil illi differētes paratā ante, recitarūt legē, cuius capita hęc erāt. Vt viri decē eligerentur a populo cōgregato foro legitime, ęuo maximi, & prudētissimi, quibus plurima esset prospectio honoris sui & famæ bonę. Hosq; leges cōscribentes de omnibus publicisque & priuatis in plebē efferre, ac cōscriptas in foro ponere. Magistratibus in singulos annos creādis simul & priuatis, terminatrices ipsas in vicē oīb⁹ iustorū. Hac p̄posita lege fecere potestatē volētib⁹ eā improbare assignantes ei rei forū tertiū. Erāt aūt multi, nec manumissi senatorū, natu maximi & iuuenes accusatores legis percurrētesq; orationes paratas cū multa diligētia, & hoc in dies plures fuit. Postea vero tribuni ęgre ferētes hāc morā nullā ampli⁹ dicēdi ptātē accusatorib⁹ proposuere. Diē vero p̄dicentes, qua essent legē cōfirmaturi, vt adessent in ea frequētes hortati sunt plebeios, tanq̄ nō ampli⁹ cōcionib⁹ lōgis perturbādos, sed laturos ipsos de ea suffragia p̲ trib⁹, hæc polliciti cōcionem dimisere. Postque hæc consules potentissimique patriciorum ferociores iam ipsos adeuntes perterrebant dicentes

Capita legis.

dicentes se nō permissuros leges introduci,eas'que nō prçcōsultas, esse enim leges fœdera ciuitatū cōmunia, ac nō partis habitātiū in vrbibus prauissimique esse exitij nō honesti initiū demōstrabāt. Vrbibus aut domibus,cū leges ponit pessimum optimo,& quā habetis vos dicebāt tribuni illationis legū,aut euersionis potestatē, nō his sane cōditionibus & iurib⁹ hunc magistratū à senatu accepistis,lęsis aūt vt adesset auxiliū,aut violatis pauperibus, tribunatū postulastis, non alterius alicuius rei curā attingeretis. Quod si etiā prius fuit potētia vobis aliqua. an non vos eam non in iure, sed vi nobis allata accipiētes, inclinante ad quodcunque prçcōmodum vestrum senatu, nunc amisistis, mutatione comitiorum,neque enim senatuscōsultum vos designat ad magistratum,neque de vobis curię, suffragium ferunt,neque hostias dijs immolatis ante comitia,quas oportuit ex lege perfici, neque aliud erga deos,puri,aut erga homines sanctū prorsus vllū super vestro fit magistratu,quarū igitur rerū participes estis amplius,quæ sacrificij cultionisq; deorū indigeāt,ex qb⁹ vnū lex est,abnegātes nos oīa legitima,hæc tribunis dicebāt seniores & iuuenes patritiorū cōmeātes cū socialitatib⁹ ꝑ vrbē,mitioresq; ciuiū cōplectētes gratiosis coloquijs,cōtumacesq; turbulētos terrētes ꝑiculorū minis,nisi resipiscerēt,ac iā aliqs pauperrimorū & abiectorū, quib⁹ nulla publicarū erat,sed ꝓprij lucri cura,pulsantes,vt mācipia foro expellebāt. Plurimos autē circū se sodales habēs,valdeque potēs erat Cæso Quinti⁹,Lucij Quintij cincinati filius,cui genus illustræ & vita nulli secunda erat,vir aspectu pulcherrimus iuuenū,& in bellicis oīm clarissimus tū ingenij ad dicēdū bonisq; multus eo tp̄e ī plebeios effluebat,nec verbis parcēs, q̄ liberis audire graue est,nec rebus abstinēs verbis cōsentaneis. Eū igitur patritij ex his in honore habētes,perstare volebāt ad grauia securitatē ei pollicētes. Plebei vero eū maxime vnum oīm oderāt,hūc itaq; virū tribuni primum è medio tollere cogitarunt tanquā cæteros territuri iuuenes,modestioresq; eos facturi. Hisq; cogitatis ꝑparatisq; verbis multis ducunt eū in iudicium læsæ reipublicæ, pœna mortis crimē estimātes,denuntiātesq; ei vt ad plebem adesset,& vbi tp̄s qd̄ iudicio statuerāt venit,congregātes cōcionē longā oīno aduersus eū orationē habuerūt, ꝓcēsentes q̄ egisset violēter in plebeios,& passos ipsos gestorū ab eo testes adducentes. Verū vbi ei potestatē fecerunt dicēdi,nō obtēperauit adolescens aduocatus ad defensionē,sed volebat priuatis ipsis,eorū q̄ se passos accusabāt,dare pœnas ex lege,exercētib⁹ iudiciū cōsulibus. Pater vero vidēs ferētes grauiter arrogātiā ei⁹ plebeios,defendebat adolescētē multa falso & ꝑ insidias cōposita aduersus filium demōstrans, ac quęcunque negare nō poterat parua ea & inania,neq; digna ira publica esse dicēs neque illa ex insidijs aut per cōtumeliā,sed per ambitionē iuuenilē facta,per quàm multa ei agere cōtigerat incōsulta in lęuibus certaminibus. Multaque etiā fortasse pati nō existēti ei in optimo ætatis statu,nec in purissimo prudētiæ, ęquūque cēsebat plebeios nō irasci tm̄ ex eis q̄ peccasset in sermonib⁹,sed habere quoque gratiā eorū que in bellis pagēs ꝓfuisset oīb⁹ priuatis ipse libertatē acquirēs,patrięq; principatū,ac sibi ipsi,si qn̄ deliquisset in aliquo humanitatē à multis & auxiliū ꝑparās ꝑcurrebatque militias oēs & certamina,ciuesque etiā quoscūq; ꝓtexisset ī ꝑlijs & quoties primus muros hostium ascendisset,postremoque ad miserationem descendit,& preces pro sua ipsius in omnes clementia ac vita,quæ ei testis erat,omnis expers calumnię. Vnam repetens a plebe gratiam,vt seruarent sibi filium, plebs igi-

Cæso.

Pater Quinti⁹.

tur delectata admodũ oratione eius erat quidẽ ad largiendum ei filium parata. Cęterum videns Verginius, quod non dante illo pœnas intolerabilis fieret arrogantiũ adolescẽtiũ ferocia, assurgit ac dicit. Tibi quidẽ Quintij cũ alia virtomnis est testis, tum in plebeios beniuolentia, pro hisque sane habendus est tibi honor, cęterum adolescenti grauedo, atque erga nos omnes superbia, excusationem aut veniã nullam recipit, qui sub moribus tuis educatus, tã popularibus, & moderatis, vt omnes scimus, tua quidẽ negligens studia, tyrannicã diligit arrogantiã, barbarorũque omnium contumeliam, ac malorũ quoq; operũ ęmulationem in hanc vrbem introduxit, si igitur te ille latuit existens talis, nũc postquã eum cognouisti, iustum est te pro nobis indignari si consciuisti, & coadiuuasti in ijs per quae fortunã insectatus est pauperum ciuium ipse quoq; fuisti malus, probitatisque opinio haud merito tibi affuit. Sed quod ignoraris eum virtute tua non dignum, ego tibi testari possum, teque isto absoluens quod tu cũ eo simul nos læseris, reprehendo quod nunc nobiscum ipse nõ indigeris. Et vt magis discas quantum te malũ alere vrbi latuit, & quã crudelẽ tyrannicũque iuuenẽ, neq; cędis ciuilis purum, audi ipsius gloriosum opus, conferque ei fortitudinis in bellis pręmia, & vos quicũque nuper condoluistis, tanquam digno miseratione hoc viro, videre an vobis pulchre habeat parcere tali ciui. Et his dictis sistit ex collegijs Marcum Voluscum, iubetque eum dicere quorum conscius sit illi' adolescentis. Silentio autem secuto, multaque omnium expectatione, parum per continens se Voluscius dixit, ego maxime volebam ciues pœnam propriã, quã mihi lex dat de isto sumere, acerba, & plusquã acerba passus, prohibit' autem sum hoc potiri propter paupertatẽ, & imbecillitatẽ, & quia vnus è multis eram. Sed nũc cũ licet personã testis quando quidem accusatoris non licuit sumam, quæ vero passus sim quã crudelia, & quã intolerãda, audire frater erat mihi Lucius, quem ego maxime vnum omniũ dilexi. Hic mecum apud cœnauit, posteaque superueniente nocte exurgentes discim'. transeuntibus autẽ nobis per forũ, fit obui' cæso iste petulanter agens cum alijs proteruis adolescẽtibus, hique primũ cœpere in cõuicia cõtumeliasque iacere, qualia ebrij arrogãtesque iuuenes, ĩ humiles atque pauperes solẽt. Vbi vero indignaris erga eos nobis, verbũ vnius nostrũ liberũ in hũc dixit. Cęso iste acerbum ducens audire aliquid quod volet, in eũ incurrit, ac pulsans, calcitrans, omnẽque aliã in eũ edens cõtumeliã interfecit. Clamãte aũt ac defendẽti, me quãtũ poterã, ille em iã mortuũ iacẽtẽ sine me, iterũ atq; iterũ feriebat. Nec añ desijt q̃ imobilẽ & sine voce ꝓiectũ videns me q̃q; mortuũ putauit. Post qđ ille abiẽs discessit letus tanq̃ pulchro peracto opere, nos'q; postea qui aderãt attollũt, cõspersos sanguine, ac domũ ferũt fratrẽ Luciũ vt duxi mortuũ, me semínecẽ & spe vitę habẽtẽ paruã. Sũt aũt facta ista Publio seruilio, Lucioq; Ebucio cõsulibus, cũ ingẽs vrbẽ pestilentia detineret, cuius & nos ambo potiti sumus. Tũc'q; igitur haud mihi licuit pœnam de eo sumere, mortuo vtroq; consule. Lucio deinde Lucretio, Tito'q; Veturio consulatum suscipientibus, volẽs ego in iudicium eum ducere, prohibitus sum ob bellum relinquentibus vrbem consulibus. Quibus reuersis à militia, vocãs eum sæpe ad magistratum, quoties adiui plagas, quod quidem multi ciues sciunt ab eo accepi. Hæc sunt quæ passus sum plebei verissime apud vos dicta. Talia dicente eo clamor ab astantibus exortus est, fuitque multis impetus manu faciẽmus vindicandi. Verũ consules impedimento fuere, pluresque tribunorũ volentes

Verginij oratio.

Oratio Voluscis cæsonẽ grauiter accusantis.

prauam

prauā cōsuetudinē introducere, eratq; plebis etiā pars sincerissima nolens causæ dictiōe fraudare, q̄ de maximis certaret. Sicque īpetū ferociorū inhibuit iusti ꝓuidētia dilationēque accepit iudiciū, nō parua vero incidēdę ambitione, & quęsitione de corpore eius, vtrū in vinculis custodiri oporteret, an vades dari sistendi eum, quēad modū volebat pater Senatus decreuit satisdari pecunijs, esséque corpus liberū. Die aūt postero tribuni cōgregātes cōtionē, deserēte cām adolescēte, tulerunt aduersus eū suffragia, exegerūtq; à vadibus, qui decē fuere promissas de sistēdo eo pecunias. Sicq; Cęso per has decidēs insidias cōfingētibus oīa tribunis, falsoq; attestāte Volusio, vt post tēpus aliquod clarū fuit, in Etruriā exulatū abijt. Pater vero partem maximā cēsus sui vendēs, reddens'q; vadibus dissolutā pecuniā, sibiq; prędiū vnū paruū relinquēs trāstyberim, ī quo tuguriū erat humile, illud colēs cū paucis seruis, laboriosam miserā'q; ducebat vitā præ mœrore, & paupertate, nec vrbē vidēs, nec amicos salutās, neq; dies festos celebrās, neque vlli⁹ alteri⁹ læticiæ partē sibi prorsus aliquā cōcedēs, tribunis tamē lōge præter spē euenit, nō eīm repressa est iuuenū ambitio modestiore reddita Cæsonis calamitate. Sed multo maior difficiliorque fuit, verbis opereque impugnās legē, ita vt nihil amplius perficere eis licuerit, absumpto in his tempore magistratus sui, sed plebs tamen in sequentem annū tribunos eosdē fecit. Publio aūt Valerio publicola, & Caio Claudio Sabino cōsulatū suscipientib⁹, periculam quantum nondū anteà romam detinuit ex bello gentis alienigenę, quod adduxit intra muros ciuilis seditio, vt sybillina p̄dixerat oracula, & quæ anno superiore apparuerant à numine. Narrabo autem causam per quā ingressum est bellū, & quę gesta sunt à cōsulibus in eo certamine, qui eīm susceperāt iterū magistratum tribuni cum spe sanciendi legem videntes alterum consulum Claudium innatum à maioribus habentem erga plebeios odium omnique parantem arte prohibere quæ fierent & ex iuuenibus qui plurimum poterant in manifestam progressos amentiā, quos vi impugnare non poterant: inclinata præsertim maiore plebis parte ad cultiones patritiorum, nec eadem ipsa amplius, prōptitudinem exhibente ad legem, peruicaciore via ire ad negocia cogitarunt, per quàm plebē stupefacerent consulemque different. Ac primum quidem rumores spargi per vrbem facere cuiusqúe generis. Deinde ipsi à mane incipientes concedebant tota die in aperto communicantes cū nemine extra se consultationes suas aut sermonem, vbi vero visum est eis tempus oportunum peragendi cōsultata confingentes literas, easqúe sibi reddi faciētes per ignotum hominem, dum sederent in foro, vbi eas perlegere ferientes frontē mœstique aspectu exurgunt. Concurrente autem turba, & magnum aliquod in literis malum scriptum esse diuinante silētio facto per pręconem dixere, sunt vobis ciues in vltimis periculis plebei, ac in deorum beniuolentia aliqua his prouideat, passuris iniusta. In acerbas vtique deueniemus omnes calamitates. Petimus autē à vobis, vt breue expectetis tempus, donec nobis nuntiata senatui aperiamus, déque communi sententia quæ oporteat agamus, & his dictis pergunt ad consules. Dum autē senatus cōgregatur multi varijque per forum sermones iactabantur, aliquorum ex pręparato quę mādata sibi erāt à tribunis per cōuētus eloquētiū, & aliquorū ea quæ maxime ne fierent timuerant, tunc vt tribunis nūtiata esse dicentiū, dicebat enim Equos aliquis & Volscos suscipientes Cęsonem Quintium damnatū à plebe ducem eum elegisse, imperatoremq; harum gentium, magnasqúe eum vires cōgregantē,

P. Valeri⁹ publicola Cai⁹ claudi⁹ sabin⁹ Consss.

Causa noui belli.

aduersus romam irrupturũ;alius autẽ de cõmuni patritiorũ sententia eũ virũ peregrinas vires adducere,vt in hoc & in reliquũ tempus custodia plebeiorum dissoluatur,alius autem non omnes esse dicebat patritios,qui ista cõsuluissent, sed solos iuuenes, audiebant etiam aliqui dicere esse intra vrbẽ occultatum eum virum,occupaturum'que locos vrbis esse opportunissimos. Suspensa autem expectatione grauiũ ciuitate omĩ,& alteris alteros suspectos habitantibus,cauentibus'que inter se,consules senatũ conuocant. Progredientes'que tribuni,nuntiata ostenderunt,fuit'que pro eis omnibus verba faciẽs Aulus Verginius, dixitq; talia. Donec nobis nihil nuntiatorum malorũ apparuit, sed rumores quidẽ suspensi,& quod eos firmaret nihil sum equidem patres veritus sermonẽ de his inferre suspicantibus nobis turbationes fore maximas,vt inaudita grauiũ solet,& cauentibus ne videremur vobis celeriora,quã prudẽtiora cõsulisse. Nõ ea tamẽ paruipẽdentes venimus,sed quantũ vires nostræ ferẽt, diligẽtẽ faciemus veritatis inquisitionẽ, quãdoquidẽ numinis prouidẽtia,per quã semp̃ seruamur cõiter patefaciẽs occulta cõsilia, impios quoq; deis hostiũ conatus in lucẽ ducit,adsuntque nobis literę,quas ab hostibus accepimus,demõstrãtibus nobis beniuolentiam quos posteà audietis,& conformia sunt, & consona missis nobis extrinsecus ea,quę sunt hinc etiã indicata,nec res amplius tarditatem, aut dilationem, sunt enim in manibus, recipiunt hæc vero, priusquam in plebem efferamus,vobis primis,vt ęquũ est,nũtiare cogitauimus. Scite igitur cõiurationẽ factã aduersus plebẽ ab hominibus nõ obscuris,in quibus esse pars quędã dicitur in hunc cõcessum electorũ seniorũ, plurima vero eorũ qui sunt extra senatũ equitũ, quos nondum tẽpus est,qui sint vobis dicere. Debẽt.n. vt audimus tenebrosam obseruãtes noctem dormientes nos inuadere,quando neque nobis prospicere neq; cauere segregati valeamus, incidentes'q; illi domibus nos tribunos obtruncare plebeios'q; alios quicũque vnquã sint eis pro libertate aduersati,aut ĩ futurũ aduersaturi,ac nos postquã è medio sustulerint, tunc per multam securitatem cogitant extorquere à nobis reliqua,ac dedere factas à nobis de cõmuni sententia erga plebẽ conuentiones,videntes autem isti sibi opus esse ad res perficiendas peregrina manu clàm parata, nec ea modica, susceperunt ad hæc ducẽ ex nostris exulibus Quintiũ cęsonẽ, quem in cędibus ciuium & seditione ciuitatis redargutum,obtinuere quidã hic existentium,ne pœnas daret,sed abiret ex vrbe illęsus,reditũ'q; ei pollicẽtur, magistratus'q; offerũt & honores, alias'q; mercedes huius ministerij,illéque eis se ductorũ auxilio,exercitũ equorum, volscorumq; pollicetur,quãtocũq; indigeant, venietq; ipse breui,ducens occulte viros audacissimos, nõ simul omnes,sed paucos sparsosq; singulis introductiõibus. Reliquæ autem copiæ,vbi nos plebi præsidentes perditi erimus, cæterę pauperum multitudini superuenient, si quidem aliqui libertatem adhuc completi velint,hæc sunt de quibus consultant per tenebras,& acturi vtinã ò senatores dira impia'que opera, nec diuinam timentes iram, nec humanam æstimantes animaduersionem,in tanto igitur periculo fluctuantes, supplices vestri efficimur,deos implorantes & genios,quibus cõmuniter sacrificamus,bella'q; cõmemorantes quę multa,magna'que vobiscum suscepimus, ne nos negligatis, dira impia'que ab inimicis patientes, sed feratis opem, vnaque indignemini pœnas nobis exigentes ab instituentibus talia quas conueniat, maxime quidem ab omnibus. Si vero minus ab inceptoribus nefariæ cõiurationis,primumque omnium postulamus

Tribuni oratio.

ſtulamus à vobis patres, vt decernātis id quod iuſtiſſimum eſt, inquiſitionem de in dicijs à nobis tribunis fieri. Præter iuſtum enim neceſſe etiam ſubtiliſſimas eſſe inquiſitiones, quas, qui ipſi periclitabant, facient. Si vero aliqui ſunt ex vobis ita aſfecti, vt ne erga vnum quidem bene ſentiant, ſed ſe omnibus qui pro plebe dicūt, opponant, libēter vtique ab eis diſcerem quid ęgre ferant horum poſtulatorū, & quid ſint nobis tādem ſuaſuri. Vtrum nullā inquiſitionem nos facere, ſed negligere tam magnum facinus tanquam dirum aduerſus plebem conſpirans, & quis vtiq; hęc dicentes ſanos putet, ac non corruptos & participes eſſe coniurationis, ac de ſe ipſos ſolicitos, ne manifeſti fiant refugere diſcuſſionem veritatis, his non iuſtum eſt mentē adhibere niſi forſan cognitionis indicatorum nō nos eſſe dominos, ſed ſenatum, & conſules velint. Quid igitur prohibebit etiam hoc ipſum plebi prędidentes dicere, ſi aliqui plebeiorum aduerſus conſules & ſenatum conſpirantes, agant de ſenatus diſſolutione, quod de plebeijs diſcuſſionem iuſtum eſt eos facere, qui cuſtodiam plebis ſuſciperint. Quid igitur ex hoc accidet, nullam vnquam alicuius arcanę rei fieri inquiſitionem, ſed non nos vtique iſta poſtularemus, eſſet enim ſuſpecta ambitio, nec vos ſane recte faceritis ijs, qui ſimilia in nobis nolunt, mentem adhibentes, ſed recte certe communes eos putantes eſſe ciuitatis hoſtes. Nullo enim ò patres rebus tam opus eſt, q̄ celeritate. Velox enim eſt periculum, & dilatio ſecuritatis in non tardantibus malis intempeſtiua. Quare omiſſa concertatione, & orationibus longis, decernite quod reipublicæ conferat, talia dicente eo multa, quædam ſtupefactio iam ſenatum occupauerat & inopia conſilij, cōſiderabantque, & colloquebātur inter ſe q̄ difficile vtrūque eſſet, & concedere tribunis, vt facerent in ſe inquiſitiones de re cōmuni, ac magna, & non concedere. Suſpicatus autem ſenſum eorum cōſul alter Caius claudius aſtitit, dixitque talia. Non vereor equidem Vergini, ne me iſti ſuſpicentur participem cōiurationis eſſe, quam aduerſum nos, & plebem factam dicitis, aut timentem de me ipſum, aut de meorum aliquo, tanquam huic culpæ affini crimini ſic aſtrare, aduerſantia dicentem vobis. Vita enim me abſoluit ſuſpitione omni tali. Quæ verò exiſtimo ſenatui populoque conferre ea ab optimo ſenſu ſineque circūſpectione dicam, multū immo verò omnino videtur mihi aberrare Verginius, ſi aliquem noſtrum putat dicturum eſſe, aut rem tam magnam & tam neceſſariam oportere in diſcuſſam dimitti, aut non eſſe participes oportere intereſſeque quęſtioni, qui ſuſcepere magiſtratum plebis, nemo enim tam eſt ſauti⁹, aut plebeijs tam maliuolus, vt iſta dicat. Quid igitur ego, ſi quis me roget, patiēs his quę concedo, & quę iuſta eſſe dico contradicturus aſtiti, & quid mihi vult hic ſermo, dicam vobis, puto omnis rei patres oportere principia primaſque cauſas prudentes homines diligenter conſiderare, quales enim eas eſſe contingit, tales etiam neceſſe eſt fieri de eis ſermones. Age igitur quod eſt huius rei propoſitū, & quòd conſiliū tribunorum audite, cum nō eis licuiſſet quiquam eorum quę agere ſuperiore anno aggreſſi ſunt perficere, aduerſantibus vobis eis vt prius, ac plebe ipſis non amplius ęque ſuffragante, ſcientes iſtud conſiderarunt, quemadmodum vos eis cedere præter ſententiam congeremini: & plebs etiam quęcūque illi poſtularent agere ac veram nullam neque iuſtam materiam inuenientes. per quam eis vtrūque fieret multa ipſi temptantes cōſilia ac rem ſurſum deorſumque vertentes. Poſtremo ad quādam cogitationem talem deuenere accuſemus, conſpirare aliquos ex illuſtribus ad euerſionem plebis in-

Cōſulis oratio.

terficereq; cogitare illos qui exhibent ei securitatem, & hæc multo ante diei faciẽtes nos per vrbem, quando ista iam credibilia videbuntur multis (videbuntur autem ob metũ) machinemur vt multis pręsentibus, reddantur nobis per ignotũ hominem literę postea'que euntes ad senatum indignemur ægre'que feramus, ac petamus potestatem inquirendi, quæ sint nobis nuntiata, sique contradicãt patritij hãc sumemus criminãdi eos apud plebem materiam, sicque plebei omnes infensi eis parati nobis hoc concedunt generosissimos eorum plurimũque aduersantes nobis seniores & iuuenes tanquam sontes inuentos exagitabimus, illique damnationem timentes aut nobiscum conuenient, ne quid amplius in aduersum agant aut relinquere cogentur vrbem, ex hocque magnam faciemus repugnantium nobis solitudinẽ. Hæc sunt patres illorum consilia, ac dum consedentes ipsos consultantesque, videbitis, hic in optimos vestrum dolus contexebatur, & hoc aduersum facile capitales equites rete complicabatur. Et quòd vera sunt hęc breui mihi opus est sermone. Age dicite mihi Vergini vos grauia passuri, à quibus hospitibus alicubi habitantibus literas accœpistis? aut vos inde cognoscentibus? aut hic consulta, quemadmodum scientibus quid differtis, vosque postea ducturos pollicemini, ac non iam dudum dictis, quis vir hic est literas vobis afferens? cur non eum in conspectum nostrum adducitis, vt ab eo incipiamus primum quęrere siue vera hæc sunt, siue vt ego dico fictiones vestrę, consona autem literis hospitum in vrbe indicia qualia sunt, & à quibus facta. Quid fidem rerum occulitis, ac non inapertum ducitis? sed eorũ quæ nõ fiãt, neque sint futura, ĩpossibile est puto fidẽ ĩuenire. Hęc sunt partes nõ aduersum istos cõiuratiõis sed aduersũ nos, dolorũ prauique sensus inducia quo vsi sunt occultãtes isti, res eñ clamant ipsę, sed nos cã istorũ sumus. Prima eis ꝑmittẽtes. magistratus'que amẽtiã magna armãtes potestate, qñquidẽ anno proximo quintiũ cęsonẽ falsis criminibus circumuẽtũ iudicari permisistis, tanumque optimatũ potẽtię custodem rapi, ab eis neglexistis. Non ergo amplius moderate agunt, neque singulos generosum hominũ circunspiciunt. sed iam gregatim circumuallẽtes, bonos vrbe eijciunt. & suꝑ cætera mala neminẽ nostrum eis contra dicere equũ censent, sed in suspiciones, & in calumnias adducentes vnumquemque tanquam conscium nefandorum terrent. Et osorem esse aiunt statim plebis, diemque ei dicũt, subituro pœnas eorũ quę hoc in loco dixerit, sed erit aliud magis idoneum his verbis tẽpus, nunc concidã orationem, ac desinam extendens eam vlterius, cauendos vobis esse moneo hos viros, turbantes vrbẽ, & magnorum efferentes malorũ initia, nec hic quidẽ ista dicens apud plebẽ occultabo, sed & illic libertate & præsenti vtar animo, docens nullum impendere eis graue, nisi à malis istis dolosisque pręsidentibus, hostium opera sub simulatione amicorum facientibus. Hæc cum dixisset consul clamor, multaque secuta est ab astantibus laus, neque amplius dicendi potestatẽ concedentes tribunis conciliũ dissoluere. postea que conuocans Verginius concionẽ, senatum consulesque accusauit. defenditque Claudius percurrens sermones eosdẽ quos etiam in senatu habuerat, suspicabanturque, ęquissimi plebeiorũ vanũ esse hunc metum, & qui erant magis fatui, famę credentes verũ, quicunque verò prauiores erãt moris, semperque rerũ mutatiõe indigentes, exquirendi quidem verus an falsus esset, nullam habebant curam. Cęterũ seditionis causam atque tumultus quęrebant. In tali itaque turbatione vrbis, vir quidam ex sabinorum gente parentibusque nõ obscuris

obſcuris,& opibus potens Appius Herdonius nomine Romanorũ principatum conatus eſt diſſoluere, ſiue ſibi parans tyrannẽ, ſiue genti ſabinorũ imperiũ, atque potentiam quęrens, ſiue magno ſe ipſe nomine dignari volens. Hic igitur cum multis amicorum cõmunicans quam haberet mentem, narransque eis rei aggrediendę modum. Poſtquam illis quoque ſic viſum eſt, congregauit clientes, & ex famulis quos habebat audaciſſimos, breuique cõparans quatuor hominũ milia: praransque arma & cibaria & alia omnia quorumcunque bellũ indiget in naues eos fluuiales iniecit. Nauigans que per tiberim. ad eum locũ eas appulit, vbi ne ſtadium quidẽ integrum diſtat capitoliũ à flumine. Erat autẽ tunc nox media, atque multa per vrbem quies, quam quidẽ illa adiutricem capiens, prope hos viros expoſuit, per q; nõ clauſas clam portas. ſunt enim ſacrę portæ quædam capitolij ſecundum oraculum quoddam ſolutę Carmentales eas vocant, immittẽs has copias, locum ipſum occupauit. Illincque ad arcem vadens adhęret enim capitolio, fit illius quoq; dominus. Erat autem conſilium eius, poſtquã cœpiſſet loca opportuniſſima ſuſcipere exules, ſeruos que ad libertatem vocare, polliceri que pauperibus æris alieni dimiſſionem. Alioſque ciues qui humilia agentes inuidebant, oderantque excellentias mutatioque rerum lętę ampleſtabantur participes emolumentorum facere inducens vero ipſum ad confidendum, ſpeſque eis decipiens tanquã nullo expectatorum non euẽturo ciuilis erat ſeditio, per quem neque amicitiam neque ſocietatem vllam putabat amplius fore plebi, cum patritijs. Si vero nihil horum ei ex ſententia euenire, tunc Sabinos cum exercitu conſtituerat aduocare, ac volſcos alioſq; finitimos, quicunq; caperent ſe liberari inuidioſo romanorũ principatu. Sed accidit tamẽ ei, vt fraudaretur omnibus quæ ſperauerat, neq; ſerius ad eũ tranſſugiẽtibus, neq; exulibus aduenientibus, neq; ciuibus inhonoris æri q; alieno obnoxijs vtilitatẽ publicam lucro ſuo mutantibus, neq; auxilio externo tẽpus ad apparatũ belli ſufficiens accipiente, nam intra dies tres ſiue quatuor res magnũ metũ Romanis multãq; perturbationẽ exhibentes finẽ habuere. Poſtq̃ igitur capta ſunt hæc caſtella clamore ſubito exorto, fugaq; ſecuta habitantiũ circa ea loca quicũq; nõ ſunt ſtatim interfecti, ignorantes malum quod tandem eſſet raptis armis concurrebant, alij in excelſa vrbis, alij in eminentiores locos eius, multos quidem ipſos, alij in adhærentes campos. Quicunque vero prouecti ætate erãt, & viribus corporis inualidi ſumma dium occupabãt vna cum mulieribus, tanquam, ex his pugnaturi cum adeuntibus. Videbantur eñ eis omnia plena bello. Die autem orto, poſtquã & arcem captã quis eam obtineret eſt cognitum, procedentes conſules in forũ euocabant ad arma ciues. Tribuni vero vocata in concionem plebe, dicebant nihil quidem ſe agi velle aduerſans patrię vtilitati. Iuſtum autem ſe exiſtimare certamen tantũ ſubituram plebem ſub certis aliquibus determinatiſque ad periculum venire. Si igitur dicebant vobis promittãt patritij velintque fidem per deos dare, quod perfecto hoc bello concedent nobis legum latores eligere. Deincepſque pari cõditione agere, liberemus cum eis patriam. Si vero nihil velint facere moderati, ad quid ipſi periclitamur. Proque eis animas abijcimus nullo bono debentes frui. Hæc dicentibus eis, atque optemperãte plebe, ac ne vocem quidem audire ſuadentis aliquid aliud ſuſtinentes, haud opus eſſe dixit Claudius tali ſocietate, quę non ſponte, ſed mercedem, nec eam modeſtã vellet patriæ opitulari, ſed patritios inquit ipſos ſuos corporibus, & clientiũ armatis, & ſi quę

A. Herdonius Ro. principatum diſſoluere conat⁹

Portæ carmentales.

Claudij. oratio.

alia multitudo vellet vltro secum bellum suscipere, cum ea arcem obsidere oporte re, sique sibi non viderentur hæ vires idoneæ, se latinos hernicosq́ue aduocaturum, sique esset necesse seruis libertatem polliciturum & omnes potius, quã qui hoc tẽpo pore discordiarũ miminerint sibi assiturũ. Consul alter Valerius contradicebat, nequaquã putans oportere plebem irritatem à patritijs expugnari, cedẽdũq; esse tem pori cõsulebat, & ad externos quidem hostes opponenda esse iusta. Ad ciuiles verò remorationes moderata, & probata, vbi vero visus est senatorũ pluribus optima, dicere, procedens in cõcionem iurauit si plebs prompte bellum susciperet. Res'que vr bis constituerentur, se tribunis concessurum, vt plebi apponerent cognitionem de lege, quàm inferebant de æqualitate iuris, emisurum'que se esse vt ad finem ducerẽtur in magistratu suo quæ visa fuissent plebi, haùd erat tamen facto ei datũ, vt con uenta perficeret, cum propinqua sors esset mortis. dimissa autem concione circiter occasum serum confluunt ad designatos locos omnes dantes ducibus nomine sacra mentoque se obligantes militari. Illaque igitur die nocteque sequenti erant circa ta lia. Postridie vero diuisi sunt à consulibus, & sub sacris constituti signis, concurrẽte etiam agresti multitudine, perfectoque propere apparatu om̃i, sortite sunt imperia, obtigitque sors Claudio custodię ante muros, ne quis externus superueniret exerci tus auxilio illis, qui intus erant. Detinebat em̃ oẽs magnorũ motuũ suspicio, & ad uersarios tanquã vna se inuasuros oẽs metuebãt. Valerio aũt obsidionẽ munitionũ arcisque dimisit fatũ, statuti etiã sunt in alijs locis munitis duces obtẽturi quęcũque erãt intra vrbẽ, alijque itẽ secundum vias ferentes ad capitoliũ, ad trãsfugia ad hostes seruorũ & pauperũ, quos maxime timebãt inhibẽda. Auxiliares aũt vires aduenientes à socijs nullę apparuerant, pręterquã à tusculanis, vna tantũ nocte audiẽtibus rem gestam parantibusque copias, quas Lucius Mamilius dixit, vir promptus & alacer, habens in ea vrbe tunc maximum magistratum, periclitabanturque cum Valerio soli isti, circumualebãtque capitolium demonstrantes omnem beniuolentiã, & promptitudinẽ, fiebant aũt adsultus arci capitolioque vndique. Alij em̃ à proximis ędibus bituminis, picisque incensę vasa fundis imponẽtes super collẽ iacebãt, alij aũt fasciculos cõportãtes sarmẽtorũ & quisquiliarũ ad pręrupta petrę aras erigẽtes altas incẽdebãt, tradẽtes vẽto intro ferẽti flãmas, quicũque vero fortissimi erãt densantes manipulos, ascendebant sursum per factas manibus vias. Erat autem eis neque multitudinis, qua multum hostibus pręcellebãt vtilitas aliqua per augustam ascendentibus viam, plenam'que petris dimissis superne impetuose'que feriẽtibus, ita vt multo exequaretur paucium, neque erat item duris tollerantiæ quàm in mul tis bellis habuerant iuuamẽ aliq̃d, ad erectos vi euntibus scopulos, nõ enim ex acie pugnãtes oportebat audaciã tolerãtiãq; ostẽdere, sed missis eminus vti telis erãtq; (vt consentaneũ ęst(iaculatorum inferne ad sublimia tardi & debiles, etiã si nõ in cassum mitterẽtur ictus ab excelso vero deorsum proiectorum venoces & validi vim augente quoque missilibus quoque grauitate propria, nec hi tamen deficiebãt enitentes ad ardua sed perseuerabant sustinẽtes grauia necessario neque dies, neque noctes à laboribus requiescentes. Postremo autem deficiẽtibus obsessis teclis & exhaustis corporibus, die tertio expugnarunt arces. In ea'que pugna multos strẽnuosq́ue viros Romani amisere. Optimum vero clarissimum'que (vt ab oĩbus confessum est) consulem, qui non pauca accipiens vulnera nunquam abstitit duris, donec

super

Valerij oratio.

Tusculani L. mamilius.

Mors Vale.

super ascēdentem eum decidens abscissa petra immensæ magnitudinis victoriam eidem animam'que vna abstulit. capitis vero munitionibus, Herdonius (nam erat viribus corporis excellens & manu strenuus) incredibilem circum se faciens mortuorum cumulum multitudine tellorum obruitur. Reliquorum autem pauci quidam capti sunt viui, plures vero se ipsi interficientes, aut secundum precipicia se trudentes obiere. Nunc'que finem capiente latronum bello, ciuilem rursus seditionem tribuni excitarunt, postulantes à superstite consule pollicitationes, quas ei fecerat de latione legis mortuus in prælio Valerius. Cæterum Claudius aliquamdiu extraxit tēpus, quādoque vrbis lustrationes perficiens, aliquādo sacrificia, gratulationes'que dijs reddens, aliquando certaminibus & spectaculis multitudinem suscipiens, ac delectans. verum vbi simulationis ei consumptæ sunt omnes, ad extremum oportere dixit, creari in locum mortui consulis alterum. Acta enim à se solo, nec legitima nec firma fore, sed ambobus & legitima & valida. Hac'que eos decipiens excusatione prædixit diem comitiorum qua electuri essent ei collegam, interimque per secreta consilia, præsidentes senatui composuerunt inter se cui daturi essent consulatum, & vbi tempus comitiorū affuit, euocauit'que preco primū collegium, indesignatum euntes locum, decem & octo ordines equitū, peditumque octoginta, censum maximum habentiū, Lucium cincinatum consulem designāt. Cuius filium Cæsonem Quintium in discrimen mortis constituentes tribuni, coegerant vrbem relinquere, neque vllo amplius vocato ad lationem suffragiorū collegio, erant enim tribus ordinibus plures reliquis, qui suffragia tulerant, plebs abijt, propriam eam calamitatem ducens quod vir perosus eos futurus esset potestatis cōsularis dominus. Misitque senatus suscepturos, ac ducturos in magistratū consulē. Contigit autem eo tempore Quintium Arvū quoddam ad sementem præparaturū sequi proscindentes noualem buculos, sine tunica ipsum cinctum'que habentem lūbare, pileum'que in capite. Videns autem ille hominū multitudinē in agellum ingredientem, tunc aratrum continuit. Diu dubitans quinam isti essent, & cuius rei indigentes venirent ad se, percurrente vero quodam ac iubente vt se ornatiorē faceret, progrediens in tugurium, seque induens exiuit. Qui vero ad susceptionem eius missi fuerant, salutarunt eum omnes non nomine, sed consulem, & eum veste quam circumibat purpura induentes, & secures, alia'que ei magistratus insigna assistentes, vt in vrbem sequeretur postularunt ille'que paulum se continens & lachrymans, hoc tantum dixit. Nequaquam igitur satis mihi erit hoc anno ager. Est'que periculum, ne non vnde alamur habeamus. Deinde vxorem salutans curam'que ei mandans domus in vrbē iuit. Hæc vt dicerem, nullius alterius rei causa adductus sum nisi vt omnibus manifestum fieret, quales erāt, tunc Romani vrbi præsidentes, vt sui illi ipsorum operarij & temperātes nec grauate paupertatē ferentes iustam, neque regias sequentes potestates, sed & datas renuētes, apparebunt enim ne ex minima quidem parte illis similes, hi qui nunc sunt. Sed omnia prorsus contraria affectantes, præter paucos admodū, per quos stetit adhuc vrbis dignitas, & conseruatio similitudinis illorum virorū. Sed de his satis. Quintius autem cōsulatum suscipiens, primum quidem noua inhibuit tribunorū instituta, nouæque legis studium. Prædicens quod ni desinerent, perturbantes vrbem romanos omnes vrbe abduceret denuncians aduersus volscos exercitū. Ac cum prohibituros se dicēt tri-

Lucius Quintius cīcinat⁹.

Quinti⁹ ab aratro ad cōsula. traducitur.

Quintij decretū.

buni exercitum ipsum conscribere,congregãs ille multitudinem in concionem edixit, vt quicunque sacramento militiæ obstricti essent, sequerentur consules ad quicunque eos vocarent bella,neque signa relinquerent. Neque vllum aliud agerēt populo contrariũ,accipiente enim se ait consularem potestatem eos omnes sacramentis detineri. Et his dictis & iuratus se lege vsurum aduersus inobedientes efferri iussit è templis signa, & vt inquit desperatis tribuni in consulatu meo omnem plebis seductionem, non abducã ab hostili regione exercitum antequã tempus magistratus mei omne decursum fuerit. Tanquã igitur in campestribus acturi hyemē parte omnia ad illud tempus oportuna,his deterrēs eos sermonibus,vbi vidit modestiores redditos,deprecantes'que militiã post hæc dixit largiri eis se quietem à bello dũ nihil illi amplius commouerēt. Sed se,vt vellet finerent magistratũ suum finire,& darent caperent'que inuicem iusta. Cõpresso autem tumultu reddidit rogãtibus eis iudicia,diu ante intermissa. Plurimas'que ipse expostulationũ ęque iustéque diiudicabat tota die pro tribunali sedens. Séque aditu facilem & mitem & humanum ad ius venientibus exhibens fecit'que idem optimatum potentiam adeò videri rēpublicam, vt nec tribunis indigerent ob paupertatē aut ignobilitatē, aut aliquã aliam humilitatem violati à validioribus tenuiores, nec communis lationis legum desiderium haberent amplius qui ęquo iure regebantur. Sed contenti essent omēs. & gauderent obtinente vrbem iuris æquitate. Hæcque igitur illius viri opera illustrē efficere ciuitatem,laudabantur'que à plebe. Atque vbi statutum tempus magistratus eius finitum est,magis adhuc sunt admirati, nõ accipientem ipsum, qui dabatur iterum consulatũ, neque lete amplectentem honorē tantum. Detinebat nam'que eũ in consulari potestate senatus,multas adhibēs preces,ne quandoquidem tribuni perfecerant vti tertio crearentur,magistratu ipse deponeret,aduersaturus eis, prohibiturus'que nouam reipublicę constitutionem. Partim metu, partim verecũdia,cum viderent non renuentem plebem à bono viro gubernari. Ille autē neque se laudare ait tribunorum indesinentem potestatem, neque se venturum in similem cum illis calumniã. Congregansqúe plebem in contionē multumque accusans eos qui nõ deponerent magistratus,ac iuramentũ iurans peracre se non suscepturũ iterũ cõsulatũ antequã deponeret priorem, prædixit diem comitiorum ,qua designatis consulib⁹, rediјt iterum in paruũ illud tuguriũ, vitam viuens vt anteà coloni. Quinto autem fabio Vibolano,tertium suscipiente consulatum Lucioq; Cornelio, & agentibus eis ludos patriaque certamina. Equorum multitudo ad sex milia virorum electorum, lęui instructa armatura nocte egrediens, durantibus adhuc tenebris,ad vrbē tusculum adueniunt quę latinorum est gentis, distatque roma haud minus centum stadijs. Inuenientesque(vt per pacem)nõ clausas portas, & in custoditũ murum vrbē primo impetu cœpere,tusculanis infensi quia cum in cęteris multa prompte pro romana vrbe peregerant tum in obsidione capitolij, soli ipsi susceperent vna cum romanis bellum virosque quosdam in captione eius interfecere,pręuenerunt aũt ipsos tusculani sub captionem vrbis inculcantes se fuga per portas non pauci præter eos, qui per morbos aut senectutem inualidi erant ad fugiendum. Mulieres autē & pueros,famulosqúe eorum cœpere, pecuniasque diripuere. Vbi vero nũtiatũ est romæ malũ vrbis illius ab effugiētib⁹, existimabãt cõsules oportere subueniri quãprimũ exulibus, vrbemque eis reddi. Tribuni verò aduersabuntur, aut sinentes conscribi

Q. Fabius vibolan⁹ L. Cornelius Captio tusculi.

exercitum

exercitum,donec latum esset de legibus suffragium. Senatu autem indignāte, morā'q; capientē exercitu,alij a derant à latinis missi,qui Antiatū vrbē aperte desciuisse nuntiabant,vna v sis sententia Volscis veteribus eius incolis. Necnō Roma missis etiā & sortitis agrū colōis. Hernicorū quoq; comitij per id tēpus aduenerāt asserētes exisse copias Volscorū & equorū multas,& in eorū iam agro esse. His autē simul nuntiātes,nullā amplius dilationē faciendā visum est senatui. Sed cū oi̇ exercitu succurrēdū reb⁹ & vtriq; cōsuli exeūdū esse. Ac si aliquid militiā detractaret Romanorū aut sociorū,his tanq̄ hostibus vtēdū esse cædētibus aut etiā tribunis cōsules,cōscribētes militaris ętatis viros,& à socijs copias accersētes,propere exiuere, relinquētes vrbi pręsidio partē tertiā domestici exercitus. Est'q; Fabi⁹ celeriter ad obtinētes tusculū equos profectus,quorū plures direpta vrbe iā abierāt. Pauci quidā restiterāt custodiētes arcē munitā admodū neq; multę indigētē custodię. Scribūt quidā pręsidiarios arcis milites, vidētes Roma exeuntē exercitū, sunt em̄ cōspicua ab excelso loca media oīa spōte egressos esse,alij obsessos dicūt eos à Fabio,tradidisse per fędus arcētes pacta corporibus eorū securitate,iugūq; subeūtes. Reddita aūt tusculanis vrbe,castra mouēs Fabius circiter occasum serū q̄ celerrime potuit, in hostes tendit. Et audiens circa vrbē Algedonē, Volscorū vires & equorū cōgregatas esse,iter ipse tota nocte cōtinuatū faciēs sub aurorā apparet hostibus cōsidētibus in planitie,neq; fossa circūducta,neq; iacto vallo,vt in terra domestica,per'q; cōtēptū hostis. Cohortatus igit̄ milites vt viri essent strenui,primus cū equitibus in hostiū incurrit castra. Sequūtur'q; pediter cū clamore alacri. Illorū aūt alij adhuc dormiētes occiduntur, alij vero incipientes ad vim conuerti, & exurgentes plures autē fugiētes dispergebant̄. Captis ita'q; castris,cōcessit prędā militātibus & corpora pręterq̄ tusculanorū. Neq; multū ibi cōmoratus,duxit exercitū ad Echecetranā vrbē Volscorū gētis illustrissimā & ī optimo loco positā. Ac cōsidēs ꝓpè vrbē cōplures dies,spe trahēdi eos in pugnā. Postq̄ null⁹ exibat exercitus,populat⁹ est eorū regionē plenā hominū & pecorū. Neq; em̄ pręuenerāt illi exportātes res ex agris, repētina eis accidēte inuasione. Permittētes'q; ista quoq; Fabius militibus diripiēda,multos'que dies cōterens excursionibus, duxit'que domum exercitum. Consul vero alter Cornelius aduersus eos qui erāt antij,romanos & volscos pergēs,incidit in eorū exercitū ad confinia ipsum expectantē. Cōmisso'que prælio,multos eorū occidēs reliquos'que in fugā vertens,propè vrbē castra posuit. Nō audiētibus'que hostibus amplius in pugnā descēdere. Primū agrum eorum populatus est. Deinde vrbem eorum fossa valloque cingebat. Tuncque igitur allata necessitate egressi sunt vrbem omni cū exercitu,turba ipsi multa,& incomposita. Ac congressi & pugnantes adhuc peius in vrbem iterum includuntur ignaue turpiterque fugientes. Consul aūt nullam eis amplius conuersionem permittens scalas muris admouit. Incidebatque arietibus portas. Ac non magno ipse negotio laboriose misere'que repugnātibus incolis. Vi vrbē capiens, res eorū quæcun'que aurum & argentū & æs erant in publicum referri iussit. Iubens etiam mancipia accipientes questores vendere militibus autem vestē & cibaria, & quęcunque huiusmodi esse eis emolumento poterāt permisit,deīde diiudicās colonorū veterūque incolarū illustriores defectiōis autores, multos ipsos virgis diu cędi,colaque eis securibus decidi iussit. Hisque gestis duxitque ipse quoque domum exercitum. His quidē consulibus senatus obuiā processit.

Algedō.

Corneli⁹

Et vt triũpharẽs decreuit cũ equis mittentibus legationẽ de pace, pactiones fecit de dissolutione belli. In quibus scriptũ est vrbesq; & regionẽ habẽtes equos, quas obtinebãt, cũ sunt icta fœdera subiectas esse romanis. Aliud pẽdẽtes nihil, sed in bellis mittẽtes auxilia quanta & queadmodũ alij socij. Et hic finitus est ann⁹. Sequẽ-

Nauci⁹. ti verò Gaius Naucius iterum & Lucius Minucius designati consulatũq; ineuntes, pri

Minuti⁹ mũ quidẽ de iuribus ciuilibus cum verginio, tribunisque reliquis iam quartum annum magistratum eundem obtinentibus, intra muros gessere bellum, deindéque aliud exortum est a finitimis gentibus. Eratque mœtus, ne imperio priuarẽtur. Lęte itaque à fortuna datum casum accipientes, militarẽ descriptionẽ fecere, diuidentesque trifariã domesticas socialesq; copias, partẽ vnã reliquerũt in vrbe: Cui⁹ dux erat Quint⁹ Fabi⁹ Vibolanus, reliquas aũt ipsi accipiẽtes, celeriter exire, ad Sabinos naucius, & ad equos Minutius. Vtreq; em̃ eodẽ tẽpore defecerãt à Romanis hę gẽtes Sabini quidẽ aperte vsque ad vrbẽ Dynam veniẽtes, quã romã obtinebãt (sunt enim media inter has vrbes quadraginta stadia). Equi autem verbo custodientes ius nuper factæ societatis. Opera autem agentes isti quoque hostilia, aduersus latinos Romanorum socios castrametabantur. Tanquam non ictis cum eis fœderib⁹

Gracch⁹ de amicitia. Erat autẽ dux exercitus eorũ Gracchus cælius vir expertus & alacer.

Cælius. Imperatoria ornatus potestate quã ad regiã euexerat. Atq; veniens ad vrbẽ tusculũ, quã superiore anno capientes diripientesq; equi à Romanis expulsi erãt. Multos homines corripuit. Et pecora quæcunq; deprehendit, Et terræ fructus maturos abstulit. Adueniente autẽ legatione, quã senatus Romanus miserat. Discere ab eo volente quidã patiens equi bellũ gererent cũ romanorũ socijs iurata nuper eis amicitia. Nullaque iterim secuta inter gentes ipsas iniuria admonenteque cœlum, vt captiuos, quos habebat dimitteret, abduceretque exercitum. Et de ijs in quibns læserat tusculanos, aut detrimenta intulerat, subiret iudiciũ. Multũ temporis contriuit Gracchus. Ne in colloquium quidem veniens cũ legatis, tanquã esset negotijs impeditus, vbi vero visum est ei aduocandos esse legatos. Illique mandata sibi à sena-

Oratio. tu, exposuerant. Miror inquit romani quid sit hoc tandẽ, vt ipsi omnes homines ducatis hostes etiã a quibus vos nihil mali passi estis, & hoc imperij tyrannidisq; causa. Equis autem non concedatis ab his suis inimicis tusculanis pœnas exigere, nulla nobis facta de eis sponsione, cũ ictũ est vobiscũ fœdus. Si igitur in vestris proprijs iniuriam accipitis, aut à nobis lædimini, dicite: & iusta vobis exhibebimus secũdũ fœdera. si vero pœnas ꝑ tusculanis exacturi venitis, nullus est vobis ad me de istis sermo. Sed ad hanc fagum loquimini (ostendens eis quandam proximam innatã)

Fęciales. Romani vero tali ab hoc cõtumelia irritati, non statim tamẽ iræ indulgentes, exercitũ eduxerũt. Sed miserũt ad eũ iterum legationẽ. Et quos fęciales vocant viros sacros emisere, deos geniosq; testãtes. Quod nequeuntes ipsi potiri iustis, piũ bellũ inferre cogerentur, Postq; hæc consulem emiserunt. Gracchus autem vbi romanos aduentare cognouit mouens castra abduxit lõgius exercitum. Sequentibus ex-

Romani pedire hostibus, volens eos in loca perducere, in quibus ipse multa esset habiturus

in cõual- superiora (quod quidem euenit) obseruans enim ille conuallem circunseptam mon

la obsessi tibus, vbi in eam irrupere romani ipsum persequentes, conuertit sese & castra posuit super viam extra vallem ferentem, ex hoc venit Romanis, vt non quem ipsi volebant locum castris eligerent. Sed quem dedit eis tempus, in quo neque equis pabulum

pabulum licebat eis abunde sumere concluso loco excelsis montibus & inaccessibilibus, neque sibi afferre cibaria ex hostili regione. Postquã igitur cõsumpta sunt quę domo extulerãt. Neque eis licebat castra retroponere, considentibus ex aduerso hostibus prohibẽtibusque exitũ, vi egredi nolẽtes romani, prodeuntesque in pugnã, repulsi sunt, multisque acceptis vulneribus conclusi sunt in idem vallum Elatus autẽ hoc successo primo Cęlius, circũduxit castris fossam circũuallauitque eos. Multaque in spe erat, aut oppressi fame illi traderẽt sibi arma. Allato autẽ romam de his rebus nuntio, quintius Fabius relictus prefectus vrbi, eligens quod robsris in exercitu suo erat, in subsidium mittebat consuli, ductabat'que has vires Titus Quintius questor vir consularis. Dedit'que ad alterum consulem Nautium in sabinis agentem literas. Quibus significabantur, quæ Minutio acciderant. Atque venire ipsum celeriter postulabat, sicque ille, permissa legatis castrorum custodia, cum equitibus in vrbẽ pergit; continua vsus equitatione. Et ingressus esse multa adhuc de nocte; deliberabat cũ Fabio, reliquisque ciuium æuo maximis, quid agi oporteret. Et vbi visum est omnibus indigere tempus dictatore, designat ad eum magistratum Lucium Quintium cincinatum. Et ipse quidem his pactis ad exercitum redijt. Prefectus vero Fabius misit suscepturos ad magistratũ Quintium. Contigit autẽ & tũc eum virum quiddam rusticorum operum agere. Verum videns ille turbam aduenientem. Suspicatusque eã ad se ire. Vestẽ capiẽs decentiorem, obuiaturus eis ibat. Vbi vero propius astitit. Producũtque illi ei quos faleris ornatos decentibus, ac secures simul cum fascibus assistunt quattuor & viginti, vestemque afferunt purpuream, & reliqua insigni a quibus ante ornabatur regium imperiũ. Cognoscens ille dictatorem se dictum, Non vt amplectens honorem tantum, Sed suspirans, dixit, amittitur ergo huius quoque anni fructus. Ob occupatiões meas esuriemusque omnes male. Post hæcque in vrbem vadens, Primũ ciues cõfirmauit, sermone vtens in multitudine, ad erigendos animos in spes bonas efficaci, deinde congregans omnes qui essent in ætate robusta, & in vrbe, & per agros, auxiliaresque copias a socijs accerscens, magistratumque equitum dicens Lucium Tarquinium virum ob inopiam neglectum sed in rebus bellicis strenuum, collecticias habens vires, & assumens Titum Quintium quęstorem expectãtem eius psentiã & quas ipse parauerat vires capiens, profectus est in hostes. Vbi vero naturã prospexit locorũ in quibus posita erãt castra, partẽ quandã collocauit exercitus in iugis, ne quod alius equis auxiliũ, aut cõmeatus aduenirent, reliquos autẽ habens ipse instructos produxit in prelũ. Atq; nihil veritus cælius. Erant enim vires circa eũ nõ paucę, & ipse animi nõ degeneris videbatur. Suscipit aduenientẽ ipsum. Fitque pacris pugna. Tempore autẽ trãseunte multo, ac romanis ob cõtinuã militiã tolerãtibus laborẽ equitibusq; semper ad deficientẽ suorũ peditum partẽ subueniẽtibus inferior factus Gracchus clauditur in vallo suo. Postque hoc Quintius fossa valloque alto ipsum circũuallẽs crebrisque cõprehendens turribus vbi eũ laborantẽ cognouit necessariorũ penuria, & ipse eos insultibus affligebat continuis. Videbatque Minucium ab alijs, exire partibus. Effecit tandem, vt indigentes equi cibarijs, desperantesque a socijs auxilia obsessi vndique cogerentur supplicium habitu sumpto mittere legationem ad Quintium collocuturã de amicitia. Ille autem secum equis cæteris libaturum dixit ac daturum corporibus securitatẽ, si arma traderent transierẽtque sub iugum

Q. Fabi⁹

T. quintius questor.

Dictator cicinatũ.

Insignia regia.

singuli. Gracchō autem belli duci & cæteris qui cum illo defectionē consuluissent, se tanquam hostibus vsurum. Imperauit'que eis vt ducerēt ad se vinctos eos viros. Tollerantibus autē equis conditiones, hoc vltimum eius imperauit, vt quādoq dē ipsi vrbem romanorum sociā tusculum diripuerant, viris'q; vacuam reddiderant, nihil mali ab eis passi, exhiberent ecōuerso sibi illi vrbē suam corbionē eadem passurā. Talia accipientes responsa legati abierūt. Neq; multo post aduenīūt ducētes gracchū & qui cū eo conspirauerant iunctos & ipsi arma deponētes. Vellum relinquere transeuntibus vt dux iusserat sub iugū per romanorum castra ac tradētes corbionē ex pacto petitis tantū corporibus liberis. pro quibus ipsi tusculanos captiuos reddiderunt. Accipientes itaque vrbē quintius, preciosissima quę'que ex prēda iussit romā ferri, certa diuidi per maniplulos permisit, his qui secū venerant militibus, & eis qui cum quęstore quintio missi erant. Eis vero qui cum minutio consule castris inclusi fuerant, dixit se minus dedisse maximū morte liberans ipse eorū corpora. Et his gestis, coacto minutio magistratum deponere, reuersus est romā. Clarissimum'que omnium triumphum duxit intra dies sexdecim, ab ea qua imperiū sum pserat seruans amicū exercitū, & hostilem florentē delens, vrbē'que eorū diripiens & in ea præsidiū relinquens, ducē'que belli, alios'que insignes viros victos catenis ducēs. Et quod omniū maxime admiratione dignū est, accepto imperio in sex mēses maximo non est eo quantū lex dabat vsus, sed cōgregans in cōcionē populū reddens'que à se gestorū rationē, magistratu se abdicauit. accessente ęquū senatu agrū ipsum quantū vellet ex quęsito bello capere. Mancipia'que & pecunias ex prēda ad corrigendā paupertatē iustis diuitijs, quas de hostibus ipse pulcherrimas, proprijsque laboribus quæsierat, noluit. Amicis quoque & cognatis magna ei afferentibus munera, prēponentibus'que bonis cęteris, illi viro benefacere, laudata eorū prōptitudine nihil ex datis sumpsit. Sed abiens rursus in illū paruū locū, vitā resumpsit pro regia, suam ipsius operariā. Magis efferens se paupertate, quàm alij, diuitijs. Post nō multū autē tēpus naucius etiā cōsul alter vincens sabinos acie, multū'que excurrens regionis eorū duxit domū exercitū. Post hos erat olympias prima & octogesima, qua vicit in stadio polymnast⁹ Cireneus, principe athenis callia, quo tēpore cōsulatū sumpserūt rome, Caius Oratius, & quintus minutius. Sub quib⁹ iterū castra metātes aduersum romanos sabini, multū regionis eorū sunt populati. Aduenerūt què fugiētes agrestes gregatim, teneri ab eis dicētes omnia, inter crustumeriam & fidenas. Equi quoq; nuper victis rursus in armis erant. Robustissimique eorū nocte excurrentes ad vrbē corbionem, quam superiore anno romanis tradiderant ac præsidium in ea dormiens inuenientes omnes eos præter paucos quosdam trucidarunt, reliqui verò magna manu castrametantes ad vrbem britonem latinorum gentis primo impetu eam capiunt & quęcūq; agere nō poterāt in romanos per irā, in socios eorū perpetrabant, puberes omnes nisi si qui effugerāt capta statim vrbe interficientes. Vxores'q; eorum & filios senes'q; etiam in seruitutem trahentes. Postremo'q; res quæcunq; ferri poterant componētes propere priusquā omnes latini opem ferre possent, abierunt. His vno tempore nuntiatis à latinis & à præsidiarijs militibus, qui seruati erant, senatus decreuit exercitum emittere, & vtrunq; exire consulem. Verginius autem & tribuni cæteri, quintum iam annum gerentes eundem magistratum sicut prioribus annis fecerant prohibebant, obsistentes descriptioni

Naucius Olympias octosima prima. C. oratius. Qu. minutius.

ptioni consulum, ac postulantes dissolui prius intestinum bellum, reddita plebi cognitione de lege ea quam de ęquo inferebant iure, Plebs'que eis suffragabatur, multos iactans aduersus senatum inuidiosos'q; sermones. Extracto autem tempore, neque tollerantibus consulibus prętonsuli aut inferre in plebem legem neque tribunis volẽtibus descriptionem eis cõcedere, aut egressum exercitus fieri. Multisque sermonibus & accusationibus, quas alteri in alteros iacebãt in cõcionibus & in senatu inaniter consumptis, aliud quoddam introductum à tribunis in senatu institutum senatores decipiens, vigentem quidem eo tempore seditionem compescuit. Aliorũ vero multorũ & magnorũ prẹcõmodorũ causa plebi fuit. Narrabo autẽ etiã queadmodũ hãc potẽtiã plebs acceperit. Dũ Romanus sociorũq; ager diripit̃. Et dũ tãq̃ ꝑ solitudinẽ discurrũt hostes sperãtes nullas in se vires egressuras, ob detinentes vrbem seditiões cõsules senatum cõuocant, vt de oĩbus hoc vltimũ consultari. Multisq; dictis sermonibus. Primus sentẽtiam rogatus Lucius Quinti⁹ is qui superiore anno dictator fuerat. Vir nõ mõ in rebus bellicis oĩm eius ętatis hominũ peritissimus. Sed in ciuili etiã administratione visus esse prudẽtissimus, sententiã pronuntiauit. In qua maxime suadebat tribunis ciuibusq; alijs. Cognitionẽ de lege imprẹsentia nõ vrgẽtẽ, in alia reijciendã tp̃a magis idonea. Et q̃d in manibus erat bellũ, quãtũ nõdũ antea propinquãs vrbi suscipiẽdũ esse oĩ cũ prõptitudine. Neq; esse negligendũ q̃sitũ multis laboribus principatũ ꝑ ignauiã turpiterq; amitti. Siq; nõ ꝑsuadeatur plebi tũc patritios vna cũ cliẽtib⁹ armatos, aliosque assumẽtes ciues, quibus inest hoc voluntariũ, vt participes sint pulcherrimi pro patria certaminis, prõpte ad bellũ ire deos oẽs q̃ cũq; romanã vrbẽ custodiũt duces vię facietes, euẽturũ em̃ esse duorũ eis. Pulchrorũ iustorũq; operũ alterũ, vt vel victoriã referrẽt oĩm quas ipsi vnquã aut eorũ patres retulerint clarissimã, vel certãtes de bonis victorię, forti aĩo moriant̃. Huiusq; tñ conat⁹ pulchri neq; se velle exꝑtẽ dixit. Sed ex eq̃ cũ robustissimis p̃sentẽ pugnare. Neq; abesse se neq; aliquẽ aliorũ seniorũ, q̃ libertatis aut bonę famæ rationẽ habeãt. Vbi vero alijs quoq; oĩb⁹ eadẽ visa sunt, neque aliquis cõtradixit cõsules populũ in cõciõnẽ aduocarũt cõueniẽtesque vt ad nouas auditiones, oĩ per vrbẽ turba. Progrediẽs alter consulũ Caius oratius conabatur tribunis persuadere, vt volẽtes tolerarent eã militiã. Cõtradicẽtib⁹ autẽ tribunis, adhibẽteq; eis mentẽ plebe, transgrediẽs cõsul dixit pulchrũ opus & admirandũ effecistis Vergini diuellẽtes à senatu plebẽ. quãtũq; in vobis est, amittẽtes oĩa quæcũq; aut à maiorib⁹ accœpta, aut nostris ipsorũ laborib⁹ quæsita optinemus bona, sed nos nõ tñ sine punga ea dimittemus. Sed vna ipsi cum volentibus seruare patriã, arma capiẽtes ibimus ad certamẽ spes permittẽtes euẽtus bonas, & si quis deus inspicit bona iustaque certamina, siq; augẽs vrbẽ iãdiu fortuna nõdũ reliquit eã superiores inimicis erimus. Si vero aliquod instat numẽ & aduersatur saluti vrbis, nõ tamẽ quãtũ in nobis fuerit bona mens promptitudoq; amittetur. Sed clarissimam eligemus omnium mortẽ pro patria. Vos hic manebitis simul cũ vxoribus custodes domus ò pulchri generosique vrbis pręsides nos relinquentes, immo prodentes potius. Quibus neque vita si vincimus erit pulchra, neque si aliter de nobis fuerit tuta, nisi forsan spe illa frigida extollimini, quod deletis patritijs hostes vos dimittens, considerantes hoc beneficium patriamque cõcedent vobis. Et libertatẽ, & principatũ, aliaque bona ea oĩa quę nũc possidẽda habetis dimittent

L. Quintius

C. orati⁹

Oratio consulis.

illi,quorũ ipsi vos cum recte sentiebatis,multum ademistis agri,multasque vrbes captiuas redditas euertistis,de quibus multaque & magna,neq; vnquã delenda tro phea monumẽtaque inimicitię erexistis. Sed quid ego in his plebem obiurgo?quę nũquã fuit sponte mala,ac nõ vos potius Vergini pulchra istą in republica administrantes,nobis enim quibus necesse est,nihil sentire humile visum est,nec erit aliquid quod prohibeat pro patria certamen suscipere,ad vos autem deserentes ac prodentes rem publicam,pœna vltrix non reprehensibilis à dijs veniet,si quidem punitionem ab hominibus effugiatis. Sed nec istam effugietis,nec me terrere vos suspicemini. Sed clare scite ꝙ relicti hic ex nobis custodes vrbi(si res hostiũ superiores fierent)ea sentient quæ sentire eos conueniet. Neque enim si iam aliquibus barbaris capti ab hostibus in mẽtẽ venit,vxoribus eis cedere,nec filijs,nec ciuibus, sed alias incremare alios occidere:romanis,quibus patriũ est, alijs imperare,nõ cõsistet de se ipsis eadem sentire,haud erũt sane adeo degeneres. Sed à vobis inimicissimis incipientes ad amicã deinde veniẽt. Ad hæc itaque respicientes,concionamini, & inferte leges nouas. Hæc & multa his similia dicẽs,cõsul proposuit natu maximos patriciorum flentes,quos videntes multi plebeiorum, nec ipsi lachrymas continere poterãt. Multa autem secuta commiseratione ad ætates illorum virorum & ad dignitates paulum continens se consul. Non erubescitis inquit ciues,neq; terrã subintratis, si hi senes pro vobis iuuenibus arma capient,& vos eos sustineatis, præcedentes relinquere,quos semper patres appellabatis. Quàm miseri,neq; digni hac terra ciues, quàm condiderunt qui patres super humeris tulere. Quibus iter tutum parma perque ignem dij dedere. Vt autem cognouit Verginius his sermonibus duci plebẽ, Veritus ne illa præter eius sententiam belli particeps esse sustineret, nos non inquit relinquimus,nec prodimus vos patres,neque volumus segregari à vobis,vt nec antea voluimus vlla carere militia. Immo & viuere vobiscum eligimus,& vobiscum pati quodcunque numini videatur prompti vero quocũq; tempore pro vobis ipsi postulamus vt mediocri potiamur in gratia,& vt quemadmodum periculorum communiũ. Partem habemus æquam,sic & iustorũ partẽ habeamus ęquã cõstitutis legibus libertatis custodibus,quibus omnes vtamur semper. Quod si ipsi aduersamini in hoc nobis,neq; vultis vestris ciuibus concedere hanc gratiam,immo morte ipsa æstimatis plebi iuris æquationem tradere,non cõtendemus amplius vobiscum, sed alteram petemus gratiam, quæ potientes forsam non amplius nouis indigeremus legibus. Inuadit autem nos timor. Ne hac quoque non patiamur,ex qua nullum quidem damnum erit senatui, plebi vero honor quidam & humanitas dicente autem consule quod hanc reipublicæ administrationem senaturi concedẽtes illi nullo alio exciderent opportunorum. Ac iubente eos dicere cuius indigerent pauca cum collegis collocutus Verginius dixit se velle in senatu dicere. posteaq; cõgregantibus senatum consulibus progrediẽtes,ac plebis iura omnia ad senatum inferens, postulauit duplicationem plebi pręsidentium proque tribunis quinis denos in annum fieri. Quod quidem cæteri nullum afferre reipublicæ detrimentum putarunt. Sed tradendum,neque esse aduersandum suadebant, sentẽtiæ principe Lucio Quintio tunc habente maximam in senatu potentiam. Vnus autem solus contradixit Caius Claudius Appij claudij filius eius qui omnibus introductionibus plebeiorum,si qua erant minime legitima aduersatus semper fuerat. Suscipiens enim ille

Dij punient ab hominibus impunita.

Romanis patrium est alijs impare.

Finis orationis.

Verginij oratio.

C. Claudius.

Claudij oratio.

ille administrationem patris, Ac cum consul fuit prohibens tribunis dari aduersum equites insimulatos coniurationis inquisitionem. Nunc quoque paruā percurrens orationem, docebat nihilo moderatiorem futuram, aut frugaliorem plebem ex hac duplicatione magistratus, sed amentiorem & grauiorem, non enim esse sub conuentis quibusdam certis accœpturos magistratum, qui postea crearentur ita, vt manerent in professis. Sed & de agri diuisione sermones rursus propositiuros, & de honore æquo. Omniaque q̃ quęsituros, q̃ dicentes aut agẽtes augerũt plebis potentiã, & honores senatus minuerẽt. Vehemẽterque mouit multos is sermo. Deinde aũt traduxit iterum eos Quintius docens esse pro senatu creari multos plebi pręsidentes, minus enim concordes eos plures quam pauciores fore. Vnumque illud esse reipublicæ auxilium, quod primum Appius Caij pater viderit, si diffidcat is magistratus. Neque omnibus idem videatur, sunt hæc approbata. Fitque senatusconsultum. Licere plebi tribunos denos annis singulos creare. Sed ex eis qui tunc essent in magistratu nullum. Hoc præconsultum accipientes tribuni abstulere, santientes que scriptam in eo legem creant tribunos decem in futurũ annum, sedata autem seditione, consules conscriptis copijs, sortiti sunt inter se exitus. Obtigitque bellum aduersus sabinos MINUCIO, & aduersus equos oratio. Sabini itaque custodientes vrbes neglexere agi ferrique ex agris omnia. Equi vero emittentes obuiaturum romanis exercitum, ac pugnãtes egregie, nequeuntesque superare vim romanorũ, sed coacti in vrbes regredi oppidũ de quo certamen erat amisere. Oratius eñ versis in fugam hostibus ex vexata vndique regione eorum, ac disiectis corbionis muris & euersis à fundamentis domibus, duxit domum exercitũ. Sequenti vero anno MARCO Valerio & spurio Verginio consulibus exercitus romanorum nullus extra fines exiuit. Ciuiles verò offensæ tribunorum cum consulibus iterum extitere. Ex quibus aliquid habuerunt tribuni diuellentes à consulari potestate. Anteà enim concionis erãt soli tribuni domini. Senatum autem cõuocare, aut sententiam dicere eis non licebat. Sed erat consulũ hic honos. Sed tribuni conuocare tunc senatum volebant, faciente rei illius periculum Icillio qui ductabat magistratũ ipsum vir, & acer & promptus, nec ad dicendum inualidus. Inferebat eñ & hic institutũ quoddã nouum, volẽs diuidi plebeijs locum ad cõstructionem domorum, auentinũ dictũ. Est enim collis altus modice, contentus ambitu, aut minus duodecim stadiorũ, non enim totus eo tempe habitabatur. Sed erat publicus & syluarum plenus hoc institutum introducens tribunus, consules & senatũ adit rogans, vt de eo scriptam legem decernant, & in populum efferant. differentibus autem, tempus que trahentibus cõsulibus mittens ad eos ministrum, iubebat ipsos obsequi magistratui & senatum cõuocare. Vbi vero iussus quidam astantium lictorũ ministrum reppulit indignatus Icillius, & cum eo tribuni reliqui lictorem pręhendunt & abducunt tanquam proiecturi de rupe. Consules autẽ vim afferre aut qui abducebatur eripere, (quanquã grauiter visi, affici contumelia non poterant. Vocabãt aũt cęterorum tribunorũ auxilium. Nihil eñ à magistratu illo actum cõpescere aut prohibere licet alicui aliorũ. Sed hęc tribuni est alterius potestas. Erant autem à principio eis oĩbus hæc visa. Vt nemo per se institutum nouum aliquot introduceret, nisi oĩbus idem videretur. Neue aliquis actis aduersaretur, in eo quod plures sententię approbassent. Deq; his statim simul atque magistratum accipere, rem diuinam facientes iusiurandum

Duplicati tribuni

Corbio.

M. Valerius. S. verginius.

Icillius.

Quis q̃tus auentinus.

inter se dederant, hoc modo maxime putantes futuram indissolubilē tribunatus potestatem, si ex eo tolleretur dissensio. Hoc igitur obseruantes cōiuratum iusserunt abduci custodem consulum magistratus, communem esse eam dicentes ipsorū omnium sententiam. Neque tamen permanserunt in ira. Sed æuo maximis senatorū excusantibus eum virum exequentem iussa à magistratibus dimiserunt veriti etiā ne hac causa verti cogerentur in amentiam patritij. Post hoc autē congregato senatu consules vehementer tribunos accusabāt. Suscipiens'que sermonē Icillius excusabant in ministrum iram sacras proferens leges, per quas, neque magistratui, neque priuato conceditur quicquam aduersans tribuno agere, dēque senatu cōuocando docebat nihil factum esse incōgruum, multis varijs'que ad hoc paratis rationibus. Et vt dissoluit has accusationes, sermonem de lege inferebat. Erat autem huiusmodi.

Lex. Quęcūq; habeāt priuati hoīes possessa iuste, ea dominos ipsos obtinere. Quæcūque vero vi aut furto capiētes aliqui ędificassent accipiētes ipsos sumpt⁹ quoscūque disceptatores cognoscerent populo tradere. Cætera autem quæcunque erāt publica ea populum sine emptione accipientē diuidere. Docebantque hoc institutum cū in multis alijs vtile fore vrbi, tū vero in hoc ne dissiderent amplius pauperes de regione publica, quā patritij obtinebant, amplexuros nam'que esse eos partem aliquam sortiti vrbis. Quandoquidē non licebat regionis propter eos qui eam vsurpabant. multos ipsos & potentes. His ab eo dictis, Solus contradicēs erat Caius Claudius. Cæterum assentientes multi visumque est dandum esse plebeijs locū posteàq; pōtificibus pręsentibus & auguribus & sacrificulis duobus, facientibusque eis preces legitimas impręcationes in concione congregata à consulibus ordinatim, lex est confirmata, & est in base scripta ærea, quā posuerunt in auentino, ferentes eam in templum Dianæ. Confirmata aūt lege conuenientes plebei, sortiti sunt areas, ędificarūtque accipientes quantum quique locū poterant. Fueruntq; & qui duo & tres & plures adhuc simul vnas ædes cōstruerent, alijs subterranea, alijs superna sortientibus. Et est annus ille in constructiones ędium consumptus. sequenti aūt anno quo consulatum susceperunt Titus romilius, & Caius Veturius, Tribuni erant electi iterum qui cum Lucio Icillio, ex qua electione non simplex, sed varium quoddam certamē fuit, & magnarum rerum plenum atque ciuilis seditio languere visa. A tribunis iterum excitata est & bella quędā ex alienigenis astitere. Quæ nullo malo afficere vrbem valentia, non paruam ei vtilitatem attulere, eximentes ex ea seditionem. Erat enim circulare iam hoc vrbi & consuetum, vt bellum gerens concors esset, pacem agens seditiosa. Scientes autē hoc omnes consulatū suscipientes, capiebant ad votū si aliqđ bellū extrinsecus insurgeret. quiescētibus'que aduersarijs parabāt ipsi expostulationes & materiam bellorum, vt pote qui viderent per bella magnā fieri & felicem vrbem, ac per seditiones humilem & imbecillē. His igitur similia cognoscentes, hi consules, cogitarunt aduersus hostes exercitum educere, veriti ne per pacem aliquid agere inciperent, segnes homines & pauperes, hoc quidē recte videntes ipsi oportere aduerti turbam ad externa bella. Sed quod post illud nō recte. Nam cum opus esset eos, vt in vrbe egrotante moderatis vti delectibus, sunt ad cogendos vi contumaces conuersi, neque vllam admittētes excusationem, neque veniam dātes alicui, sed supplicijs ex legibus in corpora eorū & in rē acerbissime sęuiētes. Hęc aūt eis facientibus acceperunt occasionem tribuni, ductandæ rursus multitudinis, & cōgregantes

[Margin notes: Edificatio in auētino. Lex scripta in base ęreo. — Tit⁹ romilius. cai⁹ veturius. — Vrbs in bello concors in pace seditiosa. Vrbs per bella augeri in pace humiliari.]

gregantes

gregantes concionem, cum alia in consules iecere conuiciatum hoc quod duci multos iussissent ciuium in carcerem tribunitiam, implorantes potestatem, & absolui militia dicebant, qui ex legibus vacationem haberent. Vbi vero nihil perfecerunt, Sed peruersiores adhuc fieri viderũt descriptiones ad inhibendum operibus accingebantur. Repugnantibus autẽ consulibus etiam potentia magistratus sui irritationes inuicem fiebant, Manum'q; superuentus. Certabat enim vna cum cõsulibus patritiorum iuuentus, & cum tribunis pauper & signis turba. ea igitur die multo superiores tribunis fuere consules. Sequentibus autem diebus confluente in vrbem pluri ex agris turba, se habere putãtes tribuni manũ pugnę idoneã, cõciones cõgregabãt crebras & ministros male affectos verberibus ostẽdebãt, dicebãtq; se magistratũ deposituros, nisi sibi adesset aliquod à plebe auxiliũ. indignata autẽ cum eis etiã multitudine, ipsos cõsules ad plebẽ vocãt, reddituros rationẽ gestorum, qui vbi eis mentẽ nõ adhibuere, senatũ adeunt: Cõtigit aũt de his ipsis eos cõsultare. Progrediẽtes'q; rogabãt, ne se pessima passos negligerẽt. Neue ereptũ plebi auxiliũ, ac discurrentes quęcun'que passi essent à consulibus, & ab ea quæ circa eos esset coniuratione, non ipsi tantum in potestatem, sed corpora etiam vexati, volebant alterum facere de duobus cõsules, vt si quidẽ negarẽt se aliquid eorũ, quę legibus prohibẽtur in corpora tribunorum deliquisse, venientes ipsi deijerarent vel si hoc illi iuramentum non sustinerent, euenirent ijdem ad plebeios, rationem iudicium'que subituri, laturas enim esse tribus de eis suffragia. Ad hæc autem excusabant se consules, docentes fuisse iniuriæ initium tribunos vsos ipsos arrogantia, ausosque præter leges agere in consulum corpora. Primũ ministris, & ædilibus imperantes, vt in carcerem ducerent magistratus, quibus omnium data est potestas. Deinde ipsi venire obuiam audentes cum procacissimis plebeiorum, docentes quoq; quãtum differant hi magistratus inter se: Consulatus quidem regum habens potestatem. Tribunatus vero auxilij violatorum causa introductus, qui tantum absit vt aduersus quęcunque consulum det turbis calculos, vt nec aduersus patritiorum leuiores, data ei sit potestas quã non senatus ante decernat, minabanturque quando illi darent calculos plebeijs, se daturos arma patritijs talibus autem dictis sermonibus, per totum diem nullum finem senatus intulit, non minueret magistratum cõsulum, neq; etiã tribunorũ vidẽs futurũ vtrunque magnorum periculorum causam vbi vero illinc quoque repulsi sunt tribuni, auxiliũ nullũ inueniẽtes, deliberabant eũtes in plebem quidnam factu opus esset. Alijs itaque præcipueque turbulentissimis videbatur, vt abirent iterum plebeij capientes arma ex vrbe in sacrum montem, vbi primum quoque castra posuerant, atque illinc inde inuadenres cum patritijs, bellum gererent, postquam illi eis ruperant conuentiones, quas cum plebe fecerant dissoluentes ipsi aperte tribuniciam potestatem. Alijs autem, & pluribus videbatur ne vrbe decederent, neue communia omnium crimina ea facerent, quæ priuatim in tribunos aliqui præter legem perpetrassent, sed concessa legibus caperent, satisfacere iubentes aut mori, facientes iniuriã in corpora tribunorum, prudentioribus vero neutrum horum pulchre se habere apparebat relinquere ipsos vrbem, aut cædem iniudicantam perficere, maximeque in cõsules, quorũ maximũ esset imperiũ, sed in certantes vnà cum eis transferri iram, & ab illis sumi ex legibus supplicia. Si enim lati ab animo ea die tribuni ad agendũ aliquid aduersus consules & senatum adducti

Altercatio cõsulũ cũ tribunis.

Plebeiorum variæ sententiæ.

essent, nihil erat vtique prohibiturum vrbem a se ipsam perdi, adeo parati erant ad arma omnes & ad intestinum bellum, nunc autē ipsi res differentes, & tradentes sibi tempus in meliorem ratiocinationem moderatores eorum venere, mitigaueréq; multorum iras. Sequentibus autem diebus, forum ab illo tertiū prędicentes, in quo erant plebem congregaturi, impostituriq; pœnam consulibus pecuniariam dissoluere concilium, sed vbi tempus actioni propinquum fuit, hoc etiam conatu abstitere, condonare se dicentes hanc gratiam precibus euo maximorū honoratissimorum ciuium. Post hęc congregantes plebem dixerunt se iniurias suas dimisisse gratificantes multis & bonis viris rogantibus, quibus non erat piū cōtradicere. Eorū verò in quib⁹ erat plebs læsa prohibitores & vltores se fore. Propositurgos enim se eis legem de diuisione agri iam triginta annos extractam, déque iuris ęquabilitate, quam tribuni processores sui proponentes non decreuerant. Hæc'que pollicentes ac iurantes, designarunt dies, per quos nundinas facientes plebi traderent de legibus calculos. Instante verò eo tempore, legem primum agrariam intulere multos percurrentes sermones. Postea rogarunt an aliquis plebeiorum vellet verba pro lege facere. Multis aut prodeuntibus, & res suas bello gestas proferentibus & indignantibus, quod multam hostibus regionem adimentes ipsi, nullam partem accepissent, minus autem & amicis potens viderent sibi publica vendicantes ac vi possidentes, ęquum'que eisdem censentibus, non tantum pericula adesse plebi pro communibus bonis cōmunia, sed ex eis quoque voluptates & emolumenta audiente iucunde hæc verba multitudine, id quo maxime plebem corroborauit. Et vt ne vocem quidem contradicentium audire vellent fecit Lucius siccius dētatus cognomine, multas admodum & magnas enarrans res suas gestas. Erat enim vir aspectu mirabilis, & in optimo ætatis tempore duo de sexaginta annos natus, ad consideranda quę oporteret sufficiens, nec ad dicendū, vt vir militaris inualidus, hicque igitur progrediens dixit. Ego plebeij si velim de vnoquoque gestorū à me singulatim dicere dies me deficiet. Sed paucis verbis, vt potero principalia ipsa dicam. Est hic quidem annus mihi quadragesimus, ex quo milito pro patria. Tricesimus autem ex quo militari potior. Si quis alius ducatu, aliquādo cohortes ductans, aliquando etiam totam legionem, incipiens à consulibus Caio Aquilio & Tito siccinio, quos senatus ad volscum bellū ire iussit. Eram enim tunc septem & viginti annos natus, instruebar'que adhuc sub centurione. Facta vero pugna agri & fuga, ac cadente cohortis duce, captis'que ab hoste signis, solus ego pro omnibus periculum suscipiens, seruaui signa cohortis, hostes'que etiam repressi. Ac ne in pudore perpetuo deciderēt cēturiones, per quē morte eis peior vita reliqua futura esset, causa ego manifesta, vt ipsi cōfessi sunt fui, me corona ornātes aurea. Et testatus est cōsul Sicinius, cohortis ducē me designās, alioq; nobis iterū instāte certamie, in quo nostræ legionis contigit ducē cadere, & esse aquilā in potestate hostium, eodē modo quo supra. Pro legione tota pugnās, recuperaui Aquiliā legionariūq; ducē seruaui, qui tunc mihi auxilij gratiā referens. legionis ducatu cessit, Aquiliā tradidit. Quàm ego minime accepi, nolens ei cui vitam largitus essem, quos habebat honores lętitiáque ex eis adimere, quorum bonorum causa, dedit mihi consul primæ legionis ducatum, mortuo in pugna duce. Hæc fuere plebeij illustrantia me in pugna opera, & ad ducatum producentia. Postea verò quàm nomine potitus sum iam illustri, manifestus,

Pax iter cōsules, & plebē.

Nūdinę

Dentat⁹

Oratio.

Aquila vexillū.

festus eram sustinēs reliqua oīa certamina, cū me puderet acceptos ex operibus primis honores gratiasque delere, perseuerauique tempus omne militans labores tollerans, neque vllum periculum metuens, neque considerans, quibus omnibus fortitudinis prēmia spoliaq; & coronas & honores alios à cōsulibus accœpi, & vt sumatim dicam, in prēlijs quidem per quadraginta annos, per quos perseuero militās circiter centū & viginti pugnaui, vulnera vero in eis quinque, & quadraginta accepi. ea'que omnia in anterioribus, & à tergo nullum, sunt'q; horum vulnerum duodecim, quē me contigit vno die accipere, cum Herdonius sabinus arcem capitolium'q; occupauit, prēmiaq; fortitudinis ex certaminibus tuli. Coronas quatuordecim ciuicas, quibus me cinxere, seruati ipsi à me in prēlijs tres'q; tuli obsidionales, ascendens primus muros hostiū, & obtinentes octo ex acie, quibus sum ab imperatoribus honoratus. Super'que his octoginta tres torques aureos collares, centum'que & sexaginta Brachiales aureos, hastas decem & octo insignes, phalerasq; vigintiquinque. Quarum nouem erant ex prouocationibus nostrum aliquos in singulare certamē, quos ipse vltro subiens vici. Hic tamen ego siccinius ciues tantis in pugnis certans, tantus honoratus præmijs nullum vnquam veritus periculum neque renuēs, sed & in acie, & in oppugnationibus, & inter pedites, & inter equites, vnà cum omnibus, & cum paucis, & solus pugnans, per totum corpus cicatricibus plenus, acquirens patriē simul cum alijs, multum'q; & bonum agrum, quem partim Etruscis, sabinis'q; ademistis, partim Equis & Volscis, & quem vincentes Pomentinos & quosdam alios habetis, ne minimam quidem partem accipiens eius habeo, neq; vestum plebei aliquis, similiter laborantium violentissimiq; ex ciuibus & impudentissimi (quod pulcherrimū est) eius obtinent, & possident iam multos annos, tanquam dono à vobis accipientes, nec ementes pecunia, nec vllam aliā valentes iustā acquisitionē ostēdere, quod si ipsi quidem cū alijs nobis pariter laborantes quando eū acquisiuimus, plus habere quàm nos volunt. Non erat sanè iustum aut ciuile, depecülari paucos cōmunia. Sed non nullā tamen habet rationē hominum cupiditas, sed quando aliquos non habentes quod ostendant magnū aut nouū opus, cuius gratia vi nostra obtineāt nō pudet, ac ne coarguti quidem ea dimittunt, quis istos perferat, age, per deos, si quid horū mentior, ostendat vobis aliquis prodiens istorū venerabiliū quibus rebus claris pulchris'q; excellens, plus me habere postulat, vtrum plures annos militās, an in pluribus certās pugnis, an vulnera plura accipiens, an coronis & phaleris & spolijs, alis'q; victoriē ornamētis superās, per quē hostes imbecilliores sint facti, atq; clarior & maior patria, immo vero decimā ostēdat partem, eorum quē ego ostendi vobis. Sed horum plures ne minimam quidē meorū haberent partem inferendam. Quidam autē ne inanissimo quidē ex plebe apparerent æque mali patientes: non enim eis est in armis, sed in verbis claritas. Nec aduersus inimicos. Sed aduersus amicos vis est. Neque vrbem se communem habitare, sed suam putant tanquam ea non à nobis simul cum illis liberata tyrannide, sed vt nos illi hereditate à tyrannis accipientes. Qui quidem (vt alias in contumelias paruas magnasque omnes sileam) in hoc progressi sunt superbiæ, vt nec vocē velint aliquē nostrum liberam pro patria emittere, nec os aperire. Sed locutum primū de agri diuisione spurium Cassium tribus ornatū consulatibus, ac duobus illustrissimis triūphis, tanta in ducalibus actionibus demonstrata grauitate tāta in ciuilibus cōsilijs,

Laus militantis.
Præmia virorū.
Corona ciuica.
Corona obsidionalis.
Torquis aureus collaris.
Brachialis aure⁹
Hasta insignis.
Phalerē.

quanta à nemine eius ætatis, tantũ virum accusantes affectatæ tyrannidis falsis'q; oppugnantes testibus, ob nihil aliud quã quòd ciuium amans plebisque erat detrudentes a pręcipiti rupe perdiderunt. Caiumque Genitium qui tribunus erat noster, cum institutum idem anno post vndecimo renouaret, superiorisque anni cõsules in iudicium constitueret ob negletum senatusconsultũ, quod de agro diuidẽdo fecerat. Postquam palã nequierunt tollere occulte eum die ante iudiciũ rapuerũt. Vnde reliquos multus inuasit timor. Nec quisquã ampli⁹ hoc piculũ subijt. Sed hęc trigesimũ iam annũ patimur, vt sub tyrãnide potestate amissa. Transeo cætera. Sed nũc isti magistratus vestri quia vellent violatis plebeis opem ferre, quo vos sacros ex lege inuiolabilesque fecistis, quid non passi sunt acerborum? an non illi verberati? calcitrati, omnemque afflictionem sustinentes expulsi sunt foro? & vos ista patientes toleratis, nec queritis quemadmodum pœnas ab eis sumatis. Itaque per suffragia in quibus solis licet vobis libertatem demonstrare. Spiritus ò plebeij assumentes liberos, inferentibus tribunis legem agrariam confirmate ne vocem quidẽ tolerantes contraria postulantium, vos.n. tribuni in hoc, adhortatione non indigetis. Nam & opus incepistis nec declinatis, Pulchre faciẽtes. Si vero vobis aliquid impedimẽtum fuerit ab arrogantia impudẽtia'que iuuenum euertentium iudicia, aut calculos diripientium, aut aliquid aliud inornati in latione suffragiorum facientium ostẽdite eis quã vim habeat magistratus vestri collegium. Et postquam non licet cõsulibus potestatem adimere, priuatos quibus ministris illi ad violenta vtuntur constituentes in iudicium, date plebi de eis calculos, accusantes eos præter sacras leges, violare dissoluereq́ue magistratum vestrũ. Talia dicente eo, multitudo adeò placide affecta est ad orationem eius, tantãq; ostendit indignationẽ erga aduersantes, vt quemadmodum dixi in principio, ne verbum quidem cõtradicentium vnum amplius sustinere voluerit. Assurgens tamen tribunus Icillius cætera omnia dixisse recte aut siccinij, multamque eius viri percurrit laudem. Sed nõ facere orationis potestatem volentibus contradicere. Neque iustum, neque ciuile esse declarauit, de lege pręsertim, inquisitionis, quæ ius factura esset superius violẽtia, hac enim occasione vsuros esse eos qui nihil ęque iustę'que sentiant ad turbanda iterum, disiungenda'que commoda ciuitatis. & his dictis, sequentem diem assignãs legis accusatoribus, concionẽ dimisit. Consules autem priuatum congregantes conciliũ patritiorum fortissimorum, & tũc maxime in vrbe florentium, docuerunt eos inhibendam esse legẽ verbis primum. Sique plebi non persuaderent operibus, iusserunt'que omnes ire de primo mane in forũ cum sodalibus & clientibus, vt qui possent plurimis. Deinde circa pulpitũ ipsum & cõcionariũ stãtes alios expectare, alios per multas fori partes conglobatos ipsos perstare, vt relinquerent plebeij segregati, prohiberẽtur'q; ab eis in vnũ cõuenire locum. Visa sunt hęc esse optima, & antequã dies clara fieret, multę partes sunt occupatæ fori à patritijs. Post'que hæc tribuni consules'que adueniunt, iussitq; pręco vt diceret quicunque vellet legem accusare, multis autem & bonis viris assurgẽtibus, nullius audiebatur sermo ob tumultum, & inornatum cõcionis. Alij enim iubebant dicere, confirmabantque dicentes. Alij expellebant, iacebantque in eos cõuicia. Sed nec fauor adiuuãtium vincebat, Nec tumultus aduersantium. Indignantibus autem consulibus atque testantibus vim plebẽ incipere, ne verbũ quidem volentem tollerare, respõdebant tribuni nil eos mirũ facere iam quintum annum audient

Eclypsis.

Finis orationis.

Icillius.

dientes verba eadē, nisi velint tollerare vannas, & extersas cōtraditiones vbi vero plus diei in hæc cōsumptū est, repetebatque plebs calculos, non amplius distulerūt ad rem incipiēdā patritiorū adolescētes. Atq; distinguere se volētibus in tribus plebeis impedimēto fiebāt. Auferebātque ab habentibus calculorum vasa, nolentesq; ea dimittere ministros pulsabāt, & impellētes eijciebant. Clamantibus aūt tribunis & se in medium trudentibus, cedebāt quidē illis, permittebantque quo vellent licenter ire. Sequentibus autem eos plebeijs nō cedebant, nec permittebant. Ita vt inutile eis fieret magistratū auxiliū. Vicereque tandē patritij, neq; legem confirmari ꝑmisere. Qui vero visi sunt prōptissimi consulib⁹ administri ex tribus familijs fuere, posthumij sempronijque, & tertij eorum celij. Cū dignitate generis clarissimi, & sodalitatib⁹ plurimū valentes. Tū vero diuitijs, & gloria rebusque bello gestis illustres viri hique ne lex confirmaretur testimonio omnium fuere causa. Die autē sequenti assumentes tribuni plebeiorū illustriores deliberabant queādmodum rebus vterentur. Cōmuneque ab oībus approbatū consilium assumptū est, ne consules in iudiciū agerent. Sed obsequentes eis priuatos, quorū punitorū minor futurus esset sermo ciuiū, vt Siccius proposuerat. De numero autē accusandorū, quantū eū esse oporteret, deque nomine quod causæ imponerēt, & maxime de æstimatione litis quanta eius futura esset magnitudo, diligentem faciebant inquisitionē. Difficilioresque igitur natura ad maius terribiliusque produci ista omnia suadebāt. Clemētiores autē ē cōuerso ad moderatius, & humanius. Princeps'que huius sententiæ ꝑsuadensq; eius fuit Siccius. Is qui verba de diuisione agri apud plebē fecerat. Visum est igitur eis vt aliā multitudinē patritiorū omittētes celios, posthumios atque sempronios ad plebē ducerent, subituros iudiciū eorū quæ fecerant. Obijcerētq; eis, q̄d sacris legibus, quas de tribunis senatus populus'q; sanxerāt, nemini potestatē dantibus. Cogendi tribunos tolerare aliquid in volūtariū. Ipsi eos tanquā cæteros ciues occupātes ꝑducere ad finē cognitionē de lege ꝓhibuerāt. Estimationē aūt litis visum est eis statuēdā nō mortē neque aliud inuidiosum quicquā, ne hoc reis causa salutis fieret. Sed rē eorū sacrā esse cæteris electa legis parte moderatiore, ac sunt hęc facta, aderatque tēpus in quo ꝑfici aduersus eos iudiciū oportebat. Cōsulibus autē, & alijs patritijs in senatū cōuenientib⁹. (Cōtigit eñ vocatos esse ꝓcipuos), Visum est, cōcedendū esse tribunis, vt iudiciū perficerent, ne malū aliquod maius ꝑpetrarent. Permittēdūque plebeijs efferatis, vt effunderent in pecunias horū virorū irā, essentq; deinceps mitiores sumpta quātū ipsi voluissent de inimicis pœna mulcta ea existente præsertim pecuniaria, facile corrigibilē habēti passis calamitatē, quod quidem euenit. Damnatis enim his viris, deserto iudicio, exacerbata plebs quieuit. Tribunisque visa est reddi moderata, ac ciuilis auxilij potentia. Illis vero viris patritij res eorum ab ementibus eas publicæ redimentes, eodem pretio reddiderunt. Sicque mala rempublicam vrgentia vtentibus ipsis hoc modo dissoluta sunt. Post non multum autem temporis, inferentibus iterum de lege sermonem tribunis, nuntiata subita hostium ad vrbem tusculum inuasio abundās causa prohibitionis fuit. Aduenientibus enim romam tusculanis multis, ac dicentibus irripuisse magnis viribus in se Equos & iam suam regionem dirripuisse, ac nisi sibi velox aliquod auxilium adesset, præuenirent illi intra paucos dies vrbem capientes, senatus decreuit, vt consules ipsi vtrique eis opem ferent, quibus quidem proposita descriptione

[Marginal notes: Siccius. — Celij. Posthumij. Sempronij. — Equi.]

Iterum exorta seditio. uocantibus ciues oēs ad arma,exorta quidē est iterū seditio,aduersantibus descriptioni tribunis.Neque pœnas exigi concedentibus à contumacibus ex lege, sed nihil egit.Nam couueniens senatus edixit vt patritij cū clientibus ad bellum irent. Atq; alijs ex ciuibus qui vellent esse participes militiæ,quæ pro patriæ salute fieret,propitios deos fieri, Relinquētibus aūt consules esse contrarios. Vbi vero cognitū est in cōcione hoc senatus decretū,plebeij multi subire volentes bellum alij quidē optimi ingenij viri pudore,si nihil auxilij ferrent vrbi,quæ semper ab hostibus ob beniuolentiam in romanos læderetur.

Siccius. In quibus fuit Siccius, is qui apud plebem accusauerat depeculantes agrum publicum, cohortem ductans virorum octogintorum, qui supra ætatem erant militarem,vt ille etiam,nec sub necessitatem legum uenientes,cęterum honorantes,eum virum propter multa magnaque eius beneficia,haud iustum esse censuerunt exeuntē ipsum ad bellum deserere. Et erat hęc pars virium tunc exeuntium experientia certaminum,& audacia in periculis,longe omniū optima. Alij autem multi gratia, & adhortatione seniorum adducti sequebantur. Et pars quędam causa emolumentorum quæ per militiā acquiruntur, parata erat periculum omne perpeti.Breuique exiuit exercitus multitudine abundans, & apparatu illustri vtēs.Hostes autē audiētes educi aduersum se exercitū, abduxere inde copias. Cōsules vero insequentes propere adepti eos sunt propè Antiū considentes in excelso, atq; prærupto loco,ponūt & ipsi haud procul ab eis castra. Ac primū quidē cōtinuerunt se vtriq; castris.Postea vero cōtenētes ROMANOS equi. Quod nō se prius inuasissent,neq; adesse eis multitudinē sufficiētē existimātes fora eorū interrūpebāt exeuntes ipsi,frumentatūque missos, aut pabulum recondebāt, ac descendentibus ad aquationē,repentina inuasione incūbebant, prouocabant'que romanos in pugnam sæpius. Quæ videntibus quidem consulibus visum est,non amplius ex

Romili⁹ trahendū bellum,erat aūt per eos dies potestas belli penès Romilium. Et qui signū pugnæ daret,aciemque instrueret, atque pugnę incipiendę reuocandęque obseruāt tēpus is erat. Vbi verò signa pugnę attolli iussit, & eduxit è castris exercitum alios

Oratio. quidem equites,& pedites turmatim quosque locis opportunis statuit. Vocato autem ad se Siccio dicit,nos hic Sicci cum hostibus pugnabimus,tu vero dū nos tardamus adhuc. Apparamurque vtrique ad prēlium ,perge per illam obliquā viam super montem vbi est vallum hostium,pugnāque incipe cum relictis in vallo. Vt vel solliciti de eo pugnantes nobiscum hostes,opem ferre ei conantes,ostendant terga. Inoperosiq; fiant,vt consentaneum est in recessu celeri, & in vnam omnes coacti viam,vel hic manentes amittant vallū.Neq; enim manus ipsum custodiēs idonea est,vt coniectare posset aliquis. Visa ipsa ex situ loci tuta vndique,quæ verò tecum manus est octoginti viri multorum certatores bellorū improuisa incidens vtique sufficiens fieret ad perturbatos tabernaculorū custodes audacia capiendos. At

Siccius. qui ego inquit Siccius paratus sum ad exequēda omnia.Sed nō est tamen opus(vt tibi videtur)facile. Et eni excelsa,& abrupta petra,in qua est vallū.Nec ferentem ad id viam vllam video prēter vnā,quā descendent ad nos hostes prēsidiumque in eo esse verisimile est sufficiens & si valde paruū etiā & inane id esse cōtingat,ad maiorem multo manū,q̃ quę mecū est repellēdam sufficit, locusq; ipse prębet prēsidio securitatē.Sed aut tu maxime muta sentētiā. (Est enim iste conat⁹ lubricus)aut si tibi omnino cōstitutū est duo ꝑlia vno tēpore fieri,cateruā statuę hominū electorum,

rum,quę me cum senioribus sequatur.Nō em̄ locū furaturi vadimus,sed vi palā'q; capturi. Volentē autem loqui eum adhuc sequentia interpellans consul.Haud multis inquit opus est verbis. Sed si quidem sustinens imperata facere vade propere, Nec officiū exerce ducis. Si vero abstines vitasq; periculū, alijs ad hoc opus vtar. Tu vero qui centū & viginti decertasti pugnis,quadraginta militasti annos, & toto corpore vulnera accepisti, postquam volens venisti abi non congrediens ipse cū hostibus,nec eos videns,sed pro armis iterum sermones acuens,quibus vtaris ad inuidiam patritiorum,vbi multa illa prœmia fortitudinis,torques armillæ hastę phalerę & à consulibus coronę & ex certaminibus singularibus spolia,alia'que om̄is grauitas,quā te narrante sustinuimus.In vno em̄ hoc opere probatus, vbi verum erat periculum qualis esses, patuisti ad opinionem fortitudinis, non ad veritatem studens. Atque Siccius indignatus his opprobrijs, scio inquit Romili propositum tibi esse de duobus alterum, aut viuentem me frustrādo nihilque ipsum exequēdo, opinionem subire turpissimam timiditatis, aut me male atque obscure trucidatum ab hostibus mori. Quandoquidem sum tibi visus esse vnus ex eis qui volunt sentire libera. Neque enim in obscuram, sed in certam me mittis mortem. Subibo tamen hoc opus,& conabor apparens animo non degener,aut vallum vincere,aut spe fraudat⁹ generose mori. Vos aūt milites volo mihi testes ad alios ciues fieri,si fatū meū audietis,quod me virtus & libertas multa verborū perdidit.Et hęc cōsuli respōdēs & lachrymās,& familiares oēs salutās,abijt illos octingintos ducē mœstos ipsos & flentes tanquā proficiscentes ad mortē, ac reliquus quoq; exercitus miserabilē ducebat hunc casum,vt non amplius visurus hos viros. Siccius autem in alteram cōuersus,viam non quā Romilius putabat secundū latus mōtis duxit. Deinde aūt(Erat em̄ via quędam habens quercuū profundā syluam ad hos viros ducens constitit,ac duxit) à duce quidem missi sumus (vt videtis) tanquam perdendi. Putauit enim nos per obliquam ituros viam,per quem erat immachinabile ascēdentes nos, Non hostibus manifestos fieri. Ego aūt per ignotam inimicis vos ducam,spem multam habens, me capturum tramites aliquos qui vos ducent per verticē ad castra hostiū, & habere spes bonas. Hisque dictis, ducebat eos per saltū. Atq; multum loci peragrans,inuenit forte oblatū à numine agrestem quēdā hominē alicūde venientem, Quē à iunioribus capi iubēs,ducem facit itineris: illeque eos ducens per montem, post multū tēpus,sistit super adiacētem vallo collem, Vnde erat breuis,& deferens ad ipsum via. Dū hęc autē fiunt,cōgrediuntur romanorū,& equorū vires. Pugnabantque stabiliter,propè pari ille numero,& armorū apparatu, prōptitudineq; eandem exhibentes.Permansereque pugnātes diu æquo marte,ac vicissim vrgentes hostes aliquādo cedentes etiā,equites equitib⁹,peditesque peditibus,ac cadebant ex vtrisque insignes viri.Deinde capit finale iudicium certamē. Nam Siccius, & qui cum eo erant, vbi propius castra equorū fuere, inuenientes incustoditā illā castrorū partem(nam in alterā ad pugnantes conuersum totū erat pręsidiū spectādi gratia) per quam multam facilitatem euadentes supra verticē fiunt custodū. Ac cum clamore alacri in eos decurrunt illique perturbati isto præter spem malo, nec hos esse tam paucos putantes,sed cōsulem alterum cum legionibus,extra vallum se statim proruunt,ne arma quidē seruantes multi.Siccius autem,& qui cū eo erant,occidentes quos ex illis adepti erant. Valloque obtento, ad eos tendunt qui pugnabant in

planitię. Equi vero captionem castrorum ex fuga & clamore suorum sentientes, neque multo post à tergo superuenientem cernentes hostem, nihil amplius edidere generosi, sed dissipatis ordinibus, seruabant se alij per vias alias, in quibus facta est plurima eorum cędes. Neq; enim dimiserunt eos romani vsque ad noctem persequẽtes & occidentes quos coepissent. Qui vero plurimos eorũ perdidit, & illustrissima edidit facinora fuit siccius. Isq; vbi finem habentes vidit res hostium, ac iam adesse tenebras, cohortem ducens ad obtentum à suis vallũ reuersus est magno gaudio, multaq; plenus gloriatione. Qui vero cum eo erãt, inoxij sineq; lęsione omnes neq; modo nihil passi eorum quę expectauerant, sed ingentem adepti gloriã, patrẽ ipsum & seruatorem deumq; appellabant, alijsq; honoratissimis nominibus, insatiabilique tenebantur voluptate. Hi viri salutationnm inter se, aliarumq; comitatum, Interimque aliæ etiã romanorum legiones à persecutione in sua castra reuersæ sunt. Iam nox erat media, cum Siccius memor iniuriæ à consulibus acceptæ, missionis'q; suę ad mortem in mentem concipit, vt ab eis auferat bene gestæ rei gloriã. Ac communicans cum eis quos circum se habebat sensum suum, vbi omnibus istud recte fieri apperuit. Nec erat quisquã qui non admiraretur prudentiam, & audaciam eius viri, capiẽs arma iubẽs'q; cæteros capere, primũ homines, & equos, iumentaq; cætera quicũ'q; in castris equorũ coeperat interfecit. De hincq; incẽdit tabernacula armorũ frumentique, & vestis & cęterorũ bello opportunorũ plena, aliarũque rerũ quas multas ex agro tusculanorũ duxerãt. Et vbi omnia delata sunt igni, circiter primã lucẽ abijt, ferẽs nihil præter arma. Festinans'que studio romã aduenit. Vbi vero visi sunt armati isti exultãtes festinanter'que incidẽtes, multo perfusi sanguine, fiebat cõcursus, multa'q; adhibebatur prõptitudo volẽtiũ videre eos, & quæ gesta essent audire, hique vsque in forũ eũtes, Declarãt tribunis q̃ facta essent. Illique cõuocantes cõcionẽ narrare eos ante oẽs iussere. Turbaque multa coeũte, progrediẽs Sicci⁹ nũciauit eis victoriã, atque modũ certaminis declarauit. Et quod virtute ꝓpria, & seniorũ qui cũ eo erãt octingẽti viri, quos cõsules morituros miserãt, captum vallum equorũ esset, & oppositę cõsulibus vires coactæ fugere. Postulabat'que ipsos nemini alij victoriæ habere gratiã. Postremoq; illũ etiã sermonẽ addidit quod seruata anima, & armis veniebãt. Nihilque aliud neque paruũ neque magnũ ex rebus captis efferẽtes, plebs vero audiens hos sermones: in cõmiseratione lachrymas'que procedit vidẽs horũ hominũ ętates. Atq; virtutes cogitãs, & indigne ferẽs cupiẽsq; volsci aggressos vrbẽ talibus orbare viris. Fuitque odium quod iniecit in consules siccius, ab omnibus susceptũ ciuibus. Neque enim rem eam senatus moderate tulit, aut eis triũphum cõcessit, aut aliquid aliud pro bonis certaminibus consuetũ. Siccij aũt plebs vbi tẽpus comitiorũ venit tribunũ creauit. Honorẽ ei cui⁹ dominą erat tribuẽs & quę quidẽ illustrissima tunc gestorũ fuere talia. Anno vero post hos cõsules, Spurius tarpeus, & Aulus termenius, cõsulatũ accipiũt. Hique eũ in cęteris colẽtes plebẽ perseuerauerũt, tũ institutũ tribunorũ decreuerũt, quãdo quidem nihil plus fieri videbãt patritijs in prohibitione. Inuidiã vero & odiũ cogitabant iacturasque proprias, & calamitates certãtibus pro eis prõptissime, maximeque in metũ eos adduxit noua prioris anni cõsulum calamitas. Acerba sanè passorum à plebe, neque vllũ inueniẽtiũ a patritijs auxiliũ. Nã siccius qui equorũ exercitũ simul cum castris deleuerat tunc tribunus creatus, vt dixi, primo magistratus die,

Siccius victor.

Siccius pater seruator, & deus vocatur.

Siccij oratio ad populum

Spurius Tarpe⁹. Aul⁹ Termenius.

Siccius.

die,inuolãs salutares hostias ex lege priusquam aliud publicorũ ageret, Tito romilio diem dixit. Luciusque tunc ædilis superiore anno tribunus, cõsulem alterũ Caium veturium similiter in iudiciũ vocauit,multo autẽ intra tẽpus iudicij adhibito,vtrique studio & adhortatione spem habebãt rei ijdem magnã in senatu, ac periculum faciebant leue. Pollicentibus eis senioribus,& iuuenibus, se nõ situros iudicium perfici. Tribuni vero obseruantes multo ante oĩa,neq; preces,neque minas,neq; periculum vllum considerantes,vbi tẽpus affuit certaminis plebẽ conuocarũt. Cõfluxerat enim adhuc prius ex agris operariorũ & colonorũ turba, quę per vrbem distributa repleuit forum,& ferẽtes ad ipsum vias. Acta enim primum aduersus Romilium causa,Prodiensq; Siccinius accusauit eum & aliorũ quęcunq; visus erat in tribunos,consulatũ gerẽs per violentiã perpetrasse,& ad extremum insidias in se & in cohortem à duce factas exposuit. Exibuitque earum testes cõmilitantiũ illustrissimos,non plebeios,sed patritios. Inter quos erat iuuenis non obscurus neque generis dignitate,neque virtute propria,nec non in bellis strenuissimus, Spurius Verginius nomine. Isque dixit se cum vellet Marcum Icillium vnius ex cohorte Siccij filium, æqualem & amicum suũ liberare egressu illo tanquã euntẽ ad mortẽ vna cũ patre cohortatum esse Aulum Verginiũ patrũ suum tũc legatum cõmilitantẽ, vt iret ad consules: postulans sibi dari hanc gratiam. Contradicentibus autem consulibus,ait sibi quidem lachrymas excidisse præ deflentis calamitatem amici. Iuuenem vero pro quo preces adhibitę erant, ista audientem venisse, ac petita dicendi venia, dixisse se quidem rogantibus eis magnam habere gratiam,sed non fuisse gauisurum tali gratia impetrata, quæ sibi auferret erga genus pietatem, neque esse relicturum patrẽ,ac tanto minus id facturum pater,quia moriturus iret & id omnes scirẽt. Sed quod vna ipse exiens auxiliaretur quantum posset, essetque illorum fortunæ particeps. Hæc attestante iuuene,nemo erat,qui nõ aliquid pateretur ad casus hominũ respiciens,vbi vero vocati ipsi quoque ad testimonium prodiere pater Icillius,& adolescens. Et hæc ipsi quoque dixere. Non amplius continere lachrymas maior pars plebeiorum poterat. Defendente autem Romilio,orationemque percurrente, neque blandam neque temporibus accommodatam, sed excelsam ac per magistratum non obnoxium magnifice se efferentem, duplicem aduersus eum ciues iram corroborarunt. Atque domini calculorum facti damnarunt, ita,vt captus omnib⁹ calculis fuerit. Erat autem æstimatio litis pecuniaria decem milia assumi. Nec hoc sine prouidentia aliqua fecisse mihi videtur Siccius. Sed vt minus haberetur a patritijs studij de eo homine,neque aliquid ipsi molirentur aduersus suffragium cogitantes mulctari reum pecunia,nec vllo alio ac plebeijs punitionem impet⁹ etiam promptior,non priuantibus consularem virum,neq; vita neque patria, Damnato autem Romilio,non multo post,damnatus est etiam Veturius. Fuitque ei quoq; litis ęstimatio inscripta pecuniaria sescupla alterius. Hęc igitur cogitantibus consulibus,multus affuit timor. Ac ne talia paterentur,à plebe post consulatum multa prouidentia. Sic quoque non amplius occultantes sententias suas perseuerarunt ad ministrante in plebis gratiam. Primum igitur in concione per ordines legem promulgarunt,vt liceret omnibus magistratib⁹ eos qui immodeste aut prẹter leges agerent aduersus potestatem suam punire. Non enim omnibus tũc licebat, sed solis consulibus. Pœnam tamen non ipsis punientibus quãtam esse oporteret reliquere:

[Margin notes: Romilius. Veturius. Domini calculorum. Dãnatio Romilij. Dãnatio Veturij. Lex.]

ſed eam ípſi terminarunt, maximum declarãtes mulctæ terminum boues duos & triginta oues. Manſit'que díu hæc lex à romanis ſeruata. Deinde de legibus, de quibu admiſi erant tribuni, vt communes Romanis omnibus, & in omne tempus ſeruandæ ſcriberentur ad ſenatum retulerunt. Erant enim dicti multi in vtranque partem à præclaris viris. Et ad prohibendas, & ad ferendas eas ſermones, vicit autem introducens plebeia potius q̃ oligarchica, commodam præter opinionem omniũ patritiorumque & plebeiorum Titi romulei ſententia. Putabant enim cõtraria plebeijs, omnia & ſenſurum & dicturum eũ virũ dãnatũ nuper à plebe. Ille autẽ vbi rogato ei ſuo loco ſententiã, reſpondendũ fuit. Erat enim inter honoratos ex dignitate & ætate aſtans dixit. Quæ ſim patres à plebe paſſus, nihil ipſe iniuſte agens, ſed meę in vos beniuolentię, cauſa eſſem vtique oneroſus explicans. Vobis ſcientibus diligenter. Mentionem autem eorum facio neceſſario, vt ſciatis quod non indulgẽs adulationi plebis meæ ſolus inimicæ, ſed optimo animo quid cõferat dicam, Nemoque miretur ſi & ſæpe antea, & cũ cõſul eſſem, alteri⁹ ipſe ſententię, nunc repẽte ſim mutatus, neq; alterũ de duobus ſuſpicemini. Aut me tunc male conſuluiſſe, aut nũc nõ recte proponere quæ videantur. Ego patres quandiu validas res veſtras putaui, augens, vt oportuit potentiam optimatum, plebeios equidem deſpexi redactus vero meis malis ad modeſtiam magna mercede didici minorem eſſe voluntate veſtra potentiam. Et poſtquam multos ſuſcipientes pro vobis certamen iam neglexiſtis à plebe raptos, cedentes ipſi neceſſitatibus, haud ſane ſenſi amplius ſimilia. Vellem enim maxime, neque mihi, neque collegę meo ea eueniſſe, ex quibus omnes caſum noſtrum condoletis. Sed poſtquam finem habent noſtra, licetque reliqua corrigere, ac ne alij eadem patiantur prouidere, vnumquẽque & cõmuniter & priuatim bene cõponere præſentia ſuadeo. Optime enim habitatur ciuitas quę ſe ad res accõmodat. Eſtque optimis conſiliarius is, qui ſententiã non ad gratiã, aut ad priuatas inimicitias, ſed ad communẽ vtilitatem effert optiméque de futuris conſulunt, qui de præteritis exempla faciunt: vobis autem patres quotiens adeſt aliqua controuerſia, aut contentio cum plebe, ſemper in aliquo minui contigit, partim quiddam, partim vero hominum illuſtrium mortibus & contumelijs eiectionibuſque mulctati & quę enim eſſe infelicitas maior poteſt, quã optimos virorum concidi? quibus ego, vt parcatis moneo, neque vos nunc hos magiſtratus proijcientes in manifeſta pericula, relinquenteſque in arduis poſtea pœnitere. Sic nec aliorũ, quenque cuius etiam ſit parua vtilitas reipublicę, caput autem eſt eorũ quę moneo, vt legatos eligatis alios ad vrbes gręcas in Italia, alios Athenas, qui petentes leges à gręcis optimas, noſtrę'que vitę maxime cõuenientes, huc afferãt. Reuerſis'que eis proponãt cõſules ſpectãdũ ſenatui, quos eligi oporteat legũ latores & quem habituros magiſtratũ, & quantũ tẽporis, & cętera queãdmodũ ei conſerre videbit. Diffidere aũt nõ amplius nos cũ plebe moneo, neque alias ſuper alijs calamitates accipere cõtendẽtes preſertim de legibus. Quę ſi etiã nihil aliud habẽt ſaltẽ apparẽtiã poſtulationis decentẽ. His à Romilio dictis, cõſules ambo ſentẽtiã eius collaudarũt. Multa ipſi quoque apparata oratiõe ꝑcruẽtes, ac ſenatorũ multi fuerẽque plures adhãc accedentes. Cũ vero ſcribendũ eſſet decretũ aſtãs ſiccius tribun⁹, is qui diẽ romilio dixerat multũ habuit de eo viro ſermonem laudãs ſententię mutationem. Et quod priuatas inimicitias non pluris, quã communem feciſſet vtilitatẽ, ſed ex recto ipſe

ſenſu

Romilij oratio.

Nota. Optime conſulũt rebus futuris q a præteritis exempla trahunt.

Siccius.

sensu vtilia demonstrasset, pro quibus refero inquit ei hunc honorem & hanc gratiam. Libero eum dissolutione mulctæ. In reliquum etiam reconciliatus tempus. Vincit enim nos bonitate. Idem quoque tribuni cæteri remittentes consenserunt. Neque tamen recipere voluit Romilius hanc gratiam, sed tribunos laudans promptitudinis, se mulctam ait dissoluturum. Sacram enim deorum iam esse, neque iusta neque pia se facturum priuantem deos eis quæ darent ipsis leges. Et sic fecit, scripto autem senatus consulto, confirmatoq; postea per populum, creati sunt accepturi leges à græcis legati Spurius posthumius, Seruilius sulpicius, & Aulus Malius. Quibus triremes paratę sunt, & ornatus alius de publico ad ostentationem ducatus sufficiens. Et circumactus est hic annus. Secunda autem, & octogesima olympiade, qua vicit stadium Lycus Thessalus lariseus. Imperante athenis Cherephane. Annis ab vrbe cōdita, trecentis expletis. Publioque Oratio, & Sexto Quintilio consulatum suscipientibus, pestilentia romam inuasit omnium antea memoriæ traditarum maxima. Sub qua famuli pene omnes sunt amissi, aliorumque ciuium pars fere dimidia. Non amplius ad auxilium ęgrotantium sufficientibus medicis, nec propinquis. Nec amicis necessaria subministrantibus. Nam qui languentiū aliorum morbis auxiliari vellent, tangentes corpora eorum iacentia, simulque viuētes, iisdem, & illi morbis corripiebantur ita, vt multæ domus desertæ essent ob inopiam curatorum. Erat autem non minimum malorum vrbi. Ac ne citius pestilentia quiesceret causā, id quod fiebat ad eiectiones mortuorum, à principio. n. pudore & copia oportunorū ad sepulturam cremabant, humique mandabant corpora. Postremo verò alij negligentia honesti, alij oportuna nō habētes, multos mortuos ferentes in cloacas compitorū proijciebant. Multos'que adhuc plures in fluuiū imittebant, à quibus maxime putrescentibus plurima inficiebantur. Electis enim ad ripas rupes'que cadaueribus, grauis & male olentis aeris atractio incidens etiā robustis celeres afferebat corporibus cōuersiones. Nec erat amplius potatu vtilis ex flumine allata aqua, partim fetoris absurditate, partim quia mala faciebat alimenti incremēta. Nec in vrbe tm̄ hæc mala, sed in agris quoq; erāt, neq; minimū turba rustica laborabit repleta, & cū ouibus alijs'que quadrupedibus simul infectis. Viuens quàm diu igitur, spei aliquid multis inerat tanquā deo laturo sibi auxilium ad sacrificia, & expiationes omnes cōuertebantur. Sunt'que multa innouata, quæ non erāt romanis in consuetudine, in honores deorū instituta nō decentia. Vbi vero cognouere nullam adhiberi sibi à numine curationē, aut misericordiam, ministerio etiam circa diuinos cultus abstitere. In hac autem calamitate alter consulum sextus Quintius moritur, & suffectus ei consul spurius Furius. Et ex tribunis quatuor, multique senatorum & boni. Hac igitur pestilentia detēta vrbe, aggressi sunt Equi exercitū aduersus eos educere. Legationē etiam ad alias mittētes gentes quęcunque erant romanis inimicę, cohortantes'que eas ad bellū, neque tamen peruenerunt adducentes ex vrbibus exercitum. nam apparantibus se ipsis adhuc, idem morbus eas inuasit. peragrans non equorum modo, sed volscorum & sabinorum regionem plurimūque afflixit homines. Ex hocque euenit etiam vt dimissa regione inculta, fames pestilentię coniungeretur. Sub hisque consulibus nihil gestū est à romanis, neque bellicum neque ciuile, veniens in narrationem historię. Sequenti vero anno creati sunt cōsules Lucius Menenius, & Publius Siccinius, iusque sopita est in totum morbi, post

Legati ad leges. Sp. Posthumius Seruili⁹ Sulpici⁹ Aulus malius. Olympias octogesima secunda. Anni ab vrbe cōdita trecenti. P. Oratius. Sextus quintili⁹. Pestilentia. SP. Furius. Pestis in equos sabinos & volscos. Cōsules.

Lucius Menenius Pub. siccinius

quod deis sacrificia supplicationesque perfectæ sunt publicę. Ludique illustres amplis peracti sumptibus,& in lætitia delicijs'q; (vt cōsentaneū est) vrbs erat,in hisq; tempus hyemis ab omnibus consumptū est. Incipiente autē vere, frumētū ex multis locis adductum est. Maior pars eius empta de publico,& pars quędam à priuatis mercatoribus allata. Laborabat eīm nō paruū penuria cibariorū populus,dimissa ob morbos,& ob exitium agrestiū inculta terra. Aduenereque interim Athenis,

Leges in italiā delatę.

& ab alijs gręcis vrbibus in italia legati ferentes leges, adiereque dehinc cōsules tribuni postulantes vt crearentur secundū senatusconsultū legumlatores. Illi autem non habentes quo se modo alio liberarent, hanc rem egre ferentes nec volentes ijdē potentiam optimatum dissoluere,excusationē protulerūt decentē, adesse tēpus dicentes comitiorum,& oportere eos prius consules designare. Faciēdum'q; hoc esse

Appius Claudi⁹. T. Genicius.

breui, designatis'que consulibus, dixere se cum illis relaturos ad senatum de cognitione legumlatorum. concedentibus autē tribunis,edicentes illi comitia multo celerius quàm mos erat prioribus,consules designarūt, Appium Claudiū & Titum Genicium. Post'q; hoc omnē curam deponētes de repub. tanquā alios iam oporteret de his considerare,nihil amplius tribunis tribuebant. Sed vt reliquum consulatus tempus furarentur cogitabant. Contigit autem vt eorum alterū Meneniū egritudo quędam inuaderet diuturna. Ac iam dicebat quidā prę mœrore deiectiōeq; animi incidente hominū labem vix sanabilem morbum efficere. Hanc autem sumens excusationem sestius,quod nihil posset solus agere,repellebat tribunorū preces. Et ad nouos magistratus conuerti iubebat eos. Illi vero non habentes quid aliud agerent, coacti sunt ad designatos consules, nondū inito ab eis consulatu, pręcipueq; ad Appium confugere partim ipsos in concionibus rogantes, partim solos cōplectentes, donec eos tandem confecerunt,magnas eis subijcientes si res plebis susciperent spes

Appius.

honoris & potentię. Cœpit enim Appium cupido cōplectendi peregrinū magistratum & leges patrię constituēdi pacis & concordię,& vt omnes simul vnā gubernarent ciuitatem,principiū eis dandi. Sed non tamen permansit bonis magistratu ornatus magno. Sed incidit ad extremū in cupiditatē principatus inconcessi, magnitudine potestatis corruptus. Parum'que abfuit quin in tyrannidem euaderet. Sed de his tempore suo dicam. Tunc igitur merite optima hæc cogitans,persuadens'q; collegę postquam sæpius ad concionem euocarunt eum tribuni progrediens multosque & humanos sermones habuit. Principaliaque concionis eius hęc fuere quod edi leges,& desinere contendētes de ęquo bonoque inter se ciues,sibi & collegę maxime omnium videretur. Declarabantque aperte sententiam suam,creandi vero legum latores,nullam habere potestatem, inito nondum consulatu, Menio & collegæ non mō nō aduersarētur agētibus quæ senatui viderētur,sed etiā cooperarētur magnamque haberent gratiam. Quod si differant excusantes tanquā eis nō liceat,alios magistratus creare, consularem suscepturos potestatem designatis iam nobis cōsulibus,nihil erit per nos eis impedimenti. Volentes enim cedemus magistratu loco nostri eligendis, Si hæc quoque senatui videbuntur. Laudantibus autē plebeijs promptitudinem eorū, & omnibus ad senatū impulsis, coactus sestius conuocare senatū solus, quandoquidem adesse non poterat per morbos Menenius retulit de legibus. Dictę'que igitur sunt sententię in vtramque partem multę laudantibus,alijs secundum leges administrationē, & alijs seruare volentibus patrias consuetudines. Vicit

autem

autem nouorū cōsulum sententia, quā primus. Rogatus sententiā Appius Claudius introduxit, vt viri decem eligerētur illustrissimi senatorū, qui ab ipso electionis die imperarent, potestatem super omnes qui in vrbe essent habentes eam quā consules habuerant, & quā prius quoque Reges, volebatque interim cæteros magistratus dissolui, donec essent in magistratu hi decem viri. Hosque ex patrijs consuetudinibus & ex græcis legibus quas legati attulerant, eligentes optima & romanæ vrbi vtilia, leges ferre & quæ decem viri scripsissent, si senatus ea probasset, confirmassetque populus, firma esse in perpetuum, ac magistratus quicun'que deinceps crearentur. Ex his legibus priuatos cōtractus distinguere'que & publica prouocare. Hoc decretum accipientes tribuni, detulerunt in concionem, ac legentes ipsum populo, multas laudes percurrerūt senatus, & q sentētiā introduxerat Appij, & vbi tēpus comitiorū venit, postularunt designatos consules venire, seruaturos promissa plebi. Veniētesq; illi statim cōsulatu se abdicarūt, laudāte eos multū & admirāte plebe. Vbi vero suffragia ferre de cōditoribus legū oportuit, elegerūt primos oīm, creatiq; sunt cēturiatis comitijs Appi⁹ Claudi⁹ & Titus Luci⁹ Genicius, qui cōsulatū eo anno suscepturi erāt. Publiusque Sestius, qui eo anno cōsulatū gesserat, tres qui leges ex græcis tulerāt Publius posthumius, Seruilius Sulpicius, & Aulus Malius, vnusq; anni superioris cōsulū Titus Romilius, qui iudicio populi dānat⁹, accusante Siccio. Deide visus erat sententiæ popularis princeps. Et ex alijs senatoribus, Caius Iullius, Titus Veturius, & Publius Oratius, Consulares omnes. Tribunorum autem & ędiliū & quæstorum & si qui erant Romanis alij magistratus patrij sublati sunt, inde'que suscipiētes res ciuitatis legumlatores talem quendam constituerūt administrandi modū. habebat vnus eorū fasces & reliqua consularis potestatis officia, qui senatum conuocabat, cōfirmabat'que decreta, & alia omnia exequebatur quicūq; ad ducem pertinēt. Alij verò comprimētes ad popularios potestatis inuidiā, paruo quodam differebāt à cōmuni aspectu. Postea'que rursus alius in potestate cōstituebat. Fiebat'que hęc commutatio ex consuetudine suscipientibus eis ducatum in præfinitum quædam numerum dierum. Omnes autē a primo die sedentes, diiudicabant plebeios contractus & publicos, & quascunq; cum subiectis & socijs, & dubie fidei gētibus expostulationes fieri contingeret, cum omni ipsi spectantes quęq; clementia & iustitia. Visaque est illo anno ciuitas romana sub decēuiratu optime procurata, laudabatur aūt maxime eorum in plebeios prouidentia. Et aduersus violentum omne pro imbecillioribus iusti oppositio dictū'q; est à multis quod non amplius opus esset vrbi plebis pręsidibus alijs veteribus, vno omnia gubernante ducatu moderatissimo cuius princeps videatur Appius. Laudem'q; ille totius decemuiratus ferebat à plebe. Nō enim ea tātū modo qui cum alijs agebat ex optimo senso, afferebat ei bonitatis opinionē, sed multo magis ea quæ seorsum affectans idē perseuerabat, salutationes blādę'q; appellationes, aliæ'q; pauperum conciliationes. Hi igitur decēuiri conscriptis legibus ex Græcis, & ex eis quæ apud se erant, non scriptis consuetudinibus proposuere eas in decem tabulis volentibus inspicere, omnē ipsi respiciētes priuatorū correctionem. Et ad ea quæ cōmuniter placerent scripta dirigētes. Diuque perseuerarunt consedentes cum viris optimis in publico, diligentissimā'que facientes legūlationis exquisitionem. Vbi vero eius apparuit sufficienter habere sese quæ scripta erant. Primū quidē senatum conuocantes, nemine amplius leges reprehendēte, prę

Appij sentētia.

Creatio decēuirorum.

Leges in decē tabulis conscriptæ.

consultū de eis sanxerunt. Deinde populum cōuocantes, ad centuriatā concionem pontificibus & auguribus, alijs'que sacerdotibus pręsentibus, & diuina (vt est lex) enarrantibus, dederunt centurionibus suffragia. Confirmante vero etiam leges populo in Bases Aeneas ipsas inscribentes. Postea in foro posuere illustrissimū eligentes locum, & cum breue esset reliquum imperij sui tempus, congregantes senatum pręposuerunt, vt de comitijs considerarent, qualia oporteret fieri, multis'qus dictis vicit sentētia suadētiū creandos esse decemuiros iterū reipu. dños. Nā imperfecta videbatur legum latio, vt breui tempore cōposita, & vt in iam confirmatis, volentes'que & inuiti permanerent, opus esse videbatur magistratu aliquo imperatorio. Quod autem maxime persuadebat eis, vt eligerent decemuiratum, erat dissolutio tribunatus plebis, quod ante omnia cupiebāt. Hęc autem eis communiter considerantibus visa erant, priuatim vero pręsidentes senatui sententiā habuerāt transmutandi eum magistratū, timentes illi ne aliquid turbulenti homines tantā assumentes potestatē, magnum aliquod malū perficerēt. lætę autem accipiente plebe, quæ senatui visa erant, ac cū multa prōptitudine ferente suffragia, pręd ixere ijdē decēuiri comitiorum tēpus. Petebant autē magistratū honoratissimi euo'q; maximi patritiorū. Ibiq; plurimū laudatus ab omnibus erat princeps decēuiratus Appius. Illum'que omnis plebeia multitudo retinere in magistratu volebat, tanquā nullum meliorem existimans. Ille enim à principio renuere simulabat, Liberarique postulabat ministerio turbulento & inuidioso, Sed tandē postquā precabantur eum omnes, sustinuit & ipse eum magistratum petere, atque optimos cōpetitorū criminās non libenter eum videre propter inuidiā amicis suis palam suffragabatur. Designatur'que ipse iterum comitijs centuriatis legūlator. Et cum eo Quintus Fabius Iulianus dictus, qui ter consul fuerat, vir ad id tēpus ex virtute omni irreprehensibilis. Ex'que alijs patritijs, quos ipse complexus est Marcus Cornelius. M. seruilius, & Lucius Minucius, & Titus Antonius, & Malius Raboleius viri non multū illustres. Ex plebeis autē Quintus Apitelius, Cęso Diuilius, & Spurius Appius. Sunt enim suscepti quoque ab Appio adulationis in plebeios gratia docente quòd vno certo magistratu aduersum omnes, iustum erat partem aliquam in eo esse plebeiorum. Probatus igitur in tres hos omnes hic vir, & apparens esse optimus, regum'que & in annum, ducum vrbis suscipit, in sequentem annum, imperium. & hæc in eo gesta sunt decemuiratu Ronanorum, & nihil aliud mentione dignū. ❧ Posteriore vero anno accipiētes consularē potestatē, hi qui cum Appio decēuiri idibus medijs. Ducebāt enim mēses secundā lunā. Inciditque in idus ipsas plenilunium. Primas quidem cedentes hostias, Fœdera inter se fecere arcana, ne vlla in re aduersarentur alij, alijs. Et quod vnus ex eis iustū duxisset omēs id firmū ducere. Obtinerentque in vitam imperium. Neminem'que alium ad res gerendas admitterent. Aequo essent honore, æquaque omnes potentia, senatus aut populi suffragijs. Raro & in ipsa vtentes necessaria, plurima autē potestatis suę facientes. Die vero qua inituri magistratum, dijs quæ lex iubet immolātes. Sacram enim eam romani ducūt. Maximéque religiosum putant audire in ea aliquid in iocundum aut videre, mane exiuerunt, adducentes statim omnia regię potestatis insignia. Plebs vero vbi eos sensit non obseruantes amplius plebe, Iam illā & moderatam principatus figuram, sed vendicantes sibi priora regij principatus insignia, in multam incidit animi deiectionem

Leges in Bases Aeneas.


Menses romanorum.

ctionem & mesticam, terrebant enim eos adiecte fascibus virgarum secures, quas ferebant precedentes vnūquēque eorum lictores duodecim numero turbam verberibus abigētes à compitis, Sicut antea sub regibus fiebat. Sublata enim fuerat hec consuetudo post electionem eorum à viro populari Publio Valerio regiam assumēte potestatem. Cui viso pulchre rei inceptori, omnes post illum consules similia agētes, non amplius virgarum fascibus secures adijciebāt nisi militię & per egressus ex vrbe alios, bellum extra fines educentes, aut subiectorum res protegentes. nam quidem secures fascib⁹ adiūgebāt, vt aspectus illius terror tanquā aduersus hostes, aut seruos, ciuibus non videretur grauis. Hoc igitur spectantibus omnibus quod regię potestatis signū esse putabatur, metus, vt dixi affuit, existimātibus amissam esse libertatē, esse decē pro vno electos reges. Hoc aūt modo terrētes turbā hi decē viri, ac cognoscētes oportere deinceps metu imperari, sodalitatē cōtraxere vniquiq; eorū eligētes ferocissimos iuuenū suiq; studiosissimos. Ex pauperibus igitur & fortunę humilis plurimos apparere tyrānicę potestatis adulatores, Publicāq; vtilitatem mutātes proprijs emolumētis. Neq; pręter opinionē, Nec nō sperādū erat. Ex patritijs verò habētes vn̄ ex diuitijs & ex genere magnifice de se sentirēt, inuētos esse cōplures sustinētes, simul cū decem principibus patriæ libertatē euertere. Hoc esse omnibus videtur admirabile. Hiq; igit̄ oībus indulgentes voluptatibus quibuscunq; innatū est homines detinere per multā licentiā vrbi imperabāt. Senatū siue plebē nullius facientes pretij. Oim'que ipsi legūlaturos & iudices. Multos quidem occidentes ciuiū, & rem multis iniuste auferentes. Et vt eis decenter haberēt quæ fiebant improba, & acerba tanquam iure facta, de vna quæ'q; re iudicia reddebantur Erant autem accusatores illis ex administris tyrannidis submisti, & ius dicentes ex sodalibus creati, qui mutuas sibi gratias referentes, causas largiebantur. Multas verò expostulationes, neq; eas minimi pretij sub se illi decem iudicabant, ita vt iure suo fraudati homines cogerentur. Se ipsi quoq; sodalicijs addicere. quando quidē non erat eis tutū aliud, facta'q; est cum tempore, maior sana parte, ea quæ corrupta erat, ęgrotabat'q; pars ciuitatis, neque enim manere intra muros volebant illi quibus quę decem princeps agerent mœrori erant, sed in agros ierant expectantes comitiorum tempus, tanquam decem deponendis viris, ab ea potentia. Cum circū actus esset annus, alijs'q; creandis magistratibus. Appius autem & collegæ reliquas conscribentes leges in duabus tabulis. Has quoq; alij prius adiacere, in quibus etiam hæc lex fuit. Non licere patritijs coniūgi cum plebeijs cōnubio ob nihil (vt mihi videtur) aliud quàm ne coirent hę gentes in concordiam nuptiarum commutationibus, affinitatumque communione permixtæ. Vbi verò tempus comitiorū affuit, vt se multum oblectarent, dicentes patritijs consuetudinibus, nuperque scriptis legibus, neque senatus, neque plebis lato suffragio permanserunt in eodem magistratu.

[Margin: P. Valeri⁹]
[Margin: Tabulæ factæ duodecī. Lex.]

DECIMI LIBRI FINIS.





ERTIA AVTEM ET OCTOGESIMA OLYMPIADE,qua vicit Criso Himereus. Imperãte Athenis Philisco, dissoluunt romani decemvirorum imperium tres annos ipsum curam agens reipublicę. Quemadmodũ autem conati sint radicatam iam potentiam euertere, & quibus viris libertatis,& ob quas causas & occasiones à principio resumẽs conabor enarrare, necessarias esse existimans, & pulchras tales disciplinas omnibus(vt ita dicam)hominibus maximeque illis qui in speculatione philosophiæ, rerũq; ciuiliũ versantur,nõ em̃ multis hoc solũ sufficit ex historia percipere, quod bellũ persicũ (vt de eo nunc loquar) Vicere Athenienses & Lacedæmonij duobus prælijs naualibus, vno'que terrestri debellantes barbarum,ter millies millenos ducẽtẽ hoĩes,nõ plures ipsi cũ socijs centũ & decẽ millibus.Sed & locos volũt in quibus gestæ sint res discere ex historia & audire causas,ob quas mirabilia, prę terq; opinionẽ publicã opera perfecta sint & qui duces exercitũ fuerint. Barbaricorũq; & grę corũ narrari. Nulliusq;(vt ita dicã)nõ auditores fieri perfectorũ in certamine, delectat̃ enim hoĩs cuiusq; sensus manu ductas per sermones ad opera,neque solũ dicẽtes audiẽs, sed etiã quę fiãt vidẽs, neque quãdo actiones ciuiles audiunt satis est eis rerum summã finẽque discere, quod cõcesserint Lacedęmonijs Athenienses muros vrbis suæ dirui, perscindi, naues'q; ac præsidium in arcem duci. Pro'q; patria eis populi potentia, principatum paucorum reipublice designari dominum, ne certamen quidem illi aduersus eos suscipientes, sed statim postulant quęnam essent tunc occupantes ciuitatẽ necessitates,ob quas acerba ista miseraq; sustinuerit,& quibus ei ꝓsuasum sit rationibus à quib⁹ viris dictis, & quæcunque cõsentanea sint rebus volunt edoceri. Viris autẽ ciuilib⁹ quibus ego addo etiã philosophos, quicunque nõ verborũ,sed pulchrorũ operũ exercitationẽ philosophiã putant, delectari omniũ speculatione quæ sint rebus adhærẽtia (vt hominibus cæteris cõmune est) Vltra'que voluptates superest, vt in necessarijs tẽporibus valde prosint ex tali peritia ciuitatib⁹,ducantq; eas volẽtes ad vtilia oratiõe. Nam facillime discunt homines iuuãtiaque & lędentia,quãdo ea ex multis exẽplis vident.& eis qui se ad hęc hortentur,multã attestantur prudentiã,multãque sapiẽtiam. Propter has causas visum est mihi omnia diligenter percensere gesta circa dissolutionem principatus paucorum' quæcunque digna mentione puto. Faciam autem de his verba, non ab vltimis incipiens,quæ visa sunt multis sola fuisse causa libertatis.Dico autem circa virginem peccato per amorem ab Appio,adiecta enim est ea etiam vltima plebi ira. Cum innumeræ aliæ prę cessissent. Sed ea per quæ primum ciuitas cœperit à triumuiratu affici contumelia, prima dicam. Percenseboque deinde omnes quæ fuerunt in seditione iniquitates. Prima igitur visa esse causa odij principatus paucorum fuit, quia coniunxissent priori magistratui secundum, negligentes plebem,ac senatum despicientes. Deinde quia prę stantissimos Romanorum quibus minime grata erant, quæ ab eis fierent, alios vrbe expulerunt.

Decemuirat⁹ deponitur.

Athenienses Lacedęmonij.

Homines facillime exẽplis discunt.

Narratio

Seditionis causę

runt,causas afferẽtes falsas,& graues alios occiderũt,summittẽtes eis accusatores ex amicis suis. Et causas eas ipsi iudicãtes. Maxime verò quia ferocissimos iuuenum, quos habebant circũ se vniquiq;, permittebãt ducere ferre'q; bona aduersantiũ illi statui republicę,hique tanquã bello capta,per vim ab hostibus patria,non modo cæ-tera possessa lege eis aufferebãt. Sed in vxores eorũ formosas impie obseuiebant in filias illi etiã nubiles contumeliosi.Indignantes'q; super his viros aut patres verberibus tanquã mancipia concidebant. Efficiebãtque vt quibuscũque non ferenda ista viderentur,hi patriã relinquentes cũ vxoribus & cũ filijs in proximas demigrarẽt vrbes. Suscipientibus eos latinis ob cognationẽ, atque Hernicis,ob datũ eis nuper à romanis ius ciuitatis æquũ,ita,vt ad extremũ relinquerentur(vt cõsentaneũ est)in vrbe stadio si tyrannorũ, & hi quibus nulla erat publicorũ cura.Neque eñ permansere patritij,haud dignitates blandiri ducibus,nec valentes eis quę fierent aduersari, sed nec conscripti in senatorũ concessum, quos oportebat necessario magistratibus adesse in vrbe erant,sed horũ plures cõposita supellectile,relinquentes desertas domos,morabantur in agris suis, decemuirisque voluptati erãt illustrissimorũ virorũ fugæ, cũ multis alijs tum hac causa maxime quod intẽperãtiæ iuuenum addebatur multum arrogantię. Nequeuntium eos videre,quorum præsentia petulanter agentibus ipsis erubescendum erat,deserte igitur vrbem meliore parte, libertatéque oñi amissa, occasionem pulcherrimam suscipientes victi ab eã bello,cupientes'que contumelias detrimẽta'que sua sarsire, recuperareque amissa, tanquã propter paucorũ principatum egrotante vrbe neque ea conspirare,aut concordi esse, resumereque rẽ publicam amplius valitura, paratis oñibus opportunis ad bellũ magnis in eã exercitibus incurrũt, & eodem tempore Sabini irrumpentes in cõfinem sibi regionem, multæque facti prædę domini, cædemque edentes magnam multitudinis agrestis, in regillo castra posuere. Distat enim vrbs ea roma centum & quadraginta stadijs, propè flumen existens tyberim. Equi quoque tusculanorum agrũ inuadentes sibi finitimum, multumque eius populantes, in vrbe Algido castrametantur. Vbi verò audiuere decemuiri inuasionem hostium, perturbati sodalitates cõuocant. Et cum eis quid opus esset factu deliberabant. Ac mittendum quidem esse extra fines exercitum, nec expectandũ donec venirent ad vrbem ipsam hostium copiæ omnibus videbatur. Multam vero exhibebat eis dubitationem. Primum quidem,an ducendi ad arma essent romani omnes, etiam præsenti vrbis statui inimici. Deinde qualem oporteret fieri militum conscriptionem, vtrum eam arrogantem & seueram, quales fieri sub regibus, ac consulibus cõsuetudo erat an humanam & moderatam. Videbaturque illud etiam non parua eis inquisitione dignum quidnam futurũ esset quod sanciret de bello sententiã decernere'q; collectionẽ exercitus vtrũ senatorũ concilium, an plebeia multitudo, an horum neutrum. Quandoquidem suspectum eis vtrumque erat & vtrique ipsi parti etiam inuisi erant. tandemq; multis agitatis decreuerunt conuocare senatum, dareque operam, vt bellum eis ille decerneret, descriptionemque exercitus fieri permitteret. Nam si vtraque hæc a senatu confirmarentur. Primũ quidẽ obtemperaturos putabant oẽs,sublata pręsertim tribunitia potestate. Cui soli per leges licebat aduersari potentum iussis. Deinde ipsi viderentur obsequentes senatui, & agentes statuta ab eo accepisse ex legibus belli potestatem. His constitutis, præparatisque ex sodalibus proprijs & ex cognatis qui dictu-

Sabini.

Equi.

ri in senatu essent conferentes ipsis sententias. Et ijs qui eadem non sentirent aduer saturi, processerunt in forum, ac prçconem assistentes euocari nomine cōsultos iusserunt. Obtemperabatque moderatorum nemo. Sępiusque clamāte prçcone, Prodeunteque nemine, nisi ex adulantibus decemuiratu, in quibus erat pars illius status pessima mirabantur, qui tunc erāt in foro, si qui nulla vnquam de re senatum conuocassent. Tunc primum cognoscerent quod esset aliquid apud Romanos bonorum virorum consensus, quos de re publica considerare oporteret. Hæc videntes decemuiri, conati sunt ex ædibus consiliarios educere, cæterum audientes plures eorum vrbem deseruisse rem in posterum distulerunt. Mittentes'que interim in agros aliud eos euocarunt. Atque repleto senatu, procedens Appius, dux ille decemuiratus, nuntiauit, vtrinque bellum & ab equis, & a sabinis inferri romæ. Orationemque habuit multa cum diligentia compositam. Cuius finis fuit, vt descriptio exercitus decerneretur. Fieretque egressus celer, tanquam non tanto, vt aliter fieri posset tēpore. His ab eo dictis, astitit Lucius Valeri⁹, cognomine potitus, vir magnifice de se sentiens ex progenitoribus. Nam pater eius fuerat qui Herdoniū sabinū obsederat obtinentē capitolium. Locūque ipsum recuperauerat ipse in pugna moriens, Et paternus auus publicola. Is qui reges eiecerat, cōstitueratque optimatū potentiā. Prętereuntē autē vidēs ipsum Appius, & aduersum se ducturū esse suspicatus. Nō est inquit locns tuus Valeri iste, neq; conuenit tibi nūc dicere. Sed vbi seniores & honoratiores te sententiam protulerint, tu tūc vocatus quod tibi videtur dices. At non inquit Valerius de his dicturus astiti. Sed de alijs maioribus, magisque nēcessarijs, de quibus audire senatū puto primū oportere. Sciēt enim ex his q̄ audiēt illi vtrū ista magis sint necessaria reipu. de quib⁹ eos cōuocastis, an quę à me sunt dicenda. Sed ne me prima dicēdi potestate senatorē ipsum, & Valeriū, ac volētem de salute vrbis dicere. Si vero seruas cōsuetā erga omnes arrogantiā, quos tribunos appellabo. Sublatū est enim à vobis, Vi oppressorū ciuiū auxiliū. Et quonā istud minus est malū? Quando Valerius Potitus tanquā minorū vnus ipse ęquū non obtineo, sed indigeo tribunitiæ potestatis. Non sic erit tamen, sed quando magistratu illo priuati sumus. Vos qui cū hoc etiā suscepistis magistratus illius potestatē, dynastas vrbis omnes appello. Nec ignoro sane inaniter me hoc facere. Sed volo omnibus manifestum fieri, coniurationem vestram quod confunditis res vrbis, & habetis vnam omnes sententiam. Immo vero te solum appello Fabi visbolane tribus ornatum consulatibus habes ne adhuc eandē mentem, an exurges; & auxilium oppressis feres? ad te enim senatus spectat. Vbi vero Valerius hæc dixit, sedebat Fabius, præ pudore nihil respondens. Appius autem, reliquique decem, exilientes omnes eum dicere prohibebant. Tumultu vero senatum occupante, indignantibus'q; plurimis, & recte eos his qui ex sodalitate erant facere existimantibus, assurgit Marcus Oratius Barbatus dictus Oratij pronepos eius, qui cum Valerio publicola consul fuit, post eiectionem regum vir in rebus bellicis grauis. Nec ad dicendum inualidus, & iam pridem Valerio amicus. Is'q; igitur non amplius bilem continens. citius inquit cogetis me Appi frenos rūpere vos non amplius moderate agentes. Sed Tarquinios induentes, qui ne verbo quidē potiri, finitis. Volentes de salute reipublicę dicere vtrum ne vobis ex mente abijt, saluos esse adhuc Valeriorum eijcientium tyrannidē posteros ac reliqui adhuc familiæ Oratiorum successionem

Reuocatio populi.

Appius.

Oratio potiti.

Dynastas.

M. Oratius.

Oratio oratio

successionem quibus patriũ est ire obuiã & cum alijs, & solos trahẽtibus in seruitutẽ patriã, an putastis tãtam nostrã cęterorũ'que romanorũ ignauiã? vt amplectemur si quis sinat quoquomodo nos viuere de libertatéque & fiducia dicamus nihil aut faciamus, an vos potentię magnitudo inebriat ad auferendã Valerio dicendi potestatem, aut cęterorum senatorũ alicui. Quinam estis, aut quẽ habentes legitimũ magistratum, an non in annũ creati estis reipublicę pręsidentes? an nõ tempus elapsum est magistratus vestri? an non priuati nunc facti estis ex lege? quid igitur erit prohibens quenquã nostrũ qui velit concionem aduocare, potestatéque vestrã quã habetis pręter leges accusare? tradite ciuibus calculos de hoc ipsorum oporteat decem viratum vestrũ manere, an patrios iterũ designare magistratus. Siq; hoc populus insaniẽs sustineat. Habete iterũ cõstitutionẽ eãdẽ. Prohibeteq; quæcũq; velit aliquis pro patria dicere. Si eñ iusta ista videbũť digni vtiq; erimus & hęc & peiora adhuc pati, subiecti vobis, ac sordibus & turpi vita maculãtes nostras ipsorũ, ac maiorum nostrorum virtutes. Adhuc aũt dicentẽ eũ circũstat decem illi cũ clamore potestatẽ vibrãtes minãtesque se eũ proiecturos de rupe ni sileat. Ad quod exclamarũt oẽs tanquã violata eis libertate. Eratque plenus indignatiõe, ac tumultu senatus, decem viros tamẽ statim prohibitionis illius & minarũ pœnituit, vbi ex ea re senatũ irritatẽ cognouere. Postea'que progrediens APPIUS rogans'que tumultuantes, vt se breue continerent tempus. Postquam compescuit quod turbatum erat neminem inquit vestrum consiliarij fraudamus dicendi potestate, quicun'que in tempore conuenienti dicat. Sed hos lasciuientes & exurgentes antequam vocentur, coercemus. Ne igitur indigemini. Nam & Oratio, & Valerio, & cuicun'que alij sententiæ dicendæ potestatem secundum veterem consuetudinem & ornatum loco suo faciemus. Si quidem de eis dicant de quibus consultaturi conuenistis. Neque aliquid extra ea. Si verò vos ductent seditionemque in vrbe ferant nihil ad rem concionãtes, tunc potestatẽ hanc coercendi incõpositos MARCE ORATI habemus acceptam à populo, cum & cõsulum, & tribunorũ decreuit nobis imperium. Nec vt videtur tibi tẽpus adhuc pręterijt. neque eñ in annũ creati, neque in tẽpus aliud pręfinitũ sumus. Sed donec omnẽ cõstituamus legũlationẽ. Eis igitur quę in mente habemus perfectis, ac reliquis confirmatis legibus, tunc magistratum deponemus. Rationẽq; gestorum ijs, qui volent vestrũ reddemus, prius autẽ neq; consularem, neq; tribuniciã potestatem minuemus. De bello verò quemadmodũ celerrime pulcherrime'q; hostibus repugnemus sententias postulo vos progredientes dicere primum quidem vt consuetum est vobis, & decens seniores. deinde medietatis viros vltimos verò iuuenes. Et his dictis primũ vocauit patruũ suũ Caium Claudium, qui exurgens huiusmodi orationẽ habuit. Postquã patres vult me APPIUS primũ sentẽtiã dicere, me honorãs ob cognatiõe (vt ei cõuenit) & postq̃ opus est me quę sentẽtiã de bello aduersum equos, atq; sabinos dicere, priusq̃ vobis mentẽ meã declarẽ, vellẽ illud vos inquirere, qua spe elati equi & sabini bellũ nobis ausi sunt inferre, & excurrẽtes populari regionẽ nostrã optãtes ipsi antea, & dijs magnã habẽtes gratiã, si quid finiret eos suã habere tute, si hoc enim discatis etiã liberatiõnẽ à bello quę sit optima, discetis, illi igitur audientes agitari fluctibus, & ęgrotare iam diu patrum nostræ ciuitatis morem. Neque esse præsidentibus reipublicæ populum, aut patritios beniuolos nec hoc illi vane audientes (ita enim habet veritas, neque opus est me

C. Claudij orõ.

causas vobis scientibus dicere)suspicati sunt,quod si bellum nos aliquod extrinsec⁹ occuparet,simul cum malis intra muros. Videreturque magistratibus educendas esse vires propugnatrices regionis,neque ciues habituros ipsos promptos omnes ad militare sacramentum,vt antea,inimicæ affectis eis erga magistratus,neque duces punitionibus ex lege aduersum non dantes nomina vsuros esse, vtpote metuentes ipsos,ne malum aliquod maius agerent ac parentes eis,armaque capientes milites, aut signa deserent,aut permanentes iidem in prælijs sponte sua male decertarent. Quorum quidem non verisimile sperarunt nihil. Quando enim concors ciuitas bellum suscipit.Et idem omnibus apparet vtile tã imperantibus,q̃ parantibus prõpte omnes vadunt ad difficilia nec laborẽ nec periculũ vllũ metuentes, quando vero antequam res intra muros constituantur, egrotans eadem,campestribus occurrit bellis,adestque multitudini cogitatio,quod non ipsa male pro commodis suis patitur. Sed vt imperent sibi alij stabilius,adestque ducibus altera quod non minus hostilẽ habent suũ militẽ,q̃ aduersariũ languent cætera,& est quęq; vis satis valẽs ad tales exercitus debellãdos & perdendos. Hæ patres sabinorum & equorum ratiocinationes,quibus fidentes illi irrumperũt sunt in regionẽ nostrã. si igitur indignantes ipsi nos despectos ab elatis eis,& irati vt nũc decernamus aduersus eos exercitũ vereor ne nobis quæ illi ꝑcogitarũt eueniãt,immo vero scio probe euẽtura. Si vero prima cõstituamus maxime q̃ necessaria,sunt hæc aũt multitudinis bona cõstitutio,& qđ oĩbus eadẽ appareãt vtilia. Pellentes vrbe inhabitantẽ gentilitiam cõtumeliã & cupiditatẽ, restituẽtesq; veterẽ reipublicæ formã, perculsi hi qui nũc sunt feroces deq; manibus arma abijcientes venient intra non multũ tp̃s restituẽtes prædã,& de pace collocuturi,aderit que nobis id quod nũc oẽs optarẽt bellũ sine armis aduersus eos conficere,hęc igitur puto nos cogitãtes oportere cõsiliũ de bello,quãdo nobis turbulẽte intra muros res habent impſentia omittere, deq; cõcordia,& ornatu ciuili proponere,vt quicũq; velit dicat.Nõ eñ licuit nobis priusq̃ de bello vocaremur,ab hoc magistratu de rebus ciuilibus,si quid eorũ quæ fiunt,non recte habeat cognoscere,multa eñ rephensione dignus esset,si quis huius rei tẽpus omittẽs, nũc dicere de alijs postulet. Nec hoc habet aliquis qđ dicat certe,quod hoc tempus prętereuntes,vt nõ idoneũ,potiemur alio magis idoneo. Nã si ex ꝑteritis volet aliquis euentura cõiectare,multũ erit post hoc tẽpus ꝑ quod nõ conueniemus de aliquo reipublicę cõsultaturi. Censeo autẽ,& vos Appi pręsidentes vrbis, debere commune bonũ à cõferẽtib⁹ reipublicę nõ priuatim vobis ipsis cõsiderare. Si vero veri aliquid licẽter ac nõ ad voluptates vestras dico,ne mihi hac causa inimicitias indicite,cogitantes quod nõ in contumeliã aut opprobriũ magistratus vestri verba facio,sed vt ostendam quibus fluctibus agitentur res ciuitatis,& salutẽ & correctionẽ eorũ si qua est demonstrẽ,fortasse eñ,& cæteris quibuscũque curę est vt patria pulchre habeat, necessarius est sermo de cõferentibus reipublicę. Sed mihi quidem ꝑcipue. Primũ quia principatu sententię ob honorem dignato. Pudor esset multaque fatuitas primum exurgentem non etiam quæ primum corrigi oporteat dicere, deinde quia mihi conuenit patruo Appij decemuiratus principis. Vni omnium maxime delectari,cum ab eis publica optime procurantur ac merere quocũque magis, cum econuersos non pulchre, superque his quod ei secte maiorum succedo, quæ cõmunem vtilitatem,priuatis commodis anteponat. Nullumq; propriũ considera-
ret

ret periculum. Hanc eo nunquã volens proderem. Esséque mihi hãc vitę electionem fateor, nec turparem vnquã illorum virorũ virtutes. De pręsenti igitur reipublicę constitutione, quod ea nobis male habeat, offendanturque ex ea propè omnes hoc nobis maximũ argumentum fiat oẽs quondã publica administrãtes. Quod solum nobis ignorare non licet fugiunt ex vrbe quotidie relinquentes lares patrios, elegantiores vero plebeiorum, alij in vrbes finitimas cum vxoribus & filijs transtulerunt habitationes, alij in agros plurimum hinc distãtes. Sed nec patritiorum multi faciũt in vrbe, vt anteà mãsiones suas, Sed horũ plures ducũt in agro vitã. Et quid opus est de alijs dicere, quãdo etiam senatorũ pauci quidam cognatione & amiticia coniuncti nobis intra muros manent. Alij vero solitudinem desiderabiliorẽ ducẽtes patria, cum senatum opus fuit conuocare ex agris viritim euocati conuenerunt, quibus patriũ erat vna cum magistratibus custodiam habere patriæ, neque vlli publicorũ non interesse. Quid igitur putatis bona fugientes homines an mala. Patriã suam relinquere? ego quidem puto mala. Et quo minus malo esse putatis vrbi maximéque romanorum, cui multis opus est domesticis corporibus si obtẽtura est stabiliter inter accolas principatum à plebeijs eam relinqui, desideria patritijs, neq; bello eam pręmente, neque pestilentia, neq; alia adeo amissa calamitate vlla. Vultis igitur audire quæ sint causę cogentes homines, differere templa & monumenta maiorum, laresque & possessiones paternas atque omnẽ terram patria potiorem ducere? (non enim fit hoc sine causa). Ego vobis dicam, nec occultabo. Accusationes fiunt Appi magistratus vestri multæ & à multis, vtrum verę an falsæ, haud opus est impręsentia me querere, fiunt tñ, nihil dicã de sodalibus viris, qui ad pręsentia se accõmodãt, boni quidẽ & ex bonis geniti, qbus cõuenit sacrificia facere, mãgistrat⁹ gerere, alijsq; frui honoribus, qbus patres eorũ fruebãt dolẽt ab his abacti ꝑ vos & maiorũ amittẽtes dignatiões. Mediocris aũt fortunę hoies in vrbe, sinéque curiositate multa quietem sequentes, iniustos vobis raptus pecuniarum obijciunt. Quæruntur, deflentque in nuptias improperia vinositatesque in filias nubiles, aliasque contumelias, multasque, & graues. Plebeiorum vero pauperrima sors, non amplius comitiorum aut suffragiorum domina nec vocata in concionem, nec alterius humanitatis ciuilis alicuius particeps propter ista omnia vos odit, magistratũ istũq; vestrum tyrannidẽ appellat. Quo igitur modo corrigetis & cõpo scetis, has ciuiũ in vos criminationes. hoc enim mihi dicẽdũ restat, Si senatus cõsulto facto reddatis populo cognitionem. Vtrũ ei videatur creandos rursus esse consules & tribunos. Aliosque magistratus patrios, an in hac forma reipublicæ permanendũ. Si enim amabũt romã omnes per principatum paucorum regi, decernentq; vos, in eadẽ permanere potestate, ex lege habebitis, non vi magistratum. Si vero volent cõsules iterum, aliosque vt antea magistratus creare, deponetis ex lege potestatẽ. Nec inuitis vestris ęqualibus damnari videmini. Est enim istud tyrannicũ. A volẽtibus vero imperia accipere aristocraticum, huius aũt institutionis te principem puto, Appi esse oportere, atque à te constitutam cõpescere, te quoq; oligarchiam nobis ipsum aliquando vtilẽ, nunc grauem. Quæ vero mihi credens deponensque inuidiosum istum magistratum, lucraturus sis audi. Sit enim collegium vestrum totum. huius etiã fuerit sententiæ, omnes propter te incipientem putabunt illos bonos factos. Si vero isti perstare cupient in potentia, præter leges, tibi omnes habebunt gratiam, quod

Aristocratia Oligarchia.

solus iusta facere volueris, illos vero magistratu inuitos cum pudore damnoque priuabunt. Pactiones enim, si quas fecistis inter vos arcanas, fidemque dedistis sponsores facientes deos, fortasse enim, & tale aliquid est vobis factum, seruatas eas putato impias, vt aduersum ciues & patriam, ac solutas pias fore. Dei enim se ad pulchros, iustos'que consensus adhiberi gaudent, non ad turpes & iniustos. Si vero metu inimicorum fias ad deponendum magistratum segnior, ne ab eis in pericula adducaris aliqua, cogarisque pœnas gestorum dare. Non recte times. Neque enim tam parui animi, aut tam ingratus est futurus populus Romanus, vt meminisse delictorum velit obliuisci'que beneficiorum, sed examinans bona præsentia cum malis præteritis, illa digna putabit venia, ista laudibus. Licet autem tibi etiam operum ante decemuiratum multorum, & pulchrorum populum admonere. Proque illis gratiã in auxilium, & in salutem tuam adducere, defensionibusque ad obiecta vti multis. Ad vnum quidem tanquam ipse non peccaris, sed ingnorante te aliquis aliorũ, ad aliud verò, tanquam tu minime sufficeres ad ea, quę alter faceret inhibenda paris ille tecũ potestatis, ad aliud tanquam alicuius alterius operis vtilis gratia coactus fueris, aliquid inconsultum tolerare; Multus autem sermo fieret, si vellem omnes defensiones enumerare. Nam & quibus nulla est defensio, neque iusta, neque conueniens, hi confitentes, & deprecantes mitigant læsorum iras, alij in amentiam ętatis confugientes, alij in prauorum hominum colloquia, alij in magnitudinem imperij, alij in omnes seducentem cogitationes humanas fortunam, ego tibi deponenti imperium polliceor delictorum omnium affuturam obliuionem, reconciliationesque cum plebe tibi fore, vt in malis dicens. Sed vereor ne excusatio tua ista sit ne imperio decedas, neque verum sit periculum innumeris enim affuit deponentibus tyrannides, nihil pati graue à ciuibus, sintque veræ causæ, ambitio & inanis gloriatio sequens decori imaginem, & desiderium exitialium voluptatum, quas tyrannicæ vitæ afferunt, si verò tu vis nõ simulachra & tenebras honorum atque fatuitatum sequi, sed honoribus veris perfrui, redde patriæ optimatum potentiã, & honores à paribus capias, & amore posteris potiare. Pro'que mortali corpore immortalẽ gloriam nepotibus tuis relinque. Hi enim honores certi sunt, & veri, & qui auferri nequeãt gratiosique, ac nõ pœnitendi. Verte gaudẽs animũ ad bona patrię, quorũ quidem tu pars fuisse videberis non minime grauem tibi adimens potentiam. Facies autem exempla horum maiores tuos, cogitãs quod illorum virorum nemo vnquam appetẽs tyrannicę potestatis fuit, nec probrosis voluptatibus corporis obediens. Hincque illis est viuentibus honos habitus. Sequiturque mortuos à posteris laus. Testantur enim om̃es eos potentiæ optimatum, quàm eiectis regibus ciuitas nostra constituit firmissimos extitisse custodes. Nihilque etiam verborum tuorũ clarissimorũ'que operum latet, Pulchra enim fuere prima tua ciuilium operum fundamẽta, magnasque ipsa nobis virtutis tuę spes prębentia, quibus etiam consequentia te cętera agere postulamus redi rursus in naturam tuam filij Appi, electioneque actionum in republica aristocraticus fias non tyrannicus. Fuge loquentes ad voluptatem, per quos egressus es bonis institutis, & à recta seductus via. Non enim habet rationem aliquã, vt à quibus malus ex bono factus es, fias ab eis rursus ex prauo vtilis. Hæc vbi sępe exponere volui solus cum solo colloquens, & te aliqua tanquam ignorantẽ docere aliquorum autem, vt peccantem admonere. Fuique domi tuæ non semel. Sed

Dei ad pulchros ex iustos cõsensus adesse gaudent.

Ambitio ianis gloriatio ex desideria praua.

me ex ædibus filij tui abegerunt, non esse tibi otium dicentes, sed alia quædam agere magis necessaria. Si verò tibi erat aliquid pietate erga genus magis necessarium, nõ forsan iussi à te filij, Sed per se ipsi cognoscentes me ingressu excluserunt. Et velim istud fuisse verũ, res aũt nũc me ea cogit in senatu dicere, quę tũc volebã tibi. Postquam solum soli non licuit. Tẽpus em̃ fert, vt dicantur pulchra Appi om̃ia & vtilia, coram om̃ibus potius quã nusquã. Reddente autẽ te generi tuo debita, testor deos quorum delubra arasque cõmunibus sacrificijs honoramus Appij generis successores genios'q; maiorũ, quibus post deos honores gratias'q; secundas reddimus. Vltra que hos oẽs terram, quę patrem tuũ continet, fratrẽ meũ, quod exhibeo tibi animã, & vocem meam, optima consulens, pro'que viribus corrigens ignorantias tuas postulo, te nõ malũ sanare malo, neq; pluriũ ipsum appetẽtẽ pręsentia amittere, nec vt paribus melioribus'q; imperes, minoribus deterioribusque parere. Multa adhuc, & de multis volẽs dicere tecũ dubito. Nã si te deus ducit ad meliora cõsilia. Hęc quoque plura, quã fuisset satis dixi. Si verò ducit ad peiora, dicerem etiã reliqua inaniter. Habetis patres & vos vrbi præsidẽtes sentẽtiã meam & de belli dissolutione, & de multuũ in vrbe correctione. Sique aliquis meliora dicet vincãt optimo. Hęc cũ dixisset Claudius multamque spem senatui exhibuisset, tãquam depositturis magistratum decemuiris. Appius quidẽ nihil ad hæc voluit respondere. Ex alijs aũt progrediens Marcus Cornelius, nos inquit Claudij de proprijs vtilitatibus ipsi cognoscemus, nihil tui consilij indigentes. Sumus enim in prudentissimo ætatis statu, ita vt nihil differẽti ignoremus, nec amicis indigemus, quibus si oportuerit cõsiliarijs vtamur. Parce igitur rẽ faciens intẽpestiuã, vir senior, nec ægentibus cõsilio sentẽtias afferens. Appiũ enim si alicuius admonere volueris, aut qđ verius est maledicere, cum senatum egressus fueris maledicito, nunc autem de bello cum Equis & Sabinis, qua de re vocatus est sententiam proferens, quid videatur tibi dicito. Atque desine extra rem garrulãs. Post hęc autem assurgit Claudius mœstus, plenosque habens oculos lachrymarum, ac dixit. Appium ne responso quidem dignum consiliariũ me patruum suum putat aduersantẽ ipsum vobis. Sed vt prius ædes mihi suas clausit, etiam senatum hunc incessabilem, quemadmodũ ei videtur, facit. Siq; opus est verum dicere vrbe ipsa expellor. Non enim possem eum amplius rectis videre oculis. Maioribus nostris indignũ, tyrannicas'que emulantem iniquitates. Sed assumens mea om̃ia, & in eos abeo iam ad sabinos vrbẽ habitaturus regillum ex qua nostrum est genus. Manebo'que illic donec isti obtineant pulchrũ istũ magistratum. Vbi verò quæ diuino de hoc decemuiratu facta erunt. Fient autem intra non lõgum tẽpus tunc adero, & quæ quidem de me sunt talia. De bello verò patres hanc vobis sententiã affero, ne quid de re vlla decernatis, donec creentur magistratus. & his dictis, multam'que assecutus à senatu laudem ex sententia generosa, libertatisque amatrice, sedit. Post hunc autem assurgens Lucius Quintius cincinatus, & Titus Quintus capitolinus, & Lucius Lucretius, subindeque omnes pręsidentes decem senatui sententię. Claudij accesserunt. Qua ex re perturbati decẽuiri, decreuere non amplius consiliarios ex ętate aut consilij dignitate euocare. Sed ex familiaritatibus suis sodalitatibusque suis, ac progrediens Marcus Cornelius citat Lucium Cornelium fratrem, qui Quinto Fabio Vibolano ter consuli collega fuerat, virũ prõptum & acrẽ. Nec ad ciuiles orationes non idoneũ, qui assurgens hęc dixit. Erat

M. cornelius.

L. Cornelij oratio.

quidem istud patres mirabile si ætatis huius homines, hi qui ante me sententiã dixerunt, præsidereque volentes senatui ex ciuibus offensis irreconciliabiles haberẽt erga præsidentes vrbi inimicitias. Quos oportuit quãtum fieri posset cauere & sensu optimo admonere iuuenes, vt de pulchris rebus certarẽt, ac nõ hostes, sed amicos ducerent de cõmunibus bonis æmulos. Multo autẽ est hoc adhuc mirabilius, si priuatas inimicitias ad res cõmunes ciuitatis transferunt. Malunt'q; vna cũ inimicis perdi, quàm seruari cũ amicis. Excessum quoq; quendam facientes demẽtiæ, neq; procul à deorum offensa, hi senatus præsidentes nostri. Nam indignati quod petentes ipsos decemuiratum, & quẽ nunc accusant, viceri qui visi sunt magis idonei bellum gerunt cum eis irreconcionabile. Et in hoc veniunt fatuitas, immo potius insaniæ, vt dũmodo viros istos apud vos criminentur, sustineant totas patriã euertere. Qui vastari videtes ab hostibus regionẽ nostram, videntes'q; eos iamiã venturos ad vrbem. Non enim multũ est quod interiaces, cohortandi loco, excitandiq; iuuenes ad certamem pro patria. Ipsis quoq; omni cum prõptitudine ac studio, quantũ vires talium patiuntur, patriæ opem ferentibus. De ornatu nunc vos reipub. considerare æquum censent, magistratus'q; creare nouos. Et omnia potius quàm inimicos nostros vlcisci. Nec hoc possunt intelligere se sententias, immo vota efferre impossibilia. Sic enim intueamini, senatus fiet consultũ de comitijs. Deinde efferent id in populum decemuiri statuẽtes eis forum ab hoc tertium, quo enim modo fiet aliquid decernendum à populo vere firmum, nisi fiat ex legibus. Deinde vbi tribus tulerint suffragia, tunc senatum magistratus non conuocabũt, Et de bello cõsultandum proponent. Per hæc autem comitiorum tempora tãta ipse si ad vrbem hostes veniẽt propinquabunt'q; muris. Quid agemus tunc claudi, dicemus scilicet expectate, donec alios creemus magistratus. Persuasit enim nobis Claudius de re nulla consultare, neq; aliquid in populum efferre, neq; exercitus conscribere, nisi ante quod ad magistratus pertinet, cõstituamus vt volumus. Abite igitur & cũ creatos consules, alios'q; magistratus audieritis, & parata nobis omnia opportuna ad bellum, tunc venite facturi verba de reconciliationibus. Quando quidẽ incepistis nos lædere, nihil ipsi à nobis passi, & quæcũq; per excursiones damna nobis intulistis, ea oĩa æstimata pecunijs, vt iustũ est capiemus, agrestũ autẽ vobis exitiũ nõ cõputabimus. Neq; si qua mulier libera cõtumeliæ habita, aut per violentiã rapta est militarẽ, neq; aliud quicq̃ intollerabile. Est illi ista prouocãtibus nobis recipiãt, cõcedẽtesq̃ue ciuitati magistratus creare nouos, & oportuna ad bellũ parare, tunc veniãt preces loco armorũ ferentes. O ingentẽ horum fatuitatẽ, quibus in mentẽ venit talia delitare. Magnam nostram indolentiam, si dicentibus istis talia non indignamur, sed audire sustinemus, tãquã de hostibus ac non de nobis ipsi patria'que cõsultãtes. Neque tollimus è medio nugatores, celeremq;' decreuimus vexatæ regioni opem, ac non armãtes robur omne ciuitatis ad illorum vrbes castra ipsi ponimus. Sed manentes domi, deceque obiurgantes viros magistratus'que nouos constituentes, deq; ciuili ornatu speculantes vt per pacem, finimus omnia regionis nostræ hostiũ potestatis fieri. At extremũque in periculum de seruitute vrbisque euersione venimus, bellum ire permittentes ad muros. Non sunt patres sanorum hominum hæc consilia. Nec ciuilis est prouidẽtia, potiores publica vtilitate ducere priuatas inimicitias. Sed peruicaciæ intempestiuæ incõsultæ'que sunt infestationis calamitosæ'q; inuidiæ,

L. cornelij oratio

Quæ non sint possidentes eam temperantes fieri. Sed has harum peruicacias abire sinite. Quæ vero decreta vrbi salutaria, vobis'que ipsis consulētibus conuenientia, terribilia'que hostibus futura sint, ego conabor dicere bellū aduersus Equos sabinos que decernite. Legionesque cum plurima promptitudine festinantia 'que cōscribite ad has vtrasque profecturas gentes. Cum vero finem vobis bellum pulcherrimū habueri, tReuersæque fuerint in vrbem copię, & pax facta, tunc ornatu opportuno tempore reipublicæ speculemini. Rationemque de omnibus à deceuiris, quę in magistratu egerint petitote. Nouosque create magistratus ac iudicia constituite. Proq; meritis vnumquēque, cum id nostrę potestatis fuerit ęstimatæ. Hæc discētes, quod non rebus tempora, sed res seruiunt temporibus, hoc a Cornelio dicta sentētia, assurgentes post eum omes præter paucos, fuere illius opinionis. Alij quidem necessaria & pręsenti tempori cōueniētia ista putantes esse. Alij vero declinantes, & colentes metu imperij decemuiros. Erat enim & pars non minima senatorū perculsa magnitudine potestatis. Vbi vero plures dictę sunt sententię, Multoque cæteros superare visi sunt, qui bellum decernabāt, tūc Lucium Valeriū in vltimis ille euocarunt eum quem dixi statim ab initio volentem aliquid dicere, ab eis esse prohibitū. Is'q; exurgens huiusmodi orationē habuit. Videtis patres horum decemuirorum insidias, qui me in principio non permiserint vobis dicere quę proposueram. Et nunc fecere mihi in vltimis dicendi potestatem, cogitantes in quod quidem consentaneum est. Quod accedens ipse etiam ad sententiam Claudij nihil prodero reipublicę. Cū sit a paucis cōfirmata aliā 'que afferēs sentētiā pręter eas quę ipsis dictę sunt. Etiam si optima proposuero, frustra litium consultor ero, sunt enim facile numerabiles post me dicturi quidam, quos si etiam mihi omnes assentientes habuero quid amplius fiet mihi, ne minimā quidē partē habituro sentētiarū qui Cornelio assensere. Sed nō ego tamē ista suspicās dubitabo sententiā meā dicere. Quādo em̄ audistis oīa, est in vobis optima eligere. De decēuiratu igit̄ queādmodū curet publica, quęcūq; optimus dixit Claudius, à me quoq; dicta existimate. & qđ nouos magistrat⁹ ante creari oporteat, q̄ de bello decernat̄, etem̄ dicta sunt ab eo viro hęc optīe Verū postq̄ conat⁹ est Corneli⁹ eā sentētiā in īpossibile adducere, multa īteri futura ostendens ciuilis dispensationis tēpora, existentem iam in manibus bello irridere'que res conatur haud opportunis irrisionibus, quibus multos vestrum decipiens seduxit. Ego vobis econuerso non impossibile esse Claudij sententiā ostendā. nam quod ea sit inutilis dicere, ne vituperantium quidem eam ausus est aliquis, ac docebo vos quemadmodum regio tuta fiat, & dent pœnas, qui sunt ausi eā affligere, ac quo modo patriam resumamus optimatum potentiā, & hęc fiunt à nitētibus vnà omnibus qui sunt in vrbe. neque aliquo in contrarium valente agere, nullam ego demonstrans vobis sapientiam, sed gestarum à vobis ipsis rerum exempla afferent. Vbi enim experimentum docet quid conferat, quid illic opus est speculationibus, meministis ab eisdem gētibus vires alias, vt nūc in nostrum, alias in agrum eodem tempore sociorum nostrorum irrumpere. Caio Nautio & Genicio cōsulibus nonus puto ab hoc, siue decimus est annus. Tunc igitur mittentibus vobis ad vtrasque has gētes, multam bonam'q; iuuentutem, alteri cōsulum coacto includere, exercitū in locis asperis, nihil agere prorsus licuit. Sed ob sensus est in vallo, erat'que idem in periculo, ne penuria cibariorū caperetur. Nautio autem cōsidenti aduersus sabinos, ne

Nō reb⁹ tempora, sed res seruiūt tēporibus.

Lu. Valerij oratio.

cessarium erat cōfligere cum eis assidue, neque collegę poterat laborāti opem ferre. Erat'que illud nō obscurum quod direpto aduersus equos exercitu, nec is qui erat sabinis oppositus, satis restitisset coeuntibus vtris'que gētibus. Talibus igitur periculis vrbem circūstātibus, nec cōcordibus intra muros ciuibus (quod auxilium inuenistis) de nocte ipsi media in senatum cōuenietes, id quod quidem res omnes inuenisse cōfessum est, & labētem in infelicē casum, vrbem erexisse magistratū, creastis, vnum belli pacis'que dominum omnes alios extinguentes. Et ante diem designatus est dictator Lucius Quintius, is qui optimus. Nec ille quidem tunc in vrbe, sed in agro agens quæ, verò post hæc fuerint eius viri opera scitis, probè quod vires idoneas statim parauit periclitantemque liberauit exercitum, deque hostibus pœnas sumpsit, ducem eorum etiam captiuū ducens. Et hæc omnia ille intra quatuordecim dies tantummodo conficiens. Et si quid aliud conquassatum erat in republica restituens. Secures fascesque deposuit, neque prohibens tunc quicquam fuit, vos volētes vno die magistratū creare nouum. Hoc igitur exemplum imitantes oportere puto vos quando nihil aliud possumus, dictatorem antequam hinc exeatis, dicere. Nam si hoc tempus præterimus non congregabunt deceuiri, nos amplius cōsultaturos de re aliqua. Et vt fiat ex lege nobis dictatoris dictio interregē vos creare æquum censeo, eligentes maxime idoneum ex ciuibus (vt est nobis consuetum) quando neque interreges neque consules, neque vllum alium legitimum (vt nūc est res) magistratum habetis. Nam his quidem viris præterijt magistratus tempus fascesque eis lex aufert. Hæc sunt patres quæ vos vt agatis admoneo & vtilia & possibilia. Ea vero quam Cornelius introducit sententia, dissolutio expressa est potentiæ optimatum. Nam si semel hi decem ex hoc pretextu belli, domini armorū fiāt vereor quidem ne eis aduersum nos vtantur etenim nolentes illi fasces deponere. Arma scilicet deponent. Hæc igitur cogitātes, cauete istos homines. Et eorū prouidete fraudi. Est enim melius prouidētia, quam pœnitētia. Estque prudentius malis viris non credere, quam qui ante crediderit, accusare. Hanc sententiam enunciāte Valerio gratiosam pluribus, vt ex voce ipsa coniectare facile erat. Postq; illum assurgentibus, erat enim pars senatus ea iuuenum reliqua hæc esse optima existimātibus pręter paucos. Postquam omnes declararunt sententias suas, oportebatque cōsulta finem capere. Postulabat Valerius, vt decem illi proponerent rursus disceptationem, rogentes iterum senatores omnes sententiam, & hæc dicens erat multis senatorum, volentibus retractare sententias priores obsequens, verum volens Cornelius permittere decemuiris educatum belli acriter repugnabat iudicatam esse dicens, iam rem & habere finem legitimum latis omniū sententijs. Numerarique eas volebat. nec agi quicquam noui amplius. Hæc cum ab vtroque diceretur multa cū ambitione, & clamore, & senatu dissidente ad vtrāque partē. Volentibus alijs corrigi inornatum illius administrationis Valeriūque adiuuantibus, alijs vero peiora eligentibus, & eis qui sibi pericula ex mutatione status fore suspicabantur Cornelio assentientibus, sumentes causam decemuiri agendi quicquid vellent. Turbationem senatus ad Cornelij sententiam accedunt. Atque progrediens vnus eorum Appius de bello inquit aduersus Equos & Sabinos cognituros, cōuocauimus vos patres potestatēque fecimus dicendi volentibus omnibus à primis vsque ad nouissimos, vocantes quēque suo loco. Tribus autem pronunciatis sententijs differentibus, Claudij

Melius prouidētia q̃ pœnitentia vti.

Finis orationis. va.

dij Cornelij, vltimique Valerij, iudicastis de eis vos reliqui, declarauitque vnusquisque audientibus omnibus, cui sentētię accederet. His autem omnibus ex lege peractis, postquam pluribus vestrum visus est Cornelius optima proposuisse, declaramus hunc vincere demōstratamq; ab eo sententiam scribentes efferimus. Valerius autem & qui cum eo sentiunt, quando ipsi consulari potientur potestate, causas finē iam habentes iniudicatas faciant. Si hoc eis placuerit, Et probata à vobis omnibus consilia irrita constituant, & his dictis iussoque scriba eligere senatuscōsultū in quo decretum erat, vt conscriptionem exercitus bellique ducatum assumerent decemuiri, concilium dissoluit. His ex rebus decemuiratus sodalitatis homines, & seueri, & feroces extabant tanquam cæteris superiores facti. Et qui ne sibi adimeretur potentia perfecissent postquam fiebant semel armorum domini. Qui verò optime de republica sentiebant, mœsti ac territi, nullius amplius reipublicæ partis futuri domū diuidebātur in multas partes, naturæ quidem magis degeneris hominibus, coactis omīa victoribus cōcedere. Seq; addicere in sodalitia decēuiratus, minus autem trepidis absistentibus cura reipublicę. Et ad minime curiosam sollicitamque se accōmodātibus vitā, eis verò quib⁹ inerat plurimū gentrosi moris sodalitates proprias cōparantibus, conspirantibus'q; inter se ad custodiam sui, status'que illius mutationem, harum autem sodalitatum duces erant. Primi ausi in Senatu dicere de dissolutione decemuiratus. Lucius Valerius & Marcus Oratius munientes illi armis domos suas & custodiā famulorū firmā & clientum circa se habentes, ita vt nec violēti aliquid pati possent, nec repręhendi timiditatis. Quicunque vero, neque colere superiorū potestatem vellent, neq; quicquā reipublicę conuertere, neque vitā sine negotio quietam viuere videbatur pulchrum, nec pugnare pro viribus facile quandoquidem delere velle tantam potentiam stultum videbatur. Vrbem relinquebant. Horum'que dux vir illustris erat Caius Claudius, Appij principis decemuiratus patruus. Promissa seruans quæ in senatu fecerat fratris filio, quando postulans, vt potestatem deponeret, ei non persuasit. Secuta'que est eum multa amicorum, multaque clientium turba. Hocq; incipiente, alia etiam ciuilis multitudo non iam furtim aut pauci simul, sed aperte & gregatim relinquebāt patriam ducētes secum vxores & filios. Decem autē viri egrefentes ista, primū quidem prohibere nitebatur, claudentes portas, & homines aliquod corripientes. Deinde eos inuasit timor, ne prohibiti ad vim conuerterentur. Visum'q; est rectum consiliū, sibiq; melius extra pedes inimicos esse, quàm permanentes se conturbare. Reserantes'que portas permiserunt abire qui vellent. Aedes vero eorum, & sortem, & alia quęcunq; in fuga ferri non possent, referentes id delictum in desertionē exercitus verbo publicabant. Re autem vera amicis suis tanquam populo empta largiebantur. Hęc vero crimina addita prioribus multo infestiores erga decemuiratum fecere & patritios & plebeios. Sed si tamen nihil esset peccatum vltra supradicta, videntur mihi illi multum tempus permansuri fuisse in eadem potestate. Nam custodiens potestatem eorum seditio manebat adhuc in vrbe, ob multas causas, & per multa aucta tēpora. Propter quę eam gaudebant vtriq; mutuo alterorum malis. Plebeij quidem videntes patritiorū spiritus deiecto, nullius'q; rei amplius senatum dominū. Patritij vero cernentes libertatē plebeiorū amissam, nec vim ipsos habentes minimam. ex quo eis tribunitiā potestatem decemuiri ademerant. Verū illi arrogantia vtētes

Caius Claudius

multa da vtrāq; partē,neq; belli moderati, neq; domi tēperantes, concordes omnes fieri coegerunt, ac dissolui sibi imperiū. Quanq̄ propter bellū, arma adepti essent, Vltima autē peccata eorū, quę perditi sunt à plebe, Hanc enim maxime insectantes exacerbarunt fuere talia. Post decretū de bello propere conscribentes exercitū diuidentes'q; eum trifariam, in vrbe duas reliquerūt legiones, custodię eorū causa qui intra muros permanebant, quarum erat dux Appius decēuiratus princeps. Et cum eo Spurius Appius, tres'q; alias habentes hi duces, eduxerunt aduersus Sabinos Quintus Fabius,& Quintus Putelius, & Malius Raboleius. Reliquas autem accipientes, Marcus Cornelius,& Lucius Minucius, & Marcus Seruilius, & Titus Antonius, & Vltius Cęso duelius ad bellum, aduersus Equos sunt profecti. Militabant autem cū eo eis latini,& ab illis socijs auxilia non pauciora illa ciuili multitudine. Sed nihil eis tamen ad votum cessit. Tantas nam'q; ducentes eos copias domesticas tātas socias, continentes hostes. Quia nuper collecti essent qui militabant castra propius eos posuere. Commeatum'que eidem dispositis per itinera insidijs auferebant, exeuntes'que ipsos pabulatum excipientes illi affligebant,ac si quando equites cum equitibus ad manus venirent, & pedites cū peditibus pugnantes ex acie. Ex omni parte superiores equi discedebant male, sponte agentibus non paucis Romanorū in congressibus, neque ducibus suis parentibus, neque ire aduersus hostes volentibus. Qui vero aduersus Sabinos militabāt, minoribus vexati malis,vltro vallum relinquere cogitarunt. Deque media nocte exercitū excitantes abduxerunt ex hostili in agrum suum fugæ similem facientes profectionē illam,donec ad vrbem Crustumeriam haud procul Roma distante aduenere. At qui in Algido regionis equorum castra posuerāt,multas plagas accipiētes ab hostibus, & perstare volentes in arduis. Tanquā damna correcturi,miserabiles res passi sunt. Nam irruentes in eos hostes, & qui pro castris stabant deturbantes,supergressi sunt munitiones. Atque vallū occupantes, paucos quosdam resistētes,interfecere. Plures vero persequentes ipsi perdidere. Seruati autē ex fuga vulnerati ab eis,pars maior,& amissis armis propè oēs, deuenerūt in vrbē Tusculū. Tabernacula nam'que eorū, & iumenta, & pecunias, & famulos,omnem'que apparatū belli hostes diripuerant. Vbi vero sunt hæc nūtiata in vrbe quicūque erant inimici decēuiratus, & qui prius occultabant odiū,tūc se detegebant,gaudētes malis ducū actionibus. Erat'que iam circa Oratiū,& Valeriū manus valida. Quos esse dixi optimatū sodalitatis duces, Appius aūt & Spurius suggerebant collegis qui in exercitu erant,arma & pecunias,& frumentū,& cętera quorum indigebāt publica simul, & priuata, multa cū superbia capiētes,& in locū amissorū deligētes ex omni tribu,qui possent ferre arma eis mittebant. diligentēque adhibebant in vrbe custodiam. occupantes locos eius opportunissimos,ne se laterent, mouētes aliquid cū Valerio cōspirabāt,admonebāt'q; collegas duces,exercituū per archanos nūtios,vt aduersantes sibi perderēt. Clā illustres quidē homines,Palā vero eos, quorū minus futurū esset sermonis causas semper aliquas afferētes,vt viderentur iuste mortui,atq; fiebāt ista. Alij enim ad excursiones ab eis missi,alij præsidio adducentibus cōmeatū, alij ad alios vsus bellicos destinati extra castra cū fuissent nusquam amplius videbantur. Humillimi vero aut fugę cogitatæ insimulati, aut delationis ad hostes Archanorū,aut ordinū inobseruationis palā ad terrorē cęterorū perdebantur,fiebat'q; duplex militū exitiū familiariū,q̄ dē decēuiris in pręlijs

aduersus

aduersus hostes occisorum, & eorũ qui optimatũ cõstitutionẽ cuperẽt sub ducibus amissorũ, multaq; etiã in vrbe talia ab Appio, & à collega eius perficiebant, atq; alio rũ quidẽ quãq̃ pluriũ interẽptorũ minus fuit in multitudine sermonis, vnius autẽ plebeiorũ illustrissimi, & q plurimas in reb⁹ bellicis demõstrarat virtutes, mors crudelis & impia perpetrata ĩ altero exercitũ vbi erãt tres duces, oẽs illc stãtes paratos ad rebellionẽ fecit. Erat eñ qui occisus fuit siccius, is qui in pugnis decertarat centũ & viginti, ferens ex oĩbus prẽmia fortitudinis, quẽ absolutũ iã per ętatẽ militia dixi vltro belli aduersus equos participẽ esse voluisse, octingẽtorũq; hoĩm cohortẽ expleto ex quoq; legib⁹ militię tẽpore ob beniuolẽtiã eorũ in se adduxisse. Cũ quibus missus ab altero cõsulũ ad castra hostiũ oppugnãda, ineuidẽs, vt videbat oĩbus extiũ vallũ cœpit, vniuersęq; victorię cõsulibus causa extitit. Hũc virũ multos spargentẽ sermones in vrbe aduersus duces exercituũ, vt ignauos & imperitos belli. Volẽs Appius quãprimũ tollere, in colloquia eũ prouocat humana volebat'que ipsum perquirere de ijs qui fierẽt in exercitu, & queadmodũ possent corrigi erata ducum, dicere ipsum hortabat. Postremoq; persuasit ei, vt in castra iret ad crustumeriã posita, potestatẽ habẽs legati. Est.n. oĩm sacratissimum & honoratissimũ apud romanos legat⁹, potestatẽ & vim habẽs imperãtis, inuiolabilitateq; & venerationẽ sacerdotis. Vbi verò in castra venit, Suscipientibus eũ cõmuniter ducibus, & rogãtibus vt cõmilitaret remanens, etiã dona quędã dãtibus ipsis ei, alia'q; pollicẽtibus, deceptus ille ab hoĩb⁹ improbis, pręstigijsq; verborũ, nesciẽs quod ista insidiose fierẽt, vir militaris morũq; simpliciũ, cũ alia suasit eis quicũq; esse putabat vtilia: tũ primũ oĩm vt trãsferẽt castra ex suo agro ĩ hostilẽ admonebat, iacturas narrãs, quas facerẽt eo loco cõsidẽtes & enumerãs emolumẽta quęcũq; castra trãsferẽtes habituri essent. Illi autem admonitiones se iucũde suscipere simulantes, Et cur inquiunt nõ tu huius motionis castrorũ dux es, locum ante speculatus vallo oportunũ. Habes eñ eorũ peritiam totiens ipse militãs, & nos tibi cohortẽ dabimus electorũ inuenũ leuis armaturæ. Aderitque tibi pręter ętatem equus & armatura tantos viros decens. Suscipiente autẽ negotiũ siccio, ac petente leues centum electos, nullã moram interponens illi emittũt eum, nocte adhuc durante, & cum eo centum illos eligẽtes ex amicis suis scelestissimos, quibus mandant vt trucident eum virũ, mercedẽ magnam cędis pollicentes, vbi vero discedentes à castris venerunt in tumulosum locũ & angustũ, difficilem'que propter asperitatem riparum transiri equo, nisi gradatim vadenti, signũ dantes inter se cateruã faciũt, vt regressuri in eũ cõferri. Famulis aũt subscutarius quidã siccij bello strenuus, suspicatus eorum mentẽ, index fit domino. Atque ille vbi se cõclusum vidit in loco arduo, in quo nõ poterat vi equũ agere, desilijt, ac stans nuper, ne se circumire possent, solum habens subscutarium veniẽtes eos expectat facientibus'que oĩbus in se impetum multis ipsis, circiter quindecim eorum interfecit, bis'que totidem vulnerat. Videbatur'que cęteros etiã occisurus pugnans, si obuij processissent. Illi autem intelligentes quàm inexpugnabile quiddam hoc esset. Et quod nũquã aggredientes eum caperent, manũ amplius conferere desierunt. Atque distantes longius, Iaciebant alij in eum iacula, alij manum implentes lapides, alijque fustes. Quidam autem progredientes ex transuersis rupibus, & supra caput eius facti, petras maximas superne deuoluebant, donec tandem multitudine ex opposito iactorum, ac superne demissorum grauitate eum confece

Potestas legati.

rũt. Taliq; igiť siccios potitus est fato, q vero cedẽ peregerãt, redeũtes in castra sauciosq; adducẽtes sparsere sermonẽ, quod apparãs eis hostiũ cohors sicciũ interfeceřãt & cęteros, q in eã primi incidissent. Et quod vix ipsi multis vulneribus acceptis effugerãt, videbãtur'q; illi oĩbus dicere credibilia. Sed nõ latuit tñ, id facim⁹ quãuis facta cede in solitudine, nullũq; ea habẽte iudicẽ, fato ipso nõ permittẽte, mortaliaq; oĩa inspectante iudicio, coargutũ'q; est scelus ipsum indubitabilibus cõiecturis. Nã qui in castris erãt, putantes hunc virum dignũ publica sepultura, & honoribus vltra cęteros excellẽtibus propter multa quidẽ alia. Maxime vero quia legatus ipse, perq; ętatẽ à bellicis certaminibus liber in periculũ tamẽ se volẽs pro cõmuni vtilitate dederat, decreuere cõueniẽtes in vnũ ex tribus legiõibus egredi ad inquisitionẽ corporis, vt cũ multa securitate & honore referreť in castra. Cõcedẽtibusq; istud eis ducibus metu, ne quã exhiberẽt de re suspitionẽ pulchritudini ipsi cõsilij cũuenientiq; aduersantes officio, captis armis exire. Et vbi ventũ est ad locũ, vt viderunt neque syluas, neq; valles, neq; locũ quẽq̃ aliũ cõmuniter opportunũ insidijs. Sed & nudã, & illustrẽ & angusti trãsit⁹ rupẽ. Suspicati sunt quãprimũ quòd gestũ erat. Posteà accedentes ad mortuos, vt videre proiectũ sicciũ, Ipsum minime spoliatũ, sicq; cęteros mirabãtur si vincẽtes inimicos hostes, neque arma ademissent eis, neque ipsos spoliassent, percursantesq; circũ oĩa, vbi nullũ equorũ aut hominũ vestigiũ inuenere, pręter ea qui in via erãt immachinabilẽ rem putarũt apparuisse illis hostes nõ apparẽtes sibi tanquã volucres volãtes aliquas suauiter. Superq; omnia iusta & cætera maximũ eis argumetũ videbatur. Nõ occisi viri illius ab hostibus, sed ab amicis, quod nullus hostiũ mortuus inueniretur. Neque eñ putabant inultũ mortuum esse sicciũ robore & animo constantissimũ, neque subscutariũque & alios cũ eo cadẽtes, præsertim gesta ad manus pugna. Cõiectabant aũt istud ex vulneribus quæ multa habebat siccius, alia lapidibus crassis, alia iaculis, alia'que gladijs, sic'que subscutarius interemptique ab illis omnes. Gladijs aut lapidibus, aut iaculis, sagitta autem apparebat nulla. Indignatio deinde secuta est omnium & clamor, multus'que comploratus, & vbi defluerunt hanc calamitatem, attolentes mortuum, deferẽtesq; in castra, multa in duces conuicia iaciebant. Postulabãt'que maxime, vt ex lege militari homicidæ neccarentur. Sique minus, saltem iudicium eis traderent, Erantque multi volentes eos accusare. Vbi vero non exaudiuerũt duces, Sed eos viros occultarunt, distuleruntque iudicia, dicentes romæ se ea daturos volentibus illos accusare, cognoscẽtes illi esse ducum has insidias, Siccium quidẽ sepelire, elationẽ faciẽtes illustrissimam, rogum'que cumulantes maximum. Alia quoque pro viribus initiantes, quæ in supræmũ honorem ferri viris strenuis lex vult decemuiratu verò ijdẽ alienati sunt oẽs, deq; defectione cogitabant. Apud crustumeriã igiť & fidenas exercitus, propter Sicci legati mortẽ, pręsidẽtibus inimicus erat. Cõsidẽs vero in algido equorũ regionis alter, Et quæ in vrbe erat multitudo oĩs bellũ cum eis ob has causas gessit vir plebeius Lucius verginius nemine in reb⁹ bellicis deterior cohortisq; habẽs cuiusdã ducatũ in quinq; illis legionibus statutus aduersus equos militantibus, filiã habebat oĩm romanarũ virginum formosissimã, primumq; ferẽtẽ nomẽ, desponsatam Icillio, vnius virorum tribunitiarum siccij filio. Qui primus constituit tribuniciam potestatem, & accępit primus, hanc puellã cum spectasset iam nubilem Appius claudius decẽuiratus princeps, legentẽ in ludo literarũ (erãt enim puerorũ

Finis siccij.

L. vergi.

Appius.

rorum ludi tunc circa forū) statim captus est pulchritudine puellæ. Adhuc magis extra sensus fuit coactus sæpe ludum prętergredi victus iam affectu, cumq; eā non posset sibi matrimonio coniungere iā nuptam alteri. Ipse'q; etiam vxorem habens nolens'que pręterea plebeij generis vxorē capere, ob despicietiā cōditiōis eius. Pręterque legē quam ipse in duodecim tabulis scripserat. Primū quidē conatus est corrūpere puellā donis, mittēs aliquas semper ad nutrices eius fœminas. Erat enim orbata matre puella, ac dās multa plura'q; datis pollicens. Inhibuerat aūt tēptātibus nutrices fœminis, ne efferēt quis puellę amator esset, sed esse vnū tm̄ dicerēt valētiū bene, quibus vellē maleq; facere. Vbi vero nihil eis ꝑsuasit, sed maiore q̄ pri⁹ custodia septā virginē animaduertit, inflāmatus ex affectu cogitauit impudētiorem viā. Ac summittēs ex clientibus suis quēdā marcū Claudiū hominē cōfidentē, & ad omne ministeriū paratū in arato ei affecta suo. Et edocto eodē quęcunq; ipsum agere vellet & dicere, emittit eū ducētē secū cōplures impudētissimorū hominū, atque ille ad ludū veniēs puellā capit. Volebat'q; palā per forū eā abducere. Clamore autem exorto, multa'q; concurrente turba, prohibitus ducere, quo vellet puellā, Vadit ad magistratū. Sedebat autē solus in tribunali tunc Appius, quęrens pecunias ac ius dicens indigentibus. Volente ita'q; eo dicere. Clamor vndique & indignatio erat ex circūstante turba postulantibus omnibus expectari, donec virginis cognati adessent. Iussit'q; Appius sic fieri, breuiq; affuit auūculus puellę Publius numitorius, amicos multos & cognatos secum ducens: Vir ipse inter plebeios clarus. Neque multo post sponsus Icillius manum ipse quoque circum se habens iuuenum plebeiorum firmam. Is'que vbi tribunal adijt anhelans adhuc attollens'que vocem, iubebat illum dicere, quisnam esset ausus tāgere puellam ciuem: Et quid sibi idē volēs. Silentio autē facto, marcus Claudius, is qui puellā cęperat huiusmodi orationē habuit. Nihil à me, nec proteruū, nec vioēltū gestū est in puella Appi Claudij, Sed dominus ex lege duco, ac quēadmodū hæc mea sit disce. Est mihi famula paterna valde diu seruiens. Huic pugnāti vxor Verginij familiari eidē & se adeūti ꝑsuasit, vt si pareret, traderet sibi infantem. ea'que seruans promissa cum enixa esset hanc filiam apud nos, finxit peperisse se abortum, tradit'que infantē numitorię, quę eā sibi subdens educat. Filiorū ipsa neque maris neq; fœminę mater alicuius, latuerunt aūt prius hęc me quę nūc per indiciū cōperi. Habeoq; huius rei testes multos & bonos perscrutatusq; ipse famulā ad cōmunē legē oībus cōfugio, quę nō subdētiū, sed matrū esse filios iustū censet, liberarū liberos, seruarū seruos ipsos sequentes dominos quoscūq; matres eorum habeant. Per hanc igitur legem postulo serue meę filiā abducere, iudiciū etiam subire volens. Sique aliquis sibi eam vendicet vades dare idoneos sistendi eam ad iudiciū. Si vero celerē vult aliquis fieri cognitionem, sum paratus ad dicendam sub te statim causam, neque corpus vadere, aut rebus alijs dilationes afferre. Vtram vero vellint isti harum electionum capiant. Hæc cū dixisset Claudius multis additis precibus ne deterior aduersarijs fieret: Quia cliens ei erat, & fortunæ homo humilis. Suscipiens sermonem auunculus puellæ, & pauca dicens eaq; ipsa ad magistratū dici cōuenientia, patrē esse ait puellę ex plebeijs hominibus verginiū absentem ipsum militantēq; pro patria, matrē vero fuisse numitoriā suā ipsius sororē fœminā pudicā & bonā, eāque nō multis ante annis mortuā, educatāque esse virginē vti liberā & ciuē decet atque nuptā secundū leges esse eā Icillio si

M. claud.

Claudi. oratio.

nemq; iam habiturũ fuiſſe matrimoniũ, niſi bellum cum equis citius extitiſſet, cũque eſſet anni haud minus quindecim præteriti, intra hoc tempus nihil tale vnquã dicere aggreſſum eſſe ipſis claudiũ. Poſtea verò quã nubilis puella viroque matura fuerit, & excellere videatur forma, tunc venire amantem ipſum impudentiſſimam confingentẽ calumniã, non à ſe ipſo, ſed ab homine putante ſibi cupiditatẽ omnem, quoquomodo cæteros gratificari oportere, litẽ igitur de filia defenſurũ eſſe patrem, inquit, ipſum cum veniſſet ab exercitu corporis aũt vẽdicationẽ, quã opus eſſet fieri ſecundũ leges ipſum ſe inquit eſſe peracturũ, qui ſit puellę auũculus, iuſtaque ſubiturus, nihil poſtulans, neque extraneũ, neque quod non ſit iuſtũ cęteris romanis dari, niſi etiam iuſtũ ſit dari omnibus hominibus, cum ducatur corpus aliquod in ſeruitutem ex libertate non auferentẽ aliqua libertatẽ, ſed cuſtodientẽ ipſam dominum eſſe corporis vs'q; ad finẽ iudicij. Dixitque multas ob cauſas cõueniens eſſe Appio, vt cuſtodiret hoc iuſtũ, primũ quia hãc legẽ ipſe ſimul cũ alijs in duodecim tabulis ſcripſiſſet, deinde quia eſſet idem decemuiratus princeps. Superq; his decẽuiratum cum cõſulari tribuniciaq; poteſtate ſumpſiſſet, cuius optimũ opus eſt imbecillibus deſertiſque ciuibus opem ferre, poſtulabatq; vt confingientis ad ſe virginis miſereretur, iã pridem matre orbatę, deſertęque etiã nunc à patre, in periculo'que poſitę non pecuniarũ patrimonialiũ amittẽdarũ, ſed viri & patrię, & (quod maximũ videtur eſſe) humanorum bonorũ corporis proprij libertatis, deflens'q; contumeliã in quã tradenda eſſet puella, multãque cõmouens ãſtãtiũ cõmiſerationẽ de tẽpore poſtremo litis hoc dixit. Quandoquidẽ finem eius celerem vult claudius, dicẽs nihil ſe iniuſte egiſſe, annis iam quindecim elapſis, aliquis quidẽ alius decertans de rebus tãtis acerba ſibi pati videretur, indignareturq;, vt veriſimile eſt, niſi obtineret poſtulans facta pace, & cũ reuerſi eſſent oẽs qui nunc ſunt in exercitu, defendi tũc cauſam, cũ & teſtium & amicorum eſſet & iudicium litigantibus vtriſq; copia, res ciuiles & moderatas proponens reique publicę romanę conſuetas. Sed nos inquit orationũ nihil indigemus neq; pacis, neque turbæ, amicorum autẽ iudiciũ, neque rẽ in tẽpora iudicialia differimus. Sed & in bello & in pęnuria amicorũ, & ſub nõ ęquis iudicibus tolerabimus ſubito defendere, tantum a te petentes Appi, quoniã ſit ſufficiens puellæ patri ab exercitu reuerſo, ad deplorãdas fortunas proprias, & per ſe ipſum litẽ defendere. Talia dicẽte numitorio, turbaque circunſtante clamore ſignificante illũ iuſta poſtulare. Cõtinẽs ſe parũper Appius, ego inquit legem nõ ignoro de vadatione ductorũ in ſeruitutem poſitã, qui non ſinit eſſe corpus apud auferentes vſq; ad finẽ litis, neque eam, quam ego ſcripſi diſſoluerem vnquã volens, tamen illud iuſtum puto, duo cum ſint vendicantes hoc corpus ſibi dominus & pater. Si vterque adeſſet, patrẽ tenere corpus vs'que ad iudicium, ſed quando ille abeſt, dominum id abducere. Vades dantem idoneos, ſiſtendi illud ad magiſtratũ, cum pater eius affuerit. De vadibus autem & æſtimatione, ac ne vlla vos re ſitis inferiores in cauſa, ego multam numitori adhibeo prouidentiam, ſed nunc puellam trade. Hũc tunc finẽ inſerẽte Appio, multus fiebat fletus ſuper virgine à circunſtantibus eam fœminis & plangor, multus'que clamor, & indignatio à circunſtante tribunali turba. Dicturus vero ſponſam Icillius inſerit ſe ei, & dicit. Non me viuo Appi abducet hanc aliquis, ſed ſi videtur tibi legẽ ſoluere, iuſta confundere, libertatem'que nobis auferre, nega amplius exprobratam vobis tyrãnidẽ. Sed deciſo mihi collo, & hãc adhuc quicun'que

[Margin: Verba Appij.]

[Margin: Verba Icillij.]

cun'que

cũq; videt tibi,& virgines mulieres'q; cęteras,vt ĩtelligãt iã aliquãdo romani se p liberis seruos factos, nihil'que illi deinceps fortuna sua maius sentiant. Quid ad huc differs? ac non sanguinem meũ ante tribunal tuũ coram omniũ oculis fundis? Scito tantum hoc clare, quod aut magnorũ malorũ Romanis, aut magnorũ bonorum initium mors mea erit. Adhuc autem loqui volẽtem iussi à magistratu lictores arcebant eũ à tribunali,ac parere iudicatis iubebant, volebat'q; Claudius puellã capiens abducere. Auunculo,sponso'q; obsistentibus. Vidẽtes autẽ luctum miserabilem,qui tribunal circunstabant vnà omnes exclamarunt. Nullius'q; momẽti ducentes potestatẽ superioris,contendunt obuiam violatoribus,ita vt incursum eorũ timens Claudius virginem dimittere,& sub pedes ducis confugeret. Appius autẽ à principio perturbatus efferatos omnes videns,dubitauit diu quid agi oporteret. Deinde Claudio ad tribunal vocato, & cum eo pauca collocutus vt visum est, significans circunstantibus vt quiescerent, dicit talia. Ego plebeij cautionẽ de vadatione corporis per Claudiũ. Postq̃ video vos exasperatos ad hanc declarationẽ omitto, volens'q; gratificari nobis, persuasi clienti meo, vt sinat cognatos virginis vades dare, donec pater eius adsit.. Abducite igitur Numitori puellam, & vadimoniũ sistendi eam in crastinũ firmate. Sufficit enim vobis hoc tẽpus ad nũtiandum hodie Verginio,& cras intra triũ aut quatuor horarũ spaciũ ad adducendum è castris. Petentibus autẽ eis plus temporis,nihil amplius respõdens surrexit, tolliq; sellã iussit. Atq; vbi è foro abijt,mœstus & per affectũ furens,cogitur nõ amplius tradere cognatis virginem.Sed quãdo illa per vadationẽ producta esset, vi eam abducere maiorem sibi custodiam assistens,ne à turbis violaretur,ac loca circũ tribunal cateruis sodalium clientum'que pręoccupãs,& vt honesta cũ excusatione hoc ageret,nõ aduenientе ad vadimoniũ patre, dat fidissimis equitibus epistolas in castra mittens eos ad Antonium legionis ducem,in qua militabat Verginius.postulans'q; vt eũ detineat in diligenti custodia,ne se lateat de filia audiens,fugiens'que è vallo. Cæterũ præuenerũt eum pręmissi ab alijs vs'que ab incipiente controuersia,necessarij puelę Numitorij filius frater'que Iccilli. Egregię indolis adolescẽtes iuuenilis'que pleni impetus effusis habenis ipsi adigentes flagellis equos festinantes'que iter,& Virginiũ de his quæ agerentur certiorẽ facientes, ille autẽ veram causam cellans Antonium,necessarij'que sui arti cuiusdam mortẽ,se audiuisse fingens,cui funus & sepulturã pcurare oporteret ipsum ex lege,dimittit circiter lucernarũ accẽsciões. Pergit'q; vna cũ iuuenibus p vias alias,timẽs persecutionẽ ab exercitu,simul & ab vrbe (qđ etiã euenit).Nã accipiẽs Antonius epistolas circiter primã vigiliã,emisit alia ad cõprehendendũ eum equitem. Et ex vrbe emissi alij, tota nocte obseruauerunt ab exercitu ferentem viam. Vbi vero nunciauit quidam Appio venisse Verginiũ,extra sensum factus fuit ad tribunal magno cũ comitatu per'que cognatos producit puellam,iussit quodcunque factum esset,illique aduenissent, Claudius eosdem rursus sermones percurrit. Postulans fieri iudicem eius rei Appium nullam ipsum interponentem moram. Cum & iudex adesset & testes familiam'que ipse traderet in quibus omnibus multa inerat simulata miseria, si non æquis potirentur iuribus, vt antea fuerat,quia cliẽs esset Appij Claudius, multa'que adhibebatur adhortatio, vt non ille miseriora dicentibus, sed iustiora postulantibus, esse vellet auxilio. Pater autem puellæ reliquique necessarij defendebant subditionem, multa iusta'que

dicētes & vera. Tanquam neque causam vllam subditionis rationabilem habuisset numitorij soror, vxorē'que Vergini, virgo viro nupta iuueni, neque multo nuptias pariens. Ne si quidem maxime voluisset alienum genus in propriam domū introducere. Cur alienæ seruę potius infantem susciperet, quàm fœminę liberę eique genere aut amicitia coniunctę, a qua fidenter haberet & certum id quod suscepisset, potestatemque habentem ipsam dicebant, vtrius sexus vellet prolē capiendi, marem potius electuram fuisse subitum quā puellam, parientem enim fœminam, qui filijs indigeat diligere & educare oportere quodcunque ei natura afferat. Subdentē verò verissimile esse melius quā deterius capere ad indicē aūt & testes, quos se Claudius multos & idoneos exhibiturum dicebat. Adhibebant ex probabilibus rationē, tanquam nunquam rem silentio indigentem, & per vnam sumministrari valentē egisset palàm & cum testibus liberis munitoria, vt puellam educatam sibi postea matris domini eriperent. Tempusque aiebant non paruum ipsum quidem esse argumento quòd nihil sani diceret accusator. Non enim indicē aūt testes quindecim annos secretam habituros fuisse subditam. Sed & adhuc prius dicturos, criminantesque illi accusatorū fides vt non veras, neque congruas postulabant opponi eis suas ipsorum fides, multas illi & insignes nominantes fœminas, quas vidisse dicebant grauidam numitoriam ex mole ventris atque pigritia, præterque ista ostendebat ipsas quæ in partu puerperioq; affuissent ob cognationem. Et quid illa pareret vidissent, postulabatque eas examinari. Et (quod erat argumētum omniū clarissimnm) multis viris mulieribusque attestantibus, non tantum liberis, sed & seruis dicebantque illi hoc ad extremum quod matris lacte nutrita esset. Hæc infans esse autem illud immachinabile, impleri lacte mamas fœminę non parientis. Hæc & multa his similia adhibentibus ipsis fortissima & quæ in contrarium rationes recipere nō valerent, multāque permiscentibus ex calamitate puellæ cōmiserationem, alij quidem oēs quicūque istos sermones audierāt, formæ'que illud miserabile animo cōcipiebāt quotiēs spectarent virginem. Nam in veste ipsa sordida mœstę'que aspiciens, pulchritudinemque consumens oculorum rapiebat ad se aspectus omniū. Adeo ei supra hominem forma aderat quędam & gratia fortunę absurditatem deflebant. Ex quibus bonis in quas cōtumelias improperia'que decideret subibatque eos illa cogitatio, quod soluta libertatis lege, nihil erat quòd prohiberet. Suas quo'que vxores & filias pati eadē quæ illa. Hæc igitur & multa alia his similia cogitantes, & inter se colloquētes flebant. Appius aūt vt vir sensu per naturam non valens, magnitudineque potestatis corruptus tumido animo, & ardentibus amore visceribus, neque ad sermones defidentium mentem adhibebat, neque lachrymis puellæ frangebatur, condolentiamque astātium irato accipiebat animo tanquā ipse maiori dignus esset misericordia, grauiora patiens propter illam ob quam in seruitutē trahebatur formæ excellentiā. Per hæc igitur omnia stimulatus & insaniens sermonem eloqui sustinuit impudentem, per quem manifestus fuit suspicantibus finxisse ipsum aduersus virginem calūniam, & opus esse ausum agere tyrannicū & crudele. Nam dicentes adhuc eos, iubens desinere. Vbi id factum est, atque omnis per forum turba impetū accępit, desiderio adducta cognoscendi quę ab eo dicerentur, sæpius conuertens faciem huc & illuc, & cateruas amicorū quibus forum occupauerat oculis dinumerans hæc dixit. Ego de hac re Vergini, & ò vos, qui cum eo adestis, non nunc primum audiui, sed adhuc

Appius.

Appij sententia.

adhuc antiquius,& priusquam hunc susciperem magistratum. Quo autẽ modo cognouerim audite. pater claudij huius moriens, voluit me filium hũc suum puer qui relinquebatur tueri, sunt enim domus isti nostræ clientes ex progenitoribus tutelę, itaque tempore indicium factum est de puella mihi quemadmodũ subdidisset eã sibi munitoria accipiens à serua Claudij, ac rem discutiens repperi ita esse. Attingere autem me ipsum hoc negotium non conueniebat. Putaui enim esse melius relinquere potestatem huius filio cum vir esset vtrum ipse ancillam abducere, an absoluere eam vellet altoribus, accipiens precium aut etiam gratis largiens. Hoc autem in tempore ego ciuilibus actionibus inuolutus, non amplius res claudij curę habui, huic autem proprium vt vester recensenti censum redito de ancilla indicio, sicut & mihi prius sanè nihil iniustum petitur si vult natam ex serua sua abducere. Si enim alteruter alteri persuasisset, pulchrę res haberet. Postquam aũt in controuersiam res venit & testor ego, Et iudico hunc esse ancillæ dominum. Vbi vero hæc audiuerunt quicũ'que aderant viri integri, iustaque dicẽtibus aduocati, intendentes in cœlum manus exclamarunt comploratu & indignatione mixtum eiulatum, decemui ratus autem adulatores adhortantem, valentemque augere fiduciam potentibus vocem attollebant. irritato autem foro, omissque sermonem generis & affectionũ pleno, edicens Appius silentium. Nisi inquit desinatis seditionem ferẽtes in vrbe & tanquam duces aduersantes nobis turbulẽti ipsi & nusquã vtiles, neque pace, neque bello necessitate coerciti cedetis, ne putetis hæc pręsidia quę in capitolio sunt & in arcibus, esse à nobis aduersus externos hostes parata; ac vos intus sedentes corrumpere in vrbe omnia permissura. Sententiam igitur capientes meliorem ista quã nunc habetis, vos quibus nihil est negotij abite si sapitis, & res nostras curate. Tu aũt habens ancillam Claudi, duc eam per forum timens neminẽ. Erunt enim tibi comites duodecim secures Appij. Vbi verò hæc dixit, alij quidem gementes, frontem'que ferientes, neque lachrymas cohibere valentes, decesserũt è foro, abiebatque puellam complexam patrem & osculantem, suauissimisque appellantem vocibus. In tali autem malo Verginius, opus animo concipit sanè patri erumnosum & amarum, verũ libero viro, magnificique sensus decens. Petita enim amplectendi filiam, vltimarũ salutationum venia, & colloquẽdi, quęcunque vellem, solus cum sola priusquam é foro duceretur. concedente istud duce & inimicis paulum decedentibus suscipiens solutam, & defluentem, séque detinentem, primum reuocauit. Deosculatus'que est, ac liquorem lachrymarum detersit, deinde eam paulatim subtrahens, vbi propè tabernam Lanij cuiusdam fuit, arreptum de mensa eius cultrum per viscera exegit filiæ. Hoc tantum dicto, liberam te & honestam filia ad manes progenitorũ mitto. nam viuenti neutro horum per tyrannum tibi potiendum erat. Exorto autem clamore, habens cruentatum gladium, totus'que perfusus sanguine, quem puellę suflarat cędes, currebat per vrbem furibũdus, vocans'que ciues ad libertatem, atque percussis portis, ascendit equum, qui ei paratus erat, contendique ad exercitum, Icillio & Munitorio adolescentibus, qui eum à castris adduxerant, tunc etiam comitantibus, ac sequente quoque eum plebeiorum turba alia non pauca, ita vt essent circiter quadraginti. Appius autem vt puellę casum cognouit, è sella exilij, persequique Verginiũ volebat, Multa dicens agẽs indecora, Cęterũ circũstantibus cum amicis, & vt nihil peccaret postulantibus, abijt erga oẽs indignatus. Ego iam domi manente, nuntiant

Appij oratio.

Vergini' propriã filiam peremit.

quidam sodalium, quod circa cladem puellæ Icillius socer patruus'que Numitorius cum amicis alijs, cognatis'que stantes, fanda & infanda dicunt aduersus eũ, vocant que populum ad libertatem. Ille autẽ prę iracundia mittit lictorum aliquot duci iubetis clamãtes in carcerem, & efferri cadauer è foro. Rem faciens stultissimã, miniméque temporibus congruam. Nam cũ eum oportuisset mitigare turbam, qui iustam ire causam habuisset, cedentem ipsum statim tempori, postea'que alia excusantem, alia deprecantẽ, alia aliquibus alijs beneficijs recuperantem. Adductus idẽ ad violentius, coegit eos in amentiam conuerti, neque enim permiserũt circunualantes trahi mortuam, neque in carcerem eos viros duci, sed inclamantes qui vim afferẽt impulsu eos, ac verberibus expulerunt è foro, ita vt cogeretur Appius cum amicis pluribus & cliẽtibus in forum ire cohiberi iubens & arceri ex compitis qui in eis per starent. sentientes autem cõsilium egressus eius Valerius & Oratius, quos esse dixi principalissimos libertatis recuperatorum, multã bonam'que iuuentutẽ circũ se du centes, ante mortuã consistũt. Et vbi propè fuit Appius, primũ quidẽ inodiosa verba & improperia aduersus licẽtiam eorũ prorupere verbis, deinde etiam opera adijcientes similia, feriẽtes'q; & auertẽtes obuios. Appius aũt mœstus, ex ea præter spẽ punitione neque habẽs quid aduersus hos viros ageret, viam ire cogitauit exitiosissimam tanquã enim adhæreret ei adhuc multitudo. Ascendens ipse in ædẽ Vulcani populum ad concionẽ euocauit. Accusareq; conatus, est illorũ virorũ iniquitatẽ & cõtumeliam, tribunicia ipse potestate & spe leui elatus, quod cum eo simul populus indignatus permitteret eos viros de rupe deijci. Valeriani autem alteri fori locum occupãtes, deponẽtes'q; corpus virginis in loco vnde oĩbus futurus esset cõspicuus concionem alterã congregarunt, multam inferẽtes Appij sociorum'q; accusationẽ. Oportebat autem (quod quidem verisimile est) vt quos moueret dignitas illorũ virorum, & quos puellæ miseratio grauia, & à grauibus ob infelicem decorẽ passę, & quos ipsum veteris constitutionis reipublicæ desideriũ in hanc concionem hortaretur, plures ipsi alijs congregarentur, ita vt pauci quidam circa Appiũ fierent reliqui decemuiralis illi factionis, in quibus quo'q; erant aliqui nõ amplius magistratui illi obedientes ob multas causas. Sed si aduersariorum res valuissent, libenter ipsi in decemuiros incursuri. Videns autem se desertum Appius: coactus est mutare sentẽtiam, foro'q; decedere. Quod maxime ei profuit. Nam immissus est in potestatem plebeiorum pulchras eis persoluisset pœnas. Post hæc autem potiti quanta vellẽt potestate Valerius & Oratius, sermonẽ aduersus decemuiratũ intulere confirmantes qui adhuc dubitarent, magis'que item alienarunt ciuilem turbam à decemuiratu cognati virginis ferentes in forũ lecticam, alium'que ornatum sepulchralem q̃ poterant pretiosissimũ comparantes, electionẽ facientes corporis per illustrissima vrbis compita. Vnde à pluribus conspiciendi essent, exiliebant enim ex ędibus, mulieres, & virgines, deflentes hunc casum, flores'que alique, & coronas aduersus lectulum inijcientes, alię zonas & balteos, alięque vittas virginalis comę, & quędam itẽ retortos crinium detõdentes circinos, homines autem capiẽtes aliqua ex proximis officinis, alia pretio, alia gratia, oblatis donis ornabant funeris elationem, ita vt id funus per vrbem celebre duceretur. Promptique omnes fierent ad dissoluendum decemuiratum, nisi quod qui sentiebat cum eo magistratu tenentes arma magistratum eis metum afferebant. Nec Valerius & Oratius censebãt per ciuilem sanguinem

Funebris põpa virginis.

nem contentionē tolli oportere,& in talibus quidem perturbationibus vrbs erat, cæterum Verginius,quem dixi sua manu filiam occidisse, agens equū pro viribus aduenit circiter accensionem lucernarū ad castra in Algido, talis qualis ex vrbe excurrerat totus consperfus sanguine,tenens'que in manibus cultrum Lanij. Quem vidētes qui pro castris excubabāt,coniectare non poterāt,quidnam passus esset. Sequebanturq;,vt audituri rem & magnā & grauē.Ille autē flens ibat,innuens'que obuijs, vt sequerenť. Excurrebant'q; ex tabernaculis, per quę trāsibat media cernātes omnes conglobati, laternas faces'que habentes, solicitudinis'que & tumultuum pleni. Circunstantes'que eum sequebantur, is'que vbi in patentem locum venit, stans in parte quadam celsiori, vnde ab omnibus videri posset, enarrat,quę se deprehendissent,calamitates, verborum testes eos,qui sibi in vrbe affuerant. Et vbi vidit complorantes multos & lachrymantes, ad preces supplex conuersus est, orans, ne se negligerent, ne've se multum sinerent, patriam'que vituperatam, quæ cum diceret multa,erat cupiditas omnibus audiendi, iubebant'que eum dicere. Is'que carpiens iam fidentius decemuiros, & enarrans quam illi multis rem ademissent, & quam multos verberibus cesissent, multos'que patriam fugere coegissent nihil ipsos delinquentes, mulierum quoque virginum'que nubilium raptus, puerorumque liberorum improperia, alias'que eorum iniquitates, crudelitates'que enumerans, hoc modo inquit,nos vituperant hi, qui neque lege habētes hanc potestatem, neque senatusconsulto, neque iussu populi, eam sibi assumpserūt. Nam tempus annuum, post quod oportebat imperantes ipsos tradere alijs rempublicam,præterijt, sed tenent eam morum violentia multam nostram despicientes timiditatem, multam mollitiem tanquam fœminarum. Subeat vnumquenque vestrum cogitatio eorum,quę ego sum passus, & quę alios passos nouit. Sique aliquis vestrum inescatus voluptatibus ab eis aliquibus,aut gratijs decemuiratum non timet,nec vt ad se veniant aliquando acerba. Metuit,discens iste nihil esse tyrannis,fidi, neque ob beniuolentiam alicui dari à potentibus gratias, cętera'que similia mutent sensum, atque vna vtentes omnes vos sententia, liberate à tyrannis patriam, in qua sunt deis templa extructa,& maiorum vestrorum reliquię,quas post deos honoratis,& senes patres alimēta à vobis multa dignaque suis laboribus repetētes,& vxores legitimę'q;,& filię nubiles non parua ipsas indigētes habentiū eas cura, mariūq; soboles, quibus debentur iusta naturę progenitorum. Domos autem & sortem & pecunias multis patrum, multis vestris ipsorum laboribus quæsitas taceo,quorum nihil licet nobis habere certum, donec decem dominentur tyranni. Non est hominum temperantium & generosorum, aliena per vtilitatem acquirere, & amitti per mollitiem,propria negligere,aut cum ęquis Volscis & Sabinis, omnibus'que finitimis diuturna bella de principatu, sineque intermissione gerere. Nec aduersus imperantes vobis, pręter leges pro securitate vestra, libertate arma capere, an non vrbis resumenť spiritus,cōstabunt'q; vobis cogitationes. Patrū virtute dignę,qui ob vnius fœminę contumeliam violatę ab vno filiorum Tarquinij, propter'q; illam calamitatem se interimentis,adeo sunt indignati,illo'q; casu irritati,cōmunem quādā contumeliā illam existimātes,vt nō eiecerunt tantū vrbe Tarquiniū,sed omnino dominatū regiū sustulerit,vetuerint'q; deinceps Romanorū aliquē in vitā totā magistratū gerere nō obnoxiū, iurātes ipsi iuramēta maxia & in nepotes execr a

Verginij oratio.

tiones: si aduersum ista facerent, imprecantes. Deinde autē non tulerunt illi vnius flagitiosi adolescentis tyrannicam contumeliam in corpus liberum, vos multorum feretis capitū tyrannidem. Vtentem omni iniquitate & petulantia, & in dies magis vsurā, si nunc patiamini & toleratis, non soli mihi fuit filia excellens forma, quàm aperte violare, in'que eius contumeliam obsæuire aggressus est Appius. Sed sunt vobis multæ etiam alijs filiæ, alijs vxores, alijs'que decentis indolis filij adolescentuli, quos quid prohibebit ab aliquo alia decem tyrannorum, siue etiam ab Appio ipso pati eadem, nisi forsan vobis deorum aliquis est sponsor, quod impunitas sinentibus vobis calamitates has meas, non ad multos vestrum venient similes acerbitates, sed ad filiam vsque meam progredientes amores tyrannici desinent, & in reliqua puerorum virginum'que corpora temperantes erunt. Sed multæ tamē scite clare fatuitas fęditatis'q; esset cogitare ista, & quod nequaquam acerba illa euenirēt dicere, infinite vt solet fieri, sint tyrannorum concupiscentiæ. Tanquam legem quæ eas cohibeat, aut metum non habentes vllum. Mihi igitur exequentes viri vltionem iustam, & parantes vobis ipsis, ne talia patiamini securitatem, rumpite iam aliquādo frenos ò infelices & miseri, rectis'que oculis respicite ad libertatem. Quā enim aliam ob causam magis, quam ob hanc ipsam indignandum erit vobis quidē tanquam seruas abducunt ciuium filias tyranni, & per verbera sponsas ducūt. Quo autem in tempore liberos resumetis spiritus præsens omittentes, quo corpus tectū habetis armis. Adhuc dicente eo, exclamarunt multi pollicentes vltionem. Euocarunt'que nomine ductores ordinum, postulantes, vt negotium susciperent. Ac iā multi aduenientes dicere audebant palam si quid graue passi essent. Audientes autē quæ fierent quinque viri, illi quos dixi rebus pręfectos esse, ac timentes ne quis in se fieret turbæ impetus decurrunt in prętorium omnes, & cum amicis speculabantur, si qua ratione possent compescere turbationem illam propriam ipsi circunsistentes arma. Vbi vero audiuerunt abisse eos in tabernacula ac desinentē quiescentem'que tumultū, ignorātes illi visum esse pluribus centurionū, per arcanas cōiurationes, vt ab eis desisterēt, liberarent'q; patriā, instituerūt vbi dies quāprimū fieret, perturbantē milites Vergíniū cōprehendere, in custodia'q; habere, atq; copias emittētes é castris, ducere aduersus hostes. Regionem'q; eorū optimā castrametātes populari, nō sinētes esse milites de ijs qui fierent in vrbe amplius curiosos, partim propter emolumenta, partī propter futura pro se cuiq; certamina. Cōtigit aūt cogitatorū eis nihil. Neq; em̄ permisere cēturiones vocatū ire in prætoriū Verginiū suspicātes, ne quid graue pateres, quin & sermonē interceptū quod volebāt in hostes turbas ducere exprobrabāt talia dicētes vos sequamur, qui quātū nodū vlli antea Romanorum duces, alij exercitū ex vrbe ipsa educētes, & à socijs cōgregātes, neq; vllam reportastis de inimicis victoriā, neq; dānū eis vllū intulistis, Sed ignauiā ipsi vestrā impericiā'q; ostendistis. Male'q; castrametantes ijdem regionem'q; vestram tanquam hostes populantes, nos pauperes & egenos effecistis. De quibus item hostes omnes quoscunque antea prælijs vicimus, cum duces nobis meliores aderant. Nunc & trophea in opprobrium nostum erigunt, & tabernacula nostra, & seruos arma'que, & pecunias raptas habent. Verginius autem ex ira, & quia nihil duces amplius timeret, arrogantius eos carpebat, luem eos & exitium vocans patriæ. Suadensque omnibus centurionibus, vt signa tollerent, ducerent'que domum exercitum,

Finis orationis.

vergini[9]

horrentibus

horrentibus autem multis sacra mouere signa, neque tutum, neq; sanctum esse existimantibus omnibus duces relinquere ob sacramētum militare, quod maxime omnium seruant Romani. Iubet enim militantes sequi ducem, quocūque ducat. Lex'q; ducibus potestatē dedit occidendi non parentes, relinquentes've signa indemnatos, & in dicta causa videns eos Verginius hæc pauētes, inq; religionē trahentes, docebat legē soluisse eis sacramentū, quando quidem oporteret creatū ducem ex lege, legionibus imperare. Esse autē decemuirorū, pręter leges potestatē, annuū excedentem tempus, ad quod designata erat. Parere autem non imperantibus ex lege nequaquam esse obedientiam, aut pietatem, sed amentiam, & insaniam. Hęc audientes illi, rectéque ea dici existimantes, cohortatique inter se, & fiduciam etiam quandam capientes à numine, signa tollunt, extra'que vallum ferunt futurum autem erat, Quod sanè solet in varijs moribus, neque omnibus optima cognoscentibus, vt essent aliqui etiam manentes cum ducibus milites, & centuriones, tot tamen illi numero, sed multo alijs pauciores, Hi igitur exeuntes è castris, ac tota die iter facientes, vesperi in vrbem adueniunt. Nuntiante superuentum eorum nullo perturbarunt'que intra muros stantes, non mediocriter putantes hostium ingressum esse exercitum. Erat'que clamor cursu'que per vrbem incompositus, nec tamen diu permansit ea perturbatio, vt mali aliquid per eam fieret. Vadentes enim clamabant illi per compita se amicos esse, & in bonum vrbis ingredi. Exhibebant'que similia verbis opera, violantes nihil. Profecti verò in Auentinum (est enim vnus comprehensorum in vrbe collium, ponendis castris valde opportunus) ponunt arma circa dianę ædem. Diéque sequenti firmantes castra, ac prefectos creantes decem, cōmuniū rerū dominos. Quorū dux erat Marcus oppius, quieti permāserūt, aduenerunt'q; nō multo post eis etiam auxilio ab exercitu qui fidenis erāt, pręcipui triū legionū centuriones magnā manū adducentes, alienati ipsi quoq; ab illis ducibus, ex quo Sicciū legatū occiderāt (vt dixi supra) sed timentes defectionē incipere tanq̄ amicę essent decēuiratui quinque alię in algido legiōes. Tunc'q; vbi cognouere defectionē earū fortunę euentū cupide amplectentes. Erant autē harum etiā legionum duces creati in itinere pręfecti decē. Quorum erat illustrissimus Sextus Manilius. Vbi verò permixti sunt inter se, armis depositis, permiserunt illis pręfectis viginti omnia ad rempublicā pertinētia dicere'que, & agere, ex'que illis duos eligere præsidentes, Marcum oppium, & Sextum Manilium qui cōsilium cōstituētes ex omnibus centurionibus cum illis omnia tractantes, perseuerabant incerta autem multis adhuc eorum mente. Appius vt qui cognosceret se præsentis turbationis autorem fuisse maximum, & malorum, quæ per eam expectabantur fore, nolebat quicquam publicorum amplius attingere. Sed domi stabat collega verò ei in vrbe Spurius Oppius. Perturbatus & ipse à principio tanquam se quam celerrime inuasuris inimicis, ad hoc'que venientibus. Vbi eos cognouit nihil molientes noui metu deposito, senatum conuocauit, accersens vnumquemque eorum è domibus, eis'que adhuc congregatis, venere duces ab exercitu, qui fidenis erat, ægrescentes castra à militibus. Deserta vtra'que esse, suadentes'que senatui, vt pro excessu rei, dignam aduersus eos iram susciperet. Vbi verò sententiam efferre vnūquemque senatorum oportuit, dixit Lucius Cornelius oportere abire eos, qui in auentino erant eo ipso die in castra, ad quæ deputati erant, & à ducibus iussa

Marcus Oppius.

Sextis Manilius

Lucius cornelius

execqui nemine futuro reo gestorum, præter autores solos defectionis, de his'que duces iudicia exercere. Quod si ista milites non faciant. Consultare tunc de eis senatum, tanquam ordinis desertoribus, in quo à ducibus statuti fuerant, militaris'que violatoribus sacramenti. Primi autem deinceps imperium à populo centuriatis comitijs accepere. Lucius Valerius potitus, & Marcus Oratius Barbatus natura ipsi populares, & maioribus in hanc sectam succedentes, seruantes promissa, quæ plebeijs fecerant: cum arma eis deponere persuaserint. Nempe se plebi omnia vtilia perfecturos, leges sanxerunt centuriatis concionibus. ægre quidem ferentibus patritijs, sed contradicere erubescentibus cum alias quasdam, quas non opere est scribere, tum eam, quæ positas à plebe leges, curiatis concionibus iubebat. Ex æquo omnibus romanis poni vim eandem habentes eas, quam quę centuriatis concionibus ferendæ essent, erantque pœnæ appositæ soluentibus, aut transgredientibus legem, si reprehenderentur mors, & bonorum publicatio. Hęc lex patritiorum ambiguitates, quas cum plebeijs antea faciebant. Nolentes positis ab eis legibus parere. Nec omnino concionibus curiatis firmata esse existimantes. communia ciuitatis omnis decreta, sed decretum esse illis solis proprium. Quodcunque verò centuriata cognouisset concio, hoc putantes, & sibi ipsis, & alijs statutum ciuibus, dictum est enim prius etiam, quod in curiatis concionibus vincebant plebeij, pauperes'que patritios. In centuriatis autem patritij, multo alijs pauciores superiores fiebant plebeijs. Hac confirmata à consulibus lege, cum alijs (vt dixi) quibusdam popularibus, tribuni statim illud tempus opportunum putantes puniendorum decemuirorum, diem eis oportere dici existimarunt non illi eos omnes simul in iudicium. ne prodessent alteri alteris, sed singulos adducentes, opinabantur enim hoc modo facilius captabiles eos fieri, speculantes'que à quo inciperet opportunissimo, cogitarunt. primum Appium iudicio subijcere, cum aliarum iniuriarum causa odiosum plebi. Tum verò nouissime perpetratarum in virginem iniquitatum, hoc enim perdito, videbantur sibi etiam cæteros superaturi. si'que ab humilioribus inciperent molliores fore, suspicabantur iras ciuium ad illustrissimos, vltimosque iudicandos vehementiores quidem ipsas (quod iam sæpe euenit in prioribus certaminibus). His igitur illi consultis, continerunt cæteros, & vt extra sortē Virginius Appiū accusaret, decreuerunt. Defertur'que de hinc ad plebē à Virginio accusatus in concionem Appius, petitur'que tempus ad defensionem. Verum ductus ipse in carcerem, vt custodiretur vsque ad finem iudicij (non enim vades dandi, data est ei potestas) ante diem destinatam iudicio in vinculis moritur, vt suspicio multorum fuit iussu tribunorum. Vt verò illi diluere volentes, culpam vulgarunt. se ipse laqueo suspendens. post illum autem Spurius oppius ductus ad plebem, ab alio tribunorum publico munitorio, causæ'que potitus defectōe omnibus capitur calculis, carcerique traditus moritur eodem die. Reliqui verò ex decem, priusquam eis dies diceretur se exilio ipsi mulctarunt. Bonaque eorum omnia tam mortuorum, quam exulum accipientes quæstores vrbani in publicum retulere, dies'que deinde etiam Marco Claudio ei, qui virginem capiebat, vt seruam, dicitur à sponso virginis eiusdem Icillio, is'que causam in iubentem inique agere Appiū referens, liberatur morte, mulctatur'q; exilio, neque aliquis alius subministrantiū iniquū aliquod decēuiris subijt discrimē publicū. sed data est omnibus securitas introdu=

[Margin notes: L. valeri9 M. orati9. — Lex. — Appij accusatio & mors. — Spurius moritur. Exilium decem virorum, & decēuiratus depositio.]

introducens'que institutum istud fuit Marcus Duelius tribunus, hanc rem ægrefe-rentibus iam ciuibus, & hostes fieri expectātibus, vbi verò sedatæ sunt in vrbe turbæ, decretum firmant, vt educatur aduersus hostes quā celerrime exercitus, sanciē-te'que populo id, quod à senatu decretum erat. Alter consulum Valerius dimidium copiarum habens, aduersum equos eduxit eas, & Volscos. Conuenerant enim vtreque hæ gentes. Atque equos sciens ex prioribus successibus gloriabundos in multam deuenisse contemptionem romanarum virium, adhuc magis attollere voluit. Ferociores'que eos facere opinionem exhibens non veram, tam'que horreret cum eis manū conserere, ostenditque signa timentis omnia, locum castris ponendis eligens excelsum, ægre'que accessibilem, fossamque circunducens profundam, & vallum erigens altissimum, prouocantesque in pugnam, hostes exprobantesque sępius ignauiā tollerabat quietus manēs. Vbi vero cognouit optimā manū hostium ad excursionem Hernicorū agri, latinorūq; gressam, & in castris neq; multā neq; strenuā custodiam relictam, hoc tēpus esse opportunum putās, eduxit exercitum, & instruxit, vt ad pugnam, nemineque aduersum prodeunte, eam diem quieuit, sequenti verò duxit copias ad eorum non admodum munita ipsa, quæ cum obsideri aduissent qui egressi erant ad excursiones redeunt, nec vna tamen, nec compositi, sed & sparsi, & pauci simul, vt casus tulit apparentes, at relicti in castris vbi aduentantes conspexere socios, ferociores iam facti, exeunt, & instructi quidem in aciem. Fit'que certamen magnum, & vtrin'que cædes multa. In quo vincentes Romani, & qui resistebant vertunt, qui fugiebant persequentes, alios occidunt, alios captiuos ducunt. His'que peractis, Valerius iam licenter regionem hostium populabatur. Marcus autem Oratius missus ad sabinense bellum, vbi gesta à collega suo cognouit, educens & ipse copias, progreditur è castris ocius totis viribus, aduersum non pauciores numero sabinos, rerum'que ipsos militarium peritissimos. Demōstrarant enim illi quoque spiritus, & audaciam multam ex prioribus successibus aduersus sibi oppositos, & omnes communiter, & priuatim eorum ductor, erat enim non dux bonus tantummodo, sed miles quoque manu promptus. Cæterum pugnantibus magna cum alacritate equitibus, Victoria potitus est clarissima, multos hostium interficiens, multos'que plures capiens. valli quoque deserti dominus, in quo & hostium apparatum multum, & prædam omnem, quam ex agro Romano abegerant, & captiuos suorum plurimos reperit, & seruauit. non enim præuenerant, ob contemptum sabini remittentes domum emolumenta, consul ita'que volens res hostium esse militibus suis emolumento, excipit ipse ex spolijs, quæcunque deis consecraturus erat. Prædam verò reliquam adeptis eam reddidit, is'que peractis duxit Romam copias, per idqúe tempus redijt etiam Valerius, magnifice vtrique de se ex victorijs sentientes, & se triumphos sperantes ducturos esse clarissimos. nec respondit tamen eis euentus ad spem. nam perosus eos senatus, castra habentes tunc extra vrbem in campo Martio, & ab vtris'que gesta cognoscens, non permisit eos victoriale perficere sacrificium, multis quidē palam aduersantibus, maxime verò Caio Claudio, erat enim (vt dixi) Appij decemuiri, & à tribunis nuper interfecti patruus, proferente leges, per quas potentiam senatus iminuerant, alia'que instituta, quęcūque illi administrātes rempublicam perfecerāt. ad extremumque percurrēte decemuirorum, quos hi

Valerius victor.

Oratius.

Victor Oratius.

Caius Claudius

tribunus prodiderant, aliorum quidem interitũ, aliorum vero bonorũ publicationẽ, tanquã prçter iusiurandum & fœdera, ac dicente quæ per sacra firmata essent, inter patritios & plebeios facta esse in securitatẽ omniũ ante actorũ & obliuionẽ: Appij= que mortẽ asserente non sua manu, sed per insidias fuisse tribunorum ante causæ di= ctionem, vt nec ipse oratione in iudicio, nec misericordia potiretur, vt vir in pericu lo constitutus, dignitate generis insignis, & cuius multa in rempublicam essent me= rita, iusiurandum & fidem implorans, quibus credentes homines, in reconciliationẽ conuenerant. Filios'que & cognationem adducẽs & personam sumẽs humilẽ & alia multa faciens multitudinem in cõmiserationem attrahentiá. Has igitur accusatio= nes consulum multas effundẽte Claudio, etiam astantibus, Visum est satis esse debe re consulibus, si non ipsi pœnas darent, nedum triũphis aut taliũ cõcessionũ aliqua digni haberẽtur. Negante igitur triũphũ eis senatu, indignati Valerius, & Oratius, grauemque hanc putantes cõtumeliã, aduocarunt ad concionem multitudinẽ. mul tum'que accusato senatu, assentientibus cooperantibus'que tribunis, legem'que in= troducentibus, potestatẽ triumphandi à populo accipiunt primi romanorũ omniũ hanc consuetudinem introducẽtes. dehinc'que rursus in dissensiones expostulatio= nes'que deuenere aduersus patritios plebeij, instigabant eñ eos tribuni concionãtes quotidie, dicentes'que aduersus senatum multa, irritabat'que multos suspicio, quàm tribuni ipsi studebant, vt vehemens fieret fama sine autore aucta coniecturis'q; nõ paucis tanquã leges soliturí essent patritij, quas Valerius, & Oratius consultũ gerẽ= tes tulerant. Detinebat'que multos valida, nec à fide distans hæc opinio & quç qui= dẽ sub his consulibus gesta sunt, fuere talia. Sequente verò anno cõsules Larus Erui, & Titus Verginius, & ab eis magistratum accipientes. M. GE.

Hic nulla traductio latina reperitur, quia græcis vetustate corrosus deficit.

Captius. nihil autem respondẽtibus, sed indignãtibus progrediẽs Captius ad pulpitũ. Habe= tis, inquit, ciues à dissidentibus ipsis concessum quod ipsi sibi regionẽ nostrã nihil ad eos pertinentẽ vendicãt, ad hçc'que vos respicientes iusta iurique iurando cõueniẽ= tia decernite, talia dicẽte Captio, consules subibat pudor, cogitantes quod neq; iustũ neque decentẽ finẽ causa susceptura esset, si regionẽ aliquã de qua lis esset inter alios electus iudex populus romanus, nunquã ea sibi antea vendicata, nunc ademptã liti= gatoribus sibi ipse adiucaret. Suntque plurima a consulibus, & a principibus senatus in auersionem huius rei dicta & frustra. Nã qui suffragia accepere multam esse stul titiam, dicentes negligere se alio sua occupantes, ac ne pium quidẽ putãtes se iudicio finem illaturos, si arcininos aut ardeates declararent agri, de quo lis erat dominos iu rati ipsi se quorũcunque eũ esse inuenirẽt, ipsis eũ adiucaturos, irati illi aũt cõtendẽ= tibus quonam fraudatos agro ipsos capere iudices voluissent ne liceret eis deinceps agrum suum recuperare quẽ iurati iudicantes ipsi aliorũ esse cognouissent. Hçc ra= tiocinãtes illi ęgreq; ferentes, tertium iussere vas poni calculorũ in quaq; tribu pro romana vrbe, in quo suffragia deponerent, fitq; omnibus suffragijs. Dubij iuris agri, populus romanus dominus. Ex hçc sub his gesta sunt consulibus. Marco autẽ Minu cio, & Caio quinto consulibus ciuiles iterum exurrexere dissensiones, postulantibus plebeijs licere romanis omnibus consulatũ capere. Gerebant enim eousque patritij

ipsum

ipsum soli centuriatis comitijs designati, legẽque tribuni conscriptam de comitijs consularibus inferebant omnes præter vnum Caiũ furnium consentientes, per quã dominum faciebant populum cognitionis quocũque anno siue patritios vellet siue plebeios ad consulatũ admittere. Quas res egreferẽtes senatorij ordinis viri, vt qui viderent principatum suum dissolui, omnia sustinenda potius arbitrabantur, quã vt hanc legem ferri sinerent, irȩque & accusationes actionesque assidue fiebant inter se contrarię in priuatis & cętibus in cõmunibus conuentibus patritiorum omniũ alienatorum a plebeijs, multique in senatu sermones multi in concionibus dicti erant a presidentibus potentię optimatum, mitiores quidẽ ab eis, qui putarent per ignorantiam vtilitatis peccare plebẽ, ferociores verò ab alijs qui per insidias & inuidiã erga patritios rem compositam esse dicerent. Extracto autẽ incassum tempore nuntij a socijs adueniũt, dicẽtes quod cũ incursuri in se magno exercitu equi & volsci essent, rogabant sibi celerem mitti opem, vt in semita belli positis, dicebanturque ex Etruscis etiam Veiẽtes ad defectionem separare, nec romanis quoque amplius ardeates obtemperabant, irati eis ob dubitabilẽ regionem illam, quã electus superiore anno populus romanus iudex sibi adiudicarat. Ista audiens senatus, decreuit exercitũ cõscribere, & emittere vtrũq; consulem. Sed aduersabantur decretis eorum inferẽtes legem tribuni potestatẽque habentes obsistendi consulibus, auferentesq; eis ductos ad militare sacramentum, neque pœnam sinentes illos de contumacibus vllam sumere. Valde autem postulante senatu, vt in pręsentia paruicaciã abijcerent, & cum finem cœpissent bella, tunc de comitijs legem proponerent, tantum aberant illi, vt cedere vellens temporibus, vt de alijs quoque rebus senatusconsultis, se esse aduersaturos dicerent, neque de re vlla decretũ aliquod confirmari permissuros, nisi senatus ipse de lege, qui ab ipsis inferebatur pręconsuleret: neque tantum in senatu ad cõsules in has minas prouecti erant, sed ad iurandum etiam in concionibus iuramenta apud eos maxima per suam ipsorum fidẽ ne qua prorsus dissoluendi aliquid cognitorum ab eis spes fieret. ad has autem minas quid agi opus esset, speculabantur æuo maximi. Primique pręsidentium potentię optimatum congregati a consulibus, ipsi per se in priuatum conuentum, Caiusque Claudius vir minime popularis, & hãc sectam in republica suscipiens a maioribus, arrogantiorẽ inferebat sententiam. Neq; plebi consulatu cædendum esse, neque vllo magistratu alio, ac conantes contraria his agere, armis esse prohibendos, nisi eis persuaderetur verbis, nemini prorsus parcendo, nec priuato ne magistratui, omnes enim conantes patrias consuetudines mouere, & ornatum veterem administrandi corrumpere alienos esse, & hostes vrbis. Titus autem quintius non sinebat vi aduersariũ coerceri, neque armis aut per ciuilem iri sanguinẽ in plebeios aduersantibus præsertim tribunis. Quos patres, inquit nostri esse sacrosanctas decreuere deos, geniosque sponsores pactionum facientes, iuramentaque dãtes maxima, & in suam, & in nepotum euersionem, si quid cõpositorũ transgrederentur. Huic autẽ sententię accedentibus etiã cæteris aduocatus in eum concessum suscipiens sermonem Claudius. Non ignoro, inquit, quãta crepido nobis iaceretur oĩbus calamitatum, si permiserimus plebi suffragia de lege accipere, sed non habens quid agam nec valens tot viris vobis contradicere. Cędo equidẽ vestris consilijs: iustum enim est declarare vnumquẽque quę videbantur reipublicę collatura, Parere vero iudicatis à pluribus, Illud tamen cuius admoneã vos in rebus

C. Clau.

Titus quintius

Claudij oratio.

difficilibus, ac cōsilium non recipientibus habeo, vt de consulatu, nec nūc, nec in posterum concedatis alicui, prȩter quā patritijs, quibus solis fas est, & pium, quando autem in necessitatem concludamini, vt nunc faciendi etiam ciues alios participes maxime potestatis & imperij, tunc præfectos loco consulum create numerum aliquē prȩfiniētes. Mihi.n. videtur octo, vel sex sufficere, Nec in his tamē viris minor patritiorum, quā plebeiorum sit numerus. Ista enim facientes ipsi, neque consulum imperium in humiles, & indignos deijcietis. Neque vobis Dynastias construxisse iniustas, neque plebem vnius imperij participem effecisse videmini. Laudantibus autē sententiam eius omnibus, neque vllo contradicente, audite inquit, quȩ vobis etiā cōsulibus cōmemorāda habeam. Prædicta die, qua consultum confirmaturi estis, & à senatu iudicata, proponetisque defendendā, & accusandā legem. Vbi dictis in vtrāque partem rationibus tempus fuerit rogandarum sententiarum, neque à me neque ab hoc Quintio incipite, neque ab alio seniorum quoquā, sed a popularissimo senatorum Lucio Valerio. Postque eum rogate, si quid volet dicere Marcum Oratium, Et vbi ab eis sententias exquisiueritis, tunc iubete nos seniores dicere. Ego enim omni vtens licentia, efferam aduersantem tribunis sentētiam, prodest enim hoc reipublicȩ, institutum'que de prȩfectis introducet, postea si volentibus vobis fiet, Titus hic Genucius. Decētissima enim sententia minimēque suspitionem exhibēs vtiq; fiet. Si hic eam frater tuus Marce Genuci dicat. Visa sunt hæc recte etiam ab eo proposita. Discesseruntque illi ex conuentu, & tribunos timor inuasit ex arcana illorum virorum coitione, vt in malum ea magnū aliquod plebis facta, quandoquidem domi, ac non in aperto concedissent. Neque quenquā præsidentium plebi participem consiliorum assumpsissent. Postq; illud consiliū, & ipsi ex plebeijssimis aliquot cōgregantes, auxilia & custodias machinabantur aduersum insidias, quas sibi fore à patritijs suspicabantur. Vbi verò tempus venit, quo prȩconsultum fieri oprtebat. Cōuocantes senatum consules, multas'que facientes adhortationes ad concordiam & bonū morem, dedere primū de lege sermonē introducētibus eam tribunis, ac progrediēs vnus ex eis Camileius, quod iusta esset lex aut vtilis, neq; docuit, neq; meminit. Mirari autē se dixit cōsules, quod iam deliberato, ac iudicato inter se quid agi oporteret, rem nunc tanquā minime approbatam, indigenteq; consilij in concessum conarentur inferre, orationem'q; de ea introducentibus ipsis dedissent, dissimulationē inferentes, neque ȩtatibus suis congruam, neque imperij magnitudini cōuenientē, prauarum'que ait ipsos actionū initia in rempublicam introducere, concilia congregantes secreta in priuatis domibus. Neque omnes consiliarios in ea aduocantes, sed sibi ipsos commodissimos, atque aliorum quidem a consilio domestico abactorum se minus mirari inquit. Marco vero oratio: Lucioque valerio euersoribus decemuiratus. Virisque ijdem consularibus, nec vllo minus ad consulendū de republica idoneis, haud dignatis aduocatione in cōsulum se profecto stupefactum esse, neq; assequi se posse coniectura, quā fuisset istud iusta ratione, verū vnam suspicari causam, quod prauas ipsi & inutiles aduersus plebē sententias introducturi voluerint, in hȩc consilia popularissimos aduocare indignaturos nimirū, neque neglecturos, si quod iniustum institutum fieret aduersus plebem. Talia dicente Camelio, multa cum indignatione atque illis senatoribus, qui non assumpti erant in consilium, irato animo rem ferentibus, progrediēs alter consulū Genucius conabatur excusare, mitigare'q; eorū

Camileij verba.

Genucius

eorũ iras, se amicos assumpsisse dicens, non vt agerent aduersus plebẽ. Sed vt cum valde necessarijs deliberarent quidnã agentes viderentur neutrũ electionũ immi= nuere. Vtrum senatui celeriorem cognitionẽ de lege dantes an tardiorem Oratium autem, & Valerium nulla alia se causa in consilium non adhibuisse, nisi hac ipsa, ne qua de eis plebi orietur suspicio, tanquã mutãtibus administrationis suę electionem, si fuissent alterius sententię, quę differri ęquum censebat. cognitionem de lege in tẽ= pus magis opportunũ. Post'quã verò assumptis omnibus, compendiosior cognitio visa est melior, se vt illis visum sit agere, & his dictis, iuratus'que per deos se vera di cere, eos etiam, qui ex senatoribus vocati erant, dixit omnẽ esse diluturos crimina= tionem, non verbis, sed operibus, ac quandoquidem accusare aut defendere volentes legem, iusta allegassent adducturos se ad rogationẽ sententię, non æuo maximos, & honoratissimos senatorũ, quibus ex patrijs cõsuetudinibus etiam redditum est hoc præmium, neque suspectos plebeijs tanquã nihil ipsos pro eis vtile, aut dicturos, aut sensuros, sed ex iuuenibus eos, qui esse viderentur popularissimi, & hęc pollicitus, fa= cta'que volentibus potestate dicendi, postquã nemo, neq; accusaturus legem, neque defensurus astitit, progrediens rursus rogauit primũ Valerium, quid reipublicę con ferret, & quid senatui prçconsule suaderet, Is'que assurgens, multos'que percurrens de se, deque maioribus sermones tanquam ipsis ad vtilitatẽ reipublicæ plebeiorum partibus prępositis, & enumerãs à principio om̃ia occupãtia vrbẽ pericula, propter eos qui contraria in republica agerent, atque dicens eis omnibus, qui se inimice erga plebeios habuissent, fuisse inutile demõstrasse in plebem odium, multũ'que laudata plebe tanquã autore maxima facta vrbi non libertatis tantũmodo, sed etiam prin= cipatus. Vbi & hęc & his similia percurrit, postremo dixit non posse vrbẽ esse libe= ram ex qua aliquis ęquabilitatem tolleret, dixit'que videri sibi esse legẽ iustam, quę vellet romanos omnes participes consularis potestatis fieri, qui quidem vitæ essent irreprehensibilis, operaque demonstrassent illo honore digna. Tempus autẽ cogni= tionis legis ipsum minime opportunũ cum in bellicis perturbationibus vrbs esset. Consulebatque tribunis, vt sinerent conscriptionẽ militum fieri, nec egressum in= hiberent, ac cõsulibus, vt cum optimũ finem bello imposuissent, primũ omniũ prę consultũ de lege in populũ referrent. Hæcq; scribi iam volebat, & vtrosque consen= tire hanc sententiam efferente Valerio, & post eum Oratio. Nam secundum locũ ei dedere consules, idem affectus omnes astantes subijt. Nam qui legẽ volebãt tolli, dilationẽ de cognitione eius lęto animo audiẽtes illud post bellũ necesse esse sibi de lege pręconsulere, grauiter accipiebant, qui vero firmã eã volebant à senatu iudica= ri, hoc quidem iustam legem esse cõfessum iri læte audiebant, illud verò in alia in= cidere præcõsultum tempora irato animo accipiebant. Secuto autem ad eam sentẽ tiam, vt solet tumultu, quia neutris gratæ erant partes eius omnes progredientes cõ sul tertium Caium claudiũ sententiam rogauit, qui ex præsidentibus alteri factioni aduersanti plebeijs arrogãtissimus videbatur & potẽtissimus, isque præparato ora tionem percurrens omnia, quæcunque vnquã pulchris patrijs'que consuetudinibus contraria visa sunt commemorauit, eiusque principale fuit, in quod inclinauit senten tia, nequã traderent cognitionem senatui de lege, nec in pręsens, nec in futurum tem pus consules tanquam ea ferente, in dissolutionem opinatum potentię, confusura'q; ornatum ciuitatis omnẽ, exorto autem a d hanc sententiam maiore adhuc tumultu,

Valerij oratio.

Caius Claudius

T. Genucius. tertius vocatus astitit Titus Genucius consul alterius frater, qui pauca loquens de occupantibus vrbē temporibus, duorū ait difficilimorū necesse esse ei alterum euenire, vel propter contentiones, ambitionesque ciuiles valide res hostium fierent, velut volens quę extrinsecus inferebantur auertere, male ipsa ciuile bellum domesticū'q; dissolueret. Duorū aūt malorū, quorū necesse esset inuitos eos alterū sustinere. Videri sibi hoc ait minus inutile, vt concederet senatus plebi diuelli potius patrium rei publicę ornatum, quā gētibus exteris, & hostibus ridiculam vrbē fieri. & his dictis, probatam ab ijs, qui in consilio priuato fuerant, sententiam protulit, quam introduxerat (vt dixi) Claudius, vt pro consulibus pręfectos crearēt tres ex patritijs, & tres plebeis, cōsularem habentes potestatem, & vbi eis finitum esset tēpus imperij, oportet'que creari magistratus nouos, tūc senatum plebem'q; conuenientes, cognoscere vtrū consules, an pręfectos malent imperiū suscipere, & quod omnibus suffragium ferentibus videretur firmū esse. Peragique hoc in annos singulos pręcōsultū. Hāc sententiam efferente Genucio, multa omnium secuta est laus, oēs'que ferre post eum astantes confessi sunt hæc esse optima. Scribitur'que à consulibus decretū, quod tribuni multo cū gaudio accipientes, processerunt in forū. Posteàq; aduocantes multitudinem ad contionē, multas laudes enarrarunt senatus petere magistratū, iubentes quicūque vellent plebeiorum simul cum patritijs. Adeo enim leuis quędam est res desideriū sine ratione, & cito in alteram partē transiens, maximéque multitudinis, vt hi tanti ante facientes hoc potiri magistratu, ac nisi eis hoc datū esset à patritijs, relicturi vrbē, vt anteà, aut armis ipsi eum assumpturi erāt. Vbi concessum hoc acceperunt, tabstiterunt statim desiderio, studiaque in alteram partē transtulerūt, multis enim plebeiorū profitētibus se pręfecturā hanc petere, magno'que studio preces adhibentibus, neminem eorū dignū hoc honore putauerunt. Sed facti ipsi suffragiorum domini, petentes eum magistratū patritios illustres viros eos oēs præfectos

Præfecti primi. creauere Aulū Sēproniū atratinū, Lucium Atilium longū, Titumq; clyliū sicælū. Hique primi proconsulare Imperiū, accipiūt anno tertio octogesimę quartę olympiadis. Imperante athenis Diphilo, obtinentes'que isti illud septuaginta tres dies tantum, vltro ipsi deposuere, secundum patrias consuetudines ob missa quædam à deo signa prohibentia, eos publica administrare, abdicantibus verò se his magistratu cōueniens senatus creat interreges, qui comitia prędicentes tradentes'q; populo cognitionem vtrū prefectos creare vellent, an consules iudicāte ipsomet, manendū esse in veteri cōsuetudiē permiserūt patritij, vt qui, eorū vellēt peterēt cōsulatū. Fiūtque iterū ex patritijs consules Minucius patritius Mugilanus, & Lucius Sempronius atratinus vnius eorū frater, qui pręfecturam deposuerāt. Hique eo anno duo apud romanos magistratus extitere, maximā habentes potestatē, non in omnibus tamen romanis annalibus hi vtrique inueniuntur. Sed in alijs pręfecti tantū, & in alijs consules, in nō multis aūt vtriq;, quibus quidē nos nō ex ratiocinatione fidē adhibemus, sed credentes testimonijs sacrorū, repositorū'que librorum, aliud autem nullum sub magistratu horū, neque bellicum neque ciuile opus dignum historia gestū est. Foedera verò cum Ardeatum vrbe de amicitia, societate'que icta sunt, miserant em̄ legationē ardeates depositis de regione expostulationibus volētes, vt amici romanis socijsque fierent. Hæcq; foedera collegiū consulum confirmauit. Sequēti vero anno, decernente populo, iterum creari consules suscipiunt consulatū luna mēsis decēbris

plena,

plena, Marcus gegamus macerinus iterũ, & Titus Quintius capitolinus quintum consules. Hique senatum edocentes, quod cum multa alia neglecta erant ob continuas militias consultũ, tum vero vnum maxime necessariũ neglectum erat, census legittimus, ex quo numerus militaris ætatis hominũ cognoscebatur, diuitiarũ'q; magnitudo, quarum pro modo oportebat vnumquẹque ad bellum tributa pendere, nullo intra decem, & septem annos censu condito à Lucij Cornelij, & Quinti Fabij consulatu. Ita vt boni quidem viri, & vtiles in censibus militijs'q; essent, flagitiosissimi vero prauissimique sine censu relinquerentur, locumque alium perciperent, in quo liceret eis, vt vellent viuere. Gegamus Capitolinus.



EST CONVERSVM SANCTISSIME PATER ID omne, quod in ambobus tuis codicibus grẹcis repertum est, sum'que ausus in hac vltima libri parte, prẹter meã consuetudinem aliquid haud equidem addens, aut detrahẽs, sed in fragmentis cõfuse scriptis & postere in ambobus codicibus mutans, ordinem non autoris equidem hunc esse errorẽ putans, sed librariorum. nam cum decemuiratũ statim primi consules sequantur, Lucius valerius potitius, & Marcus oratius barbatus, quod ex alijs historicis, tum ex hoc ipso, & in hac parte videri potest, horum gestis præposuerant librarij græci alia post gesta atque duo non cohærentia inter se fragmenta in vnum contulerant, quod ego aduertens (neque enim difficile animaduersu fuit) Volui autori ipsi hãc quã poterã opem paruulã apud latinos ferre, quod & ipsum fuisset puto pudori mihi, ni fecissem, ne visus essem tã perspicuam rem vidisse. Tu me (oro) pro tua egregia animi nobilitate magnificẽtia'que cõmendatum habe deditissimum tibi seruulum. LAPPVS BIRAGVS FLOR.

DIONYSII HALICARNASSEI, DE ORIGINE VRBIS ROMÆ, ET ROMANARVM RERVM ANTIQVITATE, INSIGNIVM HYSTORIARVM,

Finis.

Parisijs impendio ac ære honestorum virorum
Gallioti Pratensis, et Petri Vidouẹi Vniuersitatis Parisiensis bibliopolarum.
Anno ab orbe redempto,

M. D. XXIX.

ita quod (vt pragmaticorum verbis vtar) p[illegible] vi[illegible] oẽs præ[illegible]diata apertura feudi & consequenter [illegible] mu lo m[illegible]dentes fuerunt clausæ: nec est feudu[illegible] [illegible]um tati[illegible] apertum, nisi & hac sola & vltima [illegible] in & nulli[illegible] Aut vero feudum pluries nec [illegible] fidẽ f[illegible] renouata fidelitas, [illegible]tationibus. Primo c[illegible]su ce[illegible] illis antiquis mu[illegible] a retẽtione feudi vti[illegible] posse[illegible] patronum null[illegible] um iurium: nec feudali retent[illegible] textu antiquo[illegible]oc.§. faciẽdo fructus suos: nec si[illegible] de qu[illegible] gnoratitia retentione, tanquam simpliciter pignori incumbens. Probo, q[illegible] manus iniectio de qua in hoc.§. est pręcise limitata ad causam in hac consuetudine, & in forma actualis præhensionis expressam: videlicet propter defectum clientis & iurium: & causa principalis & productiua est ipsa interruptio fidelitatis, & vasalli: defectus autem solutionis iurium, non est causa effectiua, nec ꝑductiua, potestatis præhendendi, sed solũ accessoria & concomitãs causam principalẽ, vt patet per deducta.š.eo. glo.2. Et sic quanuis consuetudo loquatur simpliciter de iuribus, tamen non debet indistincte intelligi, de quibuscunq; iuribus, ex quacunque antiqua mutatione feudi debitis, sed solum de his quæ debentur ratione illius mutationis, siue interruptionis, ex qua feudum potest præhendi: non autem de illis, si quę forte restant, ex pteritis interruptionibus, quę fuerunt sublatæ dudum redintegrata fide. cũ enim cõsuetudo non permittat pręhendere pro iuribus, nisi accessorie & depẽdenter, ad interruptionem & aperturã feudi: merito non debet intelligi, nisi de iuribus quę accedunt & dependent ab eadem apertura feudi, ex qua oritur, & competit ius præhendendi: non autem de illis quæ dependent à præteritis mutationibus, quarũ ratione nullomodo licet manum feudo iniicere: & quæ iura non dependẽt, ab apertura feudi de qua est quęstio, & nihil cũ ea habent commune. accessoriũ enim debet naturam & conditionem sui principalis sequi. c. accessorium de reg. iur. in. 6. cum vulga. Tum per vltimam renouationem fidei pręteritæ interruptiones feudi clausæ fuerunt: & potestas præhendendi feudum ratione illarum & iuriũ ab illis dependentium, fuit funditus & perpetuo sublata, & extincta, & pro dictis iuribus si qua non soluta fuerunt: non remansit domino, nisi ius agendi. Et sic quãuis postea accidat noua mutatio feudi, non tamen recidunt in potestatem præhendendi. Tum quia semel fuerunt ab illa perpetuo separata, & exclusa. Igitur arg. l. fi. quæ est sing. C. de remissio. pigno. quæ tamen non concludit, quia d. l. fi. non debet extẽdi extra terminos suos. Tum quia illę mutationes antiquæ, nihil habẽt commune, cũ hac noua mutatione: sed potestas præhendẽdi & ipsa præhensio, est limitata ad hanc nouã mutationem, & iura ab eadem dependẽtia. Igitur limitatum ad ea tãtum habet effectum per reg. l. in

Sola causa principalis & ꝑductiua ꝑhensionis vtilis est interruptio fidei.

30

31 Præhẽsio respectu certarum mutationũ feudi, semel remissa, nũquam earũdẽ respectu reuiuiscit.

lectum, nostræ consuetu[illegible] Ex quo sequi[illegible] vasallo offerente fidem, & integra iura debita ratione huius vltimæ mutationis, debet is fidẽ admitti, inuestiri, & feudũ recuperare: nec poterit patronus illud retinere prætextu antiquorum iurium: etiam si solum vellet pignori incũbere, non faciendo fructus suos. Patet ad maiorem euidentiam, ipsam facti speciem cum suis circunstantiis, ad intellectus examen reuocando. Aut enim patronus pręhendendo feudum, causam specificam seu indiuiduã exprimit, puta, manum iniicio tali feudo mihi aperto, ex tali venditione propter defectum vasalli, & non solutionem iuriũ ratione dictę venditionis debitorum: Et tunc clarum est hanc manus iniectionem esse formaliter limitatam, ad expressa in ea, & sic cessare debet cessantib⁹ causis in ea expressis, ad quas fuit limitata. Aut patronus nihil expressit, nisi causam genericã in hoc.§. expressam: non enim tenetur aliud exprimere, vt diximus. Et tunc si non sit apertum, nisi ex vna causa, puta ex tali certa venditione quę est vltima mutatio, idem est ꝙ in casu pręcedenti, quia æque censetur ad illam limitata, ac si singulariter expressa fuisset. Hęc est enim maxima in iure, quod licet aliqua dispositio secundũ figuram verborum sit generalis, & possit cõpręhendere plura subiecta: tamen si in veritate nõ venit verificãda nisi in vna specie, dicitur specialis, & si non venit verificãda, nisi in vno certo indiuiduo, dicitur vere & proprie singularis. tex. est in. l. si domino. ff. de lega. 1. in. l. hæres. ff. de optio. lega. in ca. ex parte. 1. iũcta. glo. fi. de rescrip. vbi hoc no. Card. Flo. Panor. Fely. Deci. qui ad multa exemplificant. Frã. Areti. in. l. 1. col. 5. nu. 8. ff. de vulga. & pupill. & in l. 2. §. & harum. col. pe. versi. & adde. ff. de ver. obliga. Ias. in. l. 2. in prin. per illum tex. & in. l. gallus. §. 1. col. 1. lect. 1. ff. de lib. & postu. & in con. 15. & con. 16. col. pe. ver. tertio & fortius. lib. 1. Franc. Cur. sen. in con. 49. memoriæ recolendę. col. 18. Sed ista præhensio non potest fundari, nec iustificari nisi in sola vltima mutatione feudi, & iuribus inde dependentibus: igitur censetur in specie, imo singulariter, ad illa referri, & consequenter atq; in præcedenti casu limitari. Cõfirmatur ꝑ id quod decidit Bal. in aut. ei qui iurat. col. 6. versi. sed tunc quæro, vbi determinat ꝙ missus in possessionẽ ex primo decreto, comparante debitore & offerẽdo omnistare iuri, & satisdare de expensis, & sic facere ea ob quorum defectum facta est missio, nõ potest retinere possessionem prætextu hypothecæ conuentionalis: quia non est eo nomine missus, sed missio est limitata. & sic debet recedere de possessione, cessante causa missionis. & sequitur subti. Areti. in. l. si aliquam. col. 3. ff. de acq. vel amitt. posse: vbi reddit rationem quia tenuta, quæ fuit data à iudice, videtur data modificatiue, & sic limitatim, vnde non potest detẽtatio retineri ex alia causa. Idem vult Bal. in. l.

32 Specifica elucidatio.

33 Speciale est qđ nõ põt verificari nisi ĩ vna specie.

34 Missio in possessionẽ, omnino cessare debet cessante causa, cui⁹ cõtẽplatiõe facta est.